5.5.3
ph 4513

ΑΡΑΤΟΥ ΣΟΛΕΩΣ

ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ

ΚΑΙ

ΔΙΟΣΗΜΕΙΑ

ARATI SOLENSIS

PHAENOMENA

ET

DIOSEMEA

GRAECE ET LATINE

AD

CODD. MSS. ET OPTIMARVM EDD. FIDEM

RECENSITA.

ACCEDVNT

THEONIS SCHOLIA VVLGATA ET EMENDATIORA E COD. MOSQVENSI, LEONTII DE SPHAERA ARATEA LIBELLVS, ET VERSIONVM ARATI POETICARVM CICERONIS, GERMANICI, ET R. F. AVIENI QVAE SVPERSVNT.

CVRAVIT

IOANNES THEOPHILVS BVHLE

PROFESSOR GOTTINGENSIS

VOLVMEN II.

ACCEDVNT INDICES PLENISSIMI CVM DVABVS TABVLIS AERE INCISIS.

LIPSIAE

IN OFFICINA WEIDMANNIA

MDCCCI.

Digitized by Google

5.5.35

PRAEFATIO.

Serius prodit hoc volumen Arati alterum, quam pollicitus ſum atque etiam apud animum conſtitueram. Addictus enim philoſophiae potiſſimum eiusque hiſtoriae ſtudiis, quas diſciplinas tradere muneris etiam academici, quo fungor, ratio et officium poſtulant, cum haud multo poſt prius volumen a me elaboratum et in vulgus emiſſum, tot nouas res molirentur philoſophi noſtri, vix reperire otium potui, quod perficiendae editioni huic Arati inchoatae impenderem. Acceſſit edendi Ariſtotelis ſuſcepta prouincia, cui recte adminiſtrandae vix

par videri poteram, etiamsi ei soli viuerem, multo minus aliis negotiis impeditus et districtus. Interea stare me oportebat aliquando a promissis; contigit mihi tandem anno praeterito tantum otii, vt, quae ad editionem hanc absoluendam pertinerent, curare possem; effeci igitur, si non, quod volui, saltem quod potui.

Complectitur hoc Volumen *Ciceronis* et *Germanici Caesaris* Arateorum reliquias et *Rufi Festi Auieni* Metaphrasin Arati integram. In restituendis pristino nitori, quantum a me fieri posset, Ciceronis fragmentis tum variis lectionibus edd. carminum Arateorum latinorum, tum emendationibus Grotii in notis ad illa fragmenta propositis, tum denique animaduersionibus virorum doctorum ad Ciceronis libros, quibus maxima illorum fragmentorum pars intertexta est, vsus sum. Longe maiorem difficultatem mihi mouerunt *Germanici* fragmenta, quae qui-

quidem in edd. antiquioribus adeo corrupta leguntur, vt vix ſint plures deinceps verſus, qui ſanum ſenſum praebeant. Monuit iam Grotius, exſcriptores Germanicum nactum eſſe imperitiſſimos, quoniam olim fragmenta eius nulli ferme alii eſſent vſui, niſi vt imaginibus caeleſtibus depictis ad explicationem ſubſeruirent. Hinc etiam factum eſt, vt quilibet librarius vel formarum caeleſtium pictor ſibi permitteret, pro lubitu verſus Germanici immutandi, mutilandi, vel augendi. In Codice MSto Germanici, quem Grotius adhibuit, verſus non coniunctim erant exarati, ſed disperſim, et ita, vt ſingulis paginis quaterni ferme aut quini tantum inſcriberentur, ne deeſſet imaginibus caeleſtibus ſpatium, quo interpingerentur. Continua etiam ſeries imaginum intertextu dirupta tot traiectionibus verſuum locum dedit, de quibus in notis retuli. Immo eo progreſſa eſt librariorum et

pictorum audacia, vt, cum Germanici deſcriptiones Geminorum et Cancri deſiderarent, ex Auieno lacinias inſererent, ne imagines ſubſcriptis explicationibus carerent. Mirum eſt, quod editiones Germanici, Grotiano Syntagmate antiquiores, inprimis Aldina, Baſileenſis, Morelliana et Sanctandreana *) in plurimis conſpirent, etiam in erroribus inſulſiſſimis, in verſibus omiſſis, traiectis vel miſere detortis; nam quae Morellius in notis correxit, pauca ſunt, et plerumque ſphalmata typographica editionis Aldinae. Videntur itaque omnes hae editiones ex Aldina fluxiſſe. Optime de Germanici fragmentis emendandis meruit Grotius, partim ope codicis MSti, cuius iam memini, partim Aratum eiusque commentatores ſecutus, partim etiam contemplatus, quid res ipſa, de qua Germanico ſermo eſſet, flagi-

*) De edd. Arateorum Ciceronis, Germanici et Auieni vid. praef. Vol. I.

flagitaret. Eſt enim argumentum a Germanico tractatum eiusmodi, vt haud raro definire poſſis, quid neceſſario legendum ſit, etiamſi coniectura nullius ſit codicis auctoritate ſuffulta, aut lectiones codd. et edd. illi repugnent. Igitur equidem Germanici textum, quem operis ex editione Morelliana (Pariſ. 1559. 4.) typis exſcribendum dedi, non ſolum ad textum Grotianum, qui a Morelliano parum differt, refinxi, ſed recepi quoque plurimas emendationes, in notis a Grotio prolatas, non tamen ſine idonea cauſa. Nonnunquam etiam a Grotiana lectione diſceſſi, et retinui aut vulgatam, aut migrare iuſſi in textum propriam coniecturam, quae probabilior videbatur. Omnino ſatius habui, dare Germanici fragmenta ita, vt ſaltem iis ineſſet ſanus ſenſus, licet de ſinceritate lectionis dubitari poſſit, quam ſeruare antiquam lectionem, omni ſenſu deſtitutam. Addidi praeterea fragmenta

quaedam, in prioribus edd. omiſſa, et a Grotio demum adiecta. Textui Germanici *Scholia vetera latina* ſubiunxi et quidem ex editione Morelliana. Edidit haec Scholia primum ſub nomine *commenti in Sicilia reperti* vna cum Auieni Arateis et aliis Victor Piſanus Venet. 1488. 4. poſt repetita ſunt ab Aldo; deinde in edit. Morelliana, in Colonienſi (1569. fol.) et in Sanctandreana Heidelbergae 1589. 8. Grotius ea in Syntagma ſuum Arateorum non admiſit. Redhibui Scholia iſta haud mutata vel emendata, niſi quod ea melius interpungi curaui; nimis enim barbare et vitioſe ſcripta ſunt, quam vt operae pretium fuiſſet, eorum emendationi vacare *). Quod attinet *Auieni* Metaphraſin Arati, minus corrupta ea ad nos peruenit, quam Ciceronis et Germanici reliquiae; repetii textum Morel-

*) Cf. infra Commentat. de Arati carminibus et interpretibus.

Morellianum, mutatis tamen pluribus locis, quemadmodum in notis a me vberius declaratum eſt.

Communicauit mecum *I. F. M. Herbell*, Vir doctiſſimus, exemplum editionis Aſtronomicorum veterum Scriptorum Sanctandreanae, quod olim *Petri Burmanni Secundi* fuit, in cuius margine notatae ſunt variae lectiones tam textus Germanici, quam veteris Scholiaſtae latini. Gratus agnoſco beneuolentiam praeſtantiſſimi viri, qua operam meam in emendandis Germanici Arateis iuuare voluit; monendum tamen mihi eſt, varias illas lectiones, quatenus ad textum Germanici ſpectant, ex Grotii notis eſſe excerptas; Scholiaſtae autem latini emendationibus in ſingulis locis vel verbis parum aut nihil profici. Impreſſum fere iam erat hoc Volumen, cum in bibliothecam academicam Gottingenſem inferrentur exempla editionis Arateorum Morellia-

rellianae et Syntagmatis Grotiani, quae vtraque olim ad *Petrum Burmannum Secundum* pertinuere. In exemplo editionis Morellianae adſcripſit *P. Burmannus*, patruus *Secundi*, ex apographo *Nicolai Heinſii* Germanici Scholiaſten, inſignibus auctum acceſſionibus, vna cum *Cauchii* emendationibus ex Codice Graeuii. In Syntagmatis Grotiani exemplo in margine allitae ſunt ab eodem variae lectiones et coniecturae tum ex Grotii notis, tum ex vetuſto codice bibliothecae Leidenſis, quem tamen eundem eſſe cum Grotiano poſtea comperi, tum ex codice Puteano Pariſienſi, in plurimis cum Grotiano libro conſpirante; nonnullas quoque coniecturas nequaquam contemnendas de ſuo Burmannus aſperſit. Doleo maximopere, quod hiſce opibus ad maiorem editionis huius perfectionem vti non potuerim.

Interea licet mihi gloriari alio ornamento, quod huic editioni acceſſit per Epiſto-

Epiſtolam *Godofredi Erneſti Groddeck*, Celſiſſimi Principis ADAMI CZARTORISKY Bibliothecarii, varias lectiones Phaenomenorum et Dioſemeorum Arati ex codicibus bibliothecae Vindobonenſis diligentiſſime excerptas vna cum erudita codicum deſcriptione aliisque animaduerſionibus, ad Aratum ſpectantibus, exhibentem. Inſerui hanc epiſtolam huic Volumini eo maiori cum voluptate, cum ea ſimul eſſe poſſit monumentum aliquod amicitiae et contubernii, quo Gottingae olim cum eius auctore, optimo et ornatiſſimo Viro, iunctus fui, et cuius memoria mihi per omnem vitam erit ſanctiſſima et iucundiſſima.

Epiſtolam *Groddeckii* excipit Commentatio de Arati vita, ingenio et ſcriptis, inprimis de Phaenomenis et Dioſemeis, tum de eiusdem interpretibus tam graecis quam latinis. Praemiſi huic Commentationi plures Arati Vitas graecas, in prio-

prioribus editionibus omiſſas. Confeci denique tres Indices, primum Graecitatis poeticae ex Arati Phaenomenis et Dioſemeis; ſecundum Latinitatis poeticae ex Ciceronis et Germanici fragmentis nec non ex Auieni Metaphraſi; tertium nominum et rerum memorabilium omnino. Tabulas hemiſphaeriorum, borealis et auſtralis, aëre inciſas repetii ex Schaubachii V. Clar. editione Cataſteriſmorum Eratoſthenis.

Supereſt adhuc, vt grata mente memorem V. Cl. *Meiſsnerum*, Prof. Lipſienſem, docta induſtria ſua, ſicut in priori Volumine, ita etiam in hoc altero de textu mendis typographicis purgando praeclare meritum. Scrib. Gottingae menſe Octobri cIↃ IↃ cccI.

I. M. T.

I.

M. T. CICERONIS

ARATEORVM

FRAGMENTA

M. T. CICERONIS

CARMINIS ARATEI LATINE CONVERSI

FRAGMENTA

Cic. de Legg. II, 3. Fragm. I. Arati Phaenomena vſ. 1.

Q. Ordire igitur; nam hunc tibi totum dicamus diem. M.

Ab Ioue Muſarum primordia —

Sicut in Arati carmine orſi ſumus.

Priscian. Gramm. X. p. 386. ed. Baſil. 1568. II. A. P. vſ. 10.

Cicero tamen in Arato *Stinguens* participio vſus eſt, quod a verbo *Stinguo* naſcitur.

Quem neque tempeſtas perimet; neque longa vetuſtas
Interimet, ſtinguens praeclara inſignia coeli.

Cic. de Nat. Deor. II, 41. Atque hoc loco me intuens; vtar, inquit, carminibus Arati, eis, quae a te admodum adolescentulo conuerſa ita me delectant, quia latina ſunt, vt multa ex iis memoria teneam. Ergo, vt oculis aſſidue videmus, ſine vlla mutatione aut varietate III. A. P. vſ. 19. 20.

Caetera labuntur celeri coeleſtia motu
Cum cocloque ſimul noctesque diesque feruntur.

IV. A. P. vſ. 24. Cic. l. l.

Extremúsque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe Polus —

V. A. P. vſ. 36. 37. Cic. l. l.

Hunc circum ἄρκτους duae feruntur numquam occidentes;

Ex his altera apud Graios *Cynoſura* vocatur;
Altera dicitur eſſe *Helice;* —

cuius quidem clariſſimas ſtellas totis noctibus cernimus,

Quas noſtri *Septem* ſoliti vocitare *Triones.*

VI. A. P. vſ. 39-43. Cic. l. l.

Paribusque ſtellis ſimiliter diſtinctis eundem coeli verticem luſtrat parua Cynoſura.

Hac fidunt duce nocturna Phoenices in alto.
Sed prior illa magis ſtellis diſtincta reſulget,
Et late prima conſeſtim a nocte videtur.
Haec vero parua eſt; ſed nautis vſus in hac eſt;
Nam curſu interiore breui conuertitur orbe.

VII. A. P. vſ. 45. 46. Cic. de Nat. Deor. II, 42.

Et quo ſit earum ſtellarum admirabilior adſpectus,

Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,
Toruu' Draco ſerpit ſubter, ſuperaque reuolvens
Seſe, conficiensque ſinus e corpore flexos.

VIII. A. P. vſ. 55-59. Cic. l. l.

Eius cum totius eſt praeclara ſpecies, in primis ſuſpicienda eſt figura capitis atque ardor oculorum.

Huic

Huic non vna modo caput ornans ſtella relucet;
Verum tempora ſunt duplici fulgore notata,
E trucibusque oculis duo feruida lumina flagrant,
Atque vno mentum radianti ſidere lucet;
Obſtipum caput a terete ceruice reflexum
Obtutum in caudam maioris figere dicas.

Cic. l. l. IX.
Et reliquum quidem corpus Draconis totis noctibus cernimus. A. P. 60-63. vſ.

Hoc caput hic paullum ſeſe ſubitoque recondit
Ortus vbi atque Obitus parte admiſcentur in vna
Id autem caput
Attingens defeſſa velut moerentis imago
Vertitur. —

Cic. l. l. X.
quam quidem Graeci A. P. 66. vſ.
Engonaſin vocitant, genibus quod nixa feratur.

Cic. l. l. XI.
Hic illa eximio poſita eſt fulgore *Corona* A. P. 71. vſ.

Cic. l. l. XII.
Atque haec quidem a tergo; propter caput autem Anguitenens, A. P. 75. vſ.
Quem claro perhibent Ὀφιοῦχον nomine Graii

Priſcian. Gramm. XIV. p. 517. ed. Baſ. 1568. XIII.
Et *ſuper* tamen et *ſupra* a *ſupera*, illud per apocopam, hoc per ſyncopam facta ſunt; ſic enim antiqui frequenter protulerunt, et maxime Cicero in poematibus ſuis, vt in Arato: A. P. 77. vſ.

Huic ſuperà duplices humeros affixa videtur
Stella micans tali ſpecie, taliquè nitore.

XIV. A. P. vſ. 82-85.

Cic. l. l.

Hic preſſu duplici palmarum continet Anguem,
Atque eo ipſo manet religatus corpore toto;
Namque virum medium Serpens ſub pectore cingit
Ille tamen nitens grauiter veſtigia ponit
Atque oculos vrget pedibus pectusque Nepäi

XV. A. P. vſ. 92-97.

Cic. l. l.

Septem autem triones ſequitur
Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe *Bootes*
Quod quaſi temone adiunctam prae ſe quatit Arctum.

Dein quae ſequuntur. Huic enim Booti
— ſubter praecordia fixa videtur
Stella micans radiis, *Arcturus* nomine claro
— ſub pedibus profert finita *Booti*
Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore *Virgo*

XVI. A. P. vſ. 112. 113.

Lactant. Inſtitt. Diu. lib. V, 5. de iuſtitia loquens: Quis enim praeſente ac vigente iuſtitia, aut de tutela ſui, cum nemo inſidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, cum nemo quidquam concupiſceret?

Malebant tenui contenti viuere cultu,

vt Cicero in ſuo ait Arato, quod eſt proprium noſtrae religionis.

Ne ſignare quidem, aut partiri limite campum,
Fas erat. In medium quaerebat —

Cic.

Cic. de Nat. Deor. II, 63. XVII.

Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant, non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata; cervices autem natae ad iugum; tum vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda. Quibus cum terrae ſubigerentur fiſſione glebarum, ab illo aureo genere, vt poetae loquuntur, vis numquam vlla afferebatur. A. P. vſ. 130-133.

Ferrea tum vero proles exorta repente eſt,
Auſaque funeſtum prima eſt fabricarier enſem,
Et guſtare manu victum domitumque iuuencum.

Tanta putabatur vtilitas percipi ex bubus, vt eorum viſceribus veſci ſcelus haberetur.

Lactant. Inſtitt. V, 5. XVIII.

Et Iouis in regno coelique in parte reſedit. A. P. vſ. 134.

Priſcian. Gramm. lib. VI. p. 169. XIX.

Tertia ſub caudam ad genus ipſum lumina pandit A. P. vſ. 145.

Cic. de Nat. Deor. II, 43. XX.

Atque ita demetita ſigna ſunt, vt in tantis deſcriptionibus diuina ſollertia appareat. A. P. vſ. 147. 148.

At natos *Geminos* inuiſes ſub caput *Arcti*
Subiectus mediae eſt *Cancer*, pedibusque tenetur
Magnu' *Leo* tremulam quatiens e corpore flammam.

XXI.

Hoc motu radiantis Eteſiae in vada ponti A. P. vſ. 153.

Priſcian. Gramm. VII. p. 262. XXII.

Et *apluſtra* et *apluſtria* antiqui protuliſſe inueniuntur. Cicero in Arato: A. P. vſ. 154.

Nauibus aſſumtis fluitantia quaerere apluſtra.

XXIII. A. P. vſ. 160-163. Cic. l. l. Auriga

Sub laeua *Geminorum* obductus parte feretur.
Aduerſum capuit huic *Helicae* truculenta tuetur.
At *Capra* laeuum humerum clara obtinet —

XXIV. A. P. vſ. 165. 166. Cic. l. l. Tum quae ſequuntur:

Verum haec eſt magno atque illuſtri praedita ſigno.
Contra *Hoedi* exiguum iaciunt mortalibus inguem

XXV. A. P. vſ. 167. Cic. l. l. Cuius ſub pedibus

Corniger eſt valido connixus corpore *Taurus*

XXVI. A. P. vſ. 173. Cic. l. l. Eius caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus

Has Graeci ſtellas Ὑάδας vocitare ſuërunt.

XXVII. A. P. vſ. 182. Cic. l. l. Minorem autem ſeptentrionem Cepheus paſſis palmis a tergo ſubſequitur:

Namque ipſum ad tergum *Cynoſurae* vertitur *Arcti*

XXVIII. A. P. vſ. 189. Cic. l. l. Hunc antecedit

Obſcura ſpecie ſtellarum *Caſſiepeia*

XXIX. A. P. vſ. 197. 198. Cic. l. l.

Hanc namque illuſtri verſatur corpore propter
Andromeda aufugiens conſpectum moeſta parentis

Cic.

Cic. l. l. XXX.

Huic *Equus* ille iubam quatiens fulgore micanti A. P. vſ. 205. 206.
Summum contingit caput aluo, ſtellaque iungens
Vna tenet duplices communi lumine formas,
Aeternum ex aſtris cupiens connectere nodum.

Cic. l. l. XXXI.

Exin contortis *Aries* cum cornibus haeret A. P. vſ. 225.

Cominus hanc ſubter poſſis cognoſcere fultum; XXXII.
Nam coeli mediam partem terit, quà prius illae A. P. vſ. 230.
Chelae, tum pectus quà cernitur *Orionis*.

Et prope conſpicies paruum ſub pectore claro
Andromedae ſignum, Δελτωτὸν dicere Graii
Quod ſoliti, ſimili quia forma Litera claret..
Huic ſpatio ductum ſimili latus exſtat vtrumque, A. P. 235.
At non tertia pars lateris; namque eſt minor illis,
Sed ſtellis longe denſis praeclara relucet.
Inferior paullo eſt *Aries* et flamen ad Auſtri
Inclinatior. Atque etiam vehementius illo
Piſces, quorum alter paullum praelabitur ante, A. P. 240.
Et magis horriſonis Aquilonis tangitur alis.
Atque horum e caudis duplices velut aere catenae,
Diſceſſuque diu verſae per lumina ſerpunt,
Atque vna tandem in ſtella communiter haerent,
Quam veteres ſoliti coeleſtem dicere *Nodum* A. P. 245.

Andromedae laeuo ex humero ſi quaerere perges
Appoſitum poteris ſuperà cognoſcere *Piſcem.*
E pedibus natum ſummo Ioue Perſea viſes,
Quos humeris retinet defixo corpore Perſeus,
A. P. 250. Quum ſumma ab regione Aquilonis flamina pulſant.
Hic dextram ad ſedes intendit Caſſiepeiae,
Diuerſosque pedes vinctos talaribus aptis,
Puluerulentus vti de terra elapſus repente,
In caelum vector magno ſub culmine portat.
At propter laeuum genus omni ex parte locatas
A. P. 255. Paruas Vergilias tenui cum luce videbis.
Hae ſeptem vulgo perhibentur more vetuſto
Stellae, cernuntur vero ſex vndique paruae:
At non interiiſſe putari conuenit vnam,
Sed fruſtra temere a vulgo ratione ſine vlla
Septem dicier, vt veteres ſtatuere poetae,
A. P. 260. Aeterno cunctas aeuo qui nomino dignant:
Alcyone, Meropeque, Celaeno, Taygeteque,
Electra, Steropeque, ſimul ſanctiſſima Maia.
Hae tenues paruo labentes lumine lucent,
At magnum nomen ſigni clarumque vocatur,
A. P. 265. Propterea quod et aeſtatis primordia clarat,
Et poſt hiberni praepandens temporis ortus,
Admonet, vt mandent mortales ſemina terris.
Inde Fides leuiter poſita et conuerſa videtur,
Mercurius paruis manibus quam dicitur olim

In

In cunis fabricatus, in alta ſede locaſſe. A. P. 270.
Quae genus ad laeuum Nixi delapſa reſedit,
Atque inter flexum genus et caput Alitis haeſit.

Nanque eſt Ales auis, lato ſub tegmine caeli A. P. 275.
Quae volat, et ſerpens geminis ſecat aera pennis.
Altera pars huic obſcura eſt et luminis expers,
Altera nec paruis nec claris lucibus ardet,
Sed mediocre iacit quatiens e corpore lumen.
Haec dextram Cephei dextro pede pellere pal- A. P. 280.
mam
Geſtit; iam vero clinata eſt vngula vemens
Fortis Equi, propter pennati corporis alam.

Ipſe autem labens vtrisque Equus ille tenetur
Piſcibus; huic ceruix dextra mulcetur Aquari.
Serius haec obitus terrai viſit Equi vis,
Quam gelidum valido de corpore frigus anhelans A. P. 285.
Corpore ſetifero magno Capricornus in orbe,
Quem cum perpetuo veſtiuit lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore currum.
Hoc caue te ponto ſtudeas committere menſe.
Nam non longinquum ſpatium labere diurnum.
Non hiberna cito voluetur curriculo nox.
Humida non ſeſe veſtris aurora querelis A. P. 290.
Ocyus oſtendet, clari praenuncia ſolis.
At validis aequor pulſabit viribus Auſter.
Tum fiſſum tremulo quatietur frigore corpus:
Sed tamen anni iam labuntur tempore toto, A. P. 295.

Nec

Nec cui ſignorum cedunt, neque flamina vitant,
Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
Atque etiam ſupero naui pelagoque vagato
Menſe, Sagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.
* * * * * * * * * * *
Nam iam comminus exiguo lux tempore praeſto eſt.
Hoc ſignum veniens poterunt praenoſcere nautae.
Nam prope praecipitante licebit viſere nocte,
Vt ſeſe emergens oſtendat Scorpius alto.
Poſteriore trahens flexum vi corporis Arcum.
Iam ſuperà cernes Arcti caput eſſe minoris,
Et magis erectum ad ſummum verſarier orbem.
Tum ſeſe Orion toto iam corpore condit
Extrema prope nocte, et Cepheus conditur alto
Lumborum tenus a palma depulſus ad vmbras,
Hîc, miſſore vacans, fulgens iacet vna Sagitta,
Quam propter nitens penna conuoluitur Ales,
Et clinata magis paulo eſt Aquilonis ad auras.
At propter ſe Aquila ardenti cum corpore portat,
Igniferum mulcens tremebundis aethera pennis,
Non nimis ingenti cum corpore, ſed graue moeſtis
Oſtendit nautis perturbans aequora ſignum.
Tum magni curuus Capricorni corpora propter
Delphinus iacet, haud nimio luſtratus nitore,
Praeter

Praeter quadruplices ſtellas in fronte locatas,
Quas interuallum binas diſterminat vnum:
Caetera pars lata tenui cum lumine ſerpit.
Illae quae fulgent luces ex ore coruſco,
Sunt inter partes gelidas Aquilone locatae,
Atque inter ſpacium et laeti veſtigia ſolis.
At pars inferior Delphini fuſa videtur A. P. 320.
Inter ſolis iter, ſimul inter flamina venti,
Viribus erumpit quà ſummi ſpiritus Auſtri.
Exinde Orion obliquo corpore nitens,
Inferiora tenet truculenti corpora Tauri.
Quem qui ſuſpiciens in caelum nocte ſerena,
Late dispenſum non viderit, haud ita vero
Caetera ſe ſperet cognoſcere ſigna poteſſe. A. P. 325.
Nanque pedes ſubter rutilo cum lumine claret
Feruidus ille Canis, ſtellarum luce refulgens.
Hunc tegit obſcurus ſubter praecordia venter. A. P. 330
Nec toto ſpirans rabido de corpore flammam,
Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes.
Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.
Hic vbi ſe pariter cum ſole in culmina caeli
Extulit, haud patitur foliorum tegmine fruſtra
Suſpenſos animos arbuſta ornata tenere.
Nam quorum ſtirpes tellus amplexa prehendit,
Haec augens anima vitali flamine mulcet:
At quorum nequeunt radices findere terras,
Denudat foliis ramos, et cortice truncos. A. P. 335.

Hunc

Hunc propter, ſubterque pedes quos dixi mus ante
Orioni' iacet leuipes Lepus: hic fugit, ictus
Horrificos metuens roſtri tremebundus acuti:
A. P. 340. Nam Canis infeſto ſequitur veſtigia curſu,
Praecipitantem agitans oriens iam denique paulum,
Curriculum nunquam defeſſo corpore ſedans.
At Canis ad caudam ſerpens prolabitur Argo,
Conuerſam prae ſe portans cum lumine puppim:
Non aliae naues vt in alto ponere proras
Ante ſolent, roſtro Neptunia prata ſecantes,
A. P. 345. Sed conuerſa retro caeli ſe per loca portat,
Sicut cum coeptant tutos contingere portus,
Obuertunt nauem magno cum pondere nautae,
Auerſamque trahunt optata ad littora puppim:
Sic conuerſa vetus ſuper aethera labitur Argo,
A. P. 350. Atque vsque a prora ad celſum ſine lumine malum,
A malo ad puppim cum lumine clara videtur,
Inde gubernaclum diſperſo lumine fulgens,
Clari poſteriora Canis veſtigia tangit.
Exin ſemotam procul in tutoque locatam
Andromedam tamen explorans fera quaerere Piſtrix
Pergit, et vsque ſitam validas Aquilonis ad auras
A. P. 355. Caerula veſtigat, finita in partibus Auſtri.

Hanc

Hanc Aries tegit, et ſquammoſo corpore Piſces,
Fluminis illuſtris tangentem corpore ripas.
Nanque etiam Eridanum cernes in parte lo- 145.
catum
Caeli, funeſtum magnis cum viribus amnem, A. P. 360.
Quem lachrimis moeſtae Phaetontis ſaepe ſo-
rores
Sparſerunt, letum moerenti voce canentes.
Hunc Orionis ſub laeua cernere planta
Serpentem poteris: proceráque Vincla videbis 150.
Quae retinent Piſces, caudarum parte locata,
Flumine mixta retro ad Piſtricis terga reuerti.
Hic vna ſtella nectuntur, quam iacit ex ſe A. P. 365.
Piſtricis ſpina valida cum luce refulgens.
Exinde exiguae tenui cum lumine multae 155.
Inter Piſtricem fuſae ſparſaeque videntur
Atque gubernaclum, ſtellas quas contegit om-
neis
Formidans acrem morſum Lepus. His neque A. P. 370.
nomen,
Nec formam veteres certam ſtatuiſſe videntur.
Nam quas ſideribus claris Natura poliuit 160.
Et vario pinxit diſtinguens lumine formas,
Has ille aſtrorum cuſtos ratione notauit,
Signaque ſignauit caeleſtia nomine vero:
Has autem quae ſunt paruo cum lumine fuſae,
Conſimili ſpecie ſtellas parilique nitore, 165.
Non potuit nobis nota clarare figura.

Exinde

A.P.—385. Exinde Auſtralem ſoliti quem dicere Piſcem,
Voluitur inferior Capricorno verſus ad Auſtrum,
Piſtricem obſeruans, procul illis piſcibus haerens.
170. At prope conſpicies experteis nominis omnes
Inter Piſtricem et Piſcem quem diximus Auſtri
A. P. 390. Stellas ſub pedibus ſparſas radiantis Aquari.
Propter Aquarius obſcurum dextra rigat amnem,
Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit.
175. E multis tamen his duo late lumina fulgent;
A. P. 395. Vnum ſub magni pedibus cernetur Aquari:
Quod ſupereſt, gelido delapſum flumine fontis,
Spiniferam ſubter caudam Piſtricis adhaeſit.
Hae tenues ſtellae perhibentur nomine Aquai.
180. Hîc aliae volitant paruo cum lumine clarae,
Atque priora pedum ſubeunt veſtigia magni
A. P. 400. Arcitenentis, et obſcurae ſine nomine cadunt.
Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri,
185. Exiguo ſuperûm quae limina tempore tranat:
A. P. 405. Nam procul Arcturo eſt aduerſa parte locata.
Arcturo magnum ſpacium ſupera dedit, orbem
Iuppiter huic paruum inferiori in parte locauit.
Haec tamen aeterno inuiſens loca curriculo Nox,
A. P. 410. Signa dedit nautis, cuncti quae noſcere poſſent,
190. Commiſerans hominum metuendos vndique caſus.
Nam cum fulgentem cernes ſine nubibus atris
Aram ſub media caeli regione locatam,

A ſum-

A ſumma parte obſcura caligine tectam, A.P.415—420.
Tum validis fugito deuitans viribus Auſtrum. 195.
Quem ſi proſpiciens vitaueris, omnia caute
Armamenta locans, tuto labere per vndas.
Sin grauis inciderit vehementi flamine ventus,
Perfringet celſos defixo robore malos:
Vt res nulla feras poſſit mulcere procellas, 200.
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Coeperit et ſubitis auris diduxerit Ara.
Sin humeros medio in caelo Centaurus habebit, A. P. 430.
Ipſeque caerulea contectus nube feretur,
Atque Aram tenui caligans veſtiet vmbra, 205.
Ad ſignorum obitum vis eſt metuenda Fauoni. A. P. 435.
Ille autem Centaurus in alta ſede locatus,
Qua ſeſe clarum collucens Scorpius infert,
Hac ſubter, partem praeportans ipſe virilem,
Cedit, equi partes properans ſubiungere Chelis. 210.
Hic dextram porgens, quadrupes qua vaſta tenetur,
Quam nemo certo donauit nomine Graiûm,
Tendit, et illuſtrem truculentus cedit ad Aram. A. P. 440
Hic ſeſe infernis de partibus erigit Hydra,
Praecipiti lapſu flexo cum corpore ſerpens. 215.
Haec caput atque oculos torquens ad terga Nepai, A. P. 445.
Conuexoque ſinu ſubiens inferna Leonis,
Centaurum leni contingit lubrica cauda.
In medioque ſinu fulgens Cratera relucet;
Extremum nitens plumato corpore Coruus 220.

Roſtro tundit. Et hic, Geminis eſt ille ſub ipſis
A. P. 450. Ante canis, Graio Procyon qui nomine fertur.
Haec ſunt quae viſens nocturno tempore ſigna
Aeternumque volens mundi cognoſcere motum
Legitimo cernes caelum luſtrantia curſu.
Nam quae per bis ſex Signorum labier orbem
A. P. 455. Quinque ſolent ſtellae, ſimili ratione notari
Non poſſunt: quia quae faciunt veſtigia curſu
Non eodem ſemper ſpacio protrita feruntur.
Sic malunt errare vagae per nubila caeli,
Atque ſuos vario motu metirier orbes.
Hae faciunt magnos longinqui temporis annos,
Cum redeunt ad idem caeli ſub tegmine ſignum.
A. P. 460. Quarum ego nunc nequeo totos euoluere curſus:
Verum haec quae ſemper certo voluuntur in orbe
Fixa, ſimul magnos edemus gentibus orbes.
Quatuor aeterno luſtrantes lumine mundum,
Orbes ſtelligeri portantes ſigna feruntur,
Amplexi terram caeli ſub tegmine fulti,
E quibus annorum volitantia lumina noſces,
A. P. 465. Quae denſis diſtincta licebit cernere ſignis;
Tum magnos orbes magno cum lumine latos,
Vinctos inter ſe, et nodis caeleſtibus aptos,
Atque pari ſpacio duo cernes eſſe duobus.
Nam ſi nocturno cognoſcens tempore caelum,
A. P. 470. Cum neque caligans deterſit ſidera nubes,
Nec pleno ſtellas ſuperauit lumine Luna,

Vidiſti

Vidisti magnum candentem serpere Circum;
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. A. P. 475.
Hic non perpetuum detexens conficit orbem,
Sed spacio multum superis praestare duobus
Dicitur, et late caeli lustrare cauernas.

Quorum alter tangens Aquilonis vertitur A. P. 480.
auras,
Ora petens Geminorum illustria; tum genus
ardens
In sese retinens Aurigae portat vtrunque.
Hunc sura laeua Perseus humeroque sinistro
Tangit. At Andromeda hic dextra de parte te- A. P. 485.
netur;
Imponitque pedes duplices Equus; et simul
Ales
Ponit auis caput, et clinato corpore tergum;
Anguitenens humeris connititur; illa recedens
Austrum consequitur deuitans corpore Virgo. A. P. 490.
At vero totum spacium conuestiet orbis
Magnu' Leo, et claro collucens lumine Cancer,
In quo consistens conuertit curriculum Sol
Aestiuus, medio distinguens corpore cursus.
Hic totus medius circo disiungitur; Iste A. P. 495.
Pectoribus validis atque aluo possidet orbem.
Hunc octo in partes diuisum noscere circum,
Si potes, inuenies supero conuertier orbe
Quinque pari spacio, partes treis esse relictas,

Tempore nocturno quas vis inferna frequentat.
A. P. 500. Alter ab infernis Cancro connectitur Auſtris.
Diſtribuens medium ſubter ſecat hic Capricornum,
Atque pedes gelidum riuum fundentis Aquari,
275. Caeruleaeque feram caudam Piſtricis, et illum
Fulgentem Leporem; inde pedes Canis, et ſimul amplam
Argoam retinet claro cum lumine Nauem;
A. P. 505. Tergaque Centauri, atque Nepai portat acumen;
Inde Sagittari defixum poſſidet arcum.
280. Hunc a clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum
Cedens poſtremum tangit rota feruida Solis;
Exinde in ſuperas brumali tempore flexus
Se recipit ſedes. huic orbi quinque tributae
A. P. 510. Nocturnae partes, ſupera tres luce dicantur.
285. Hoſce inter mediam partem retinere videtur
Tantus quantus erit collucens Lacteus orbis,
In quo autumnali atque iterum ſol lumine verno
Exaequat ſpacium lucis cum tempore noctis.
Hunc retinens Aries ſublucet corpore totus,
A. P. 515. Atque genu flexo Taurus connititur ingens.
290. Orion claro contingens pectore fertur.
Hydra tenet flexu; Cratera et Coruus adhaeret,
A. P. 520. Et paucae e Chelis ſtellae; ſimul Anguitenentis
Sunt genua; et ſummi Iouis Ales nuncius inſtat;
295. Propter Equus capite et ceruicum lumine tangit.

Hoſce

Hoſce aequo ſpacio deiunctos ſuſtinet axis,
Per medios ſummo caeli de vertice tranans. A. P. 525.
Ille autem claro quartus cum lumine Circus,
Partibus extremis extremos continet orbes,
Et ſimul a medio media de parte ſecatur,
Atque obliquus in his nitens cum lumine fertur:
Vt nemo cui ſancta manu doctiſſima Pallas
Solertem ipſa dedit fabricae rationibus artem,
Tam tornare cate contortos poſſiet Orbes, A. P. 530.
Quam ſunt in caelo diuino Numine flexi,
Terram cingentes, ornantes lumine mundum,
Culmine transuerſo retinentes ſidera ſulta.
Quattuor hi motu cuncti voluuntur eodem:
Sed tantum ſupera terras ſemper tenet ille
Curriculum, oblique inflexus tribus Orbibus A. P. 535.
vnus.
Quanto eſt diuiſus Cancer ſpacio a Capricorno,
Ac ſubter terras ſpacium par eſſe neceſſe eſt.
Et quantos radios iacimus de lumine noſtro, A. P. 540.
Queis hunc conuexum caeli contingimus orbem,
Sex tantae poterunt ſub eum ſuccedere partes,
Bina pari ſpacio caeleſtia ſigna tenentes.
Zodiacum hunc Graeci vocitant, noſtrique Latini
Orbem Signiferum perhibebunt nomine vero:
Nam gerit hic voluens bis ſex ardentia ſigna.
Aeſtifer eſt pandens feruentia ſidera Cancer. A. P. 545.

Hunc ſubter fulgens cedit vis torua Leonis,
Quem rutilo ſequitur collucens corpore Virgo.
Exin proiectae claro cum lumine Chelae,
Ipſaque conſequitur lucens vis magna Nepai.
Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum.
Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit.
Humidus inde loci collucet Aquarius orbi.
Exin ſquammiferi ſerpentes ludere Piſces;
Queis comes eſt Aries obſcuro lumine labens,
Inflexoque genu proiecto corpore Taurus,
Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem.
A. P. 550. Haec Sol aeterno conueſtit lumine luſtrans,
Annua conficiens vertenti tempora curſu.
Hic quantum terris conuexus pellitur orbis,
Tantundem ille patens ſuperà mortalibus extat.
A. P. 555. Sex omni ſemper cedunt labentia nocte:
Tot caelum rurſus fugientia ſigna reuiſunt.
Hoc ſpacium tranans caecis nox conficit vmbris,
Quod ſupera terras prima de nocte relictum
Signifero ex orbi'ſt et ſignorum ordine ſultum.
Quod ſi Solis aues certos cognoſcere curſus,
A. P. 560. Ortus Signorum nocturno tempore viſes;
Nam ſemper Signum exoriens Titan trahit vnum.
Sin autem officiens ſignis mons obſtruet altus,
Aut adiment lucem caeca caligine nubes,
Certas ipſe notas caeli de tegmine ſumens
A. P. 565. Ortus atque obitus omneis cognoſcere poſſis.

Quae

Quae ſimul exiſtant cernes, quae tempore eodem
Praecipitent obitum nocturno tempore noſces.
Iam ſimul vt ſupero ſe totum lumine Cancer
Extulit, extemplo cedit delapſa Corona. A. P. 570.
Et loca conuiſit cauda tenus infera Piſcis.
Dimidiam retinet ſtellis diſtincta Corona
Partem iam ſupera, atque alia de parte repulſa eſt;
Quam tamen inſequitur Piſcis, nec totus ad vmbras A. P. 575.
Tractus, ſed ſupero contectus corpore cedit,
Atque humeros vsque a genibus camurumque recondit
Anguitenens validis magnum a ceruicibus Anguem.
Iam vero Arctophylax non aequa parte ſecatur;
Nam breuior clara caeli de parte videtur, A. P. 580.
Amplior infernas depulſus poſſidet vmbras.
Quattuor hic obiens ſecum deducere ſigna
Signifero ſolet ex orbi, tum ſerius ille,
Cum ſupera ſeſe ſatiauit luce, recedit,
Poſt mediam labens claro cum corpore noctem.
Haec obſcura tenens conuertit ſidera tellus. A. P. 585.
At parte ex alia claris cum lucibus errat
Orion humeris et lato pectore fulgens,
Et dextra retinens non caſſum luminis Enſem.
Sed cum de terris vis eſt patefacta Leonis, A. P. 590.
Omnia quae Cancer praeclaro detulit ortu,

Cedunt obſcurata, ſimul vis magna Aquilai
Pellitur: ac flexo conſidens corpore Niſus
Iam ſupero ferme depulſus lumine cedit;
Sed laeuum genus atque illuſtrem linquit in altum
Plantam. Tum contra exoritur clarum caput Hydrae,
Et Lepus, et Procyon, qui ſeſe feruidus infert
Ante Canem; inde Canis veſtigia prima videntur.

Non pauca e caelo depellens ſigna repente
Exoritur candens illuſtri lumine Virgo.
Cedit clara Fides Cyllenia; mergitur vnda
Delphinus; ſimul obtegitur depulſa Sagitta;
Atque Auis ad ſummam caudam primasque recedit
Pinnas, et magnus pariter delabitur Amnis.
Hic Equus a capite et longa ceruice lateſcit.
Longius exoritur iam claro corpore Serpens,
Crateraque tenus lucet mortalibus Hydra.
Inde pedes Canis oſtendit iam poſteriores,
Et poſt ipſe trahit claro cum lumine puppim;
Inſequitur labens per caeli lumina Nauis;
Haec medium oſtendit radiato ſtipite malum;
Et iamiam toto proceſſit corpore Virgo.

At cum procedunt obſcuro corpore Chelae,
Exiſtit pariter larga cum luce Bootes,

Cuius

Cuius in aduerſum eſt Arcturus corpore fixus,
Totaque iam ſuperà fulgens prolabitur Argo,
Hydraque, quod late caelo diſperſa tenetur,
Nondum tota patet, nam caudam contegit vmbra.
Iam dextrum genus, et decoratam lumine ſuram
Erigit ille vacans vulgato nomine Niſus,
Quem nocte extinctum atque exortum vidimus vna
Perſaepe, vt paruum tranans geminauerit orbem.
Hic genus et ſuram cum Chelis erigit alte;
Ipſe autem praeceps obſcura nocte tenetur,
Dum Nepa et Arcitenens inuiſant lumina caeli.
Nam ſecum medium pandet Nepa, tollere vero
In caelum totum exoriens conabitur Arcus.
Hic tribus elatus cum ſignis corpore toto
Lucet: at exoritur media de parte Corona,
Caudaque Centauri extremo candore refulget.
Hic ſe iam totum caecas Equus abdit in vmbras,
Quem rutila fulgens pluma praeteruolat Ales:
Occidit Andromedae clarum caput, et fera Piſtrix
Labitur horribiles epulas funeſta requirens.
Hanc contra Cepheus non ceſſat tendere palmas.
Illa vsque ad ſpinam mergens ſe caerula condit;
At Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat.

395. A. P. 610
400. A. P. 615.
405. A. P. 620.
410. A. P. 625.
415. A. P. 630.

A. P. 615. Cum vero vis eſt vehemens exorta Nepai,
Late fuſa volat. Per terras fama vagatur,
Vt quondam Orion manibus violaſſe Dianam
Dicitur, excelſis errans in collibus amens,
Quos tenet Aegaeo defixa in gurgite Chius,
Brachia cui viridi conueſtit tegmine vitis.
Ille feras vecors amenti corde necabat,
A. P. 640. OEnopionis auens epulas ornare nitentes:
At vero pedibus ſubito perculſa Dianae
Inſula diſceſſit, diſiectaque ſaxa reuellens
Perculit, et caecas luſtrauit luce lacunas;
E quibus ingenti exiſtit cum corpore prae ſe
Scorpios infeſtus praeportans flebile acumen.
Hic valido cupide venantem perculit ictu,
Mortiferum in venas figens per vulnera virus;
Ille graui moriens conſtrauit corpore terram.
A. P. 645. Quare cum magnis ſeſe Nepa lucibus effert,
Orion fugiens commendat corpora terris.
Tum vero fugit Andromeda, et Neptunia Piſtrix
Tota latet; cedit conuerſo corpore Cepheus,
Extremas medio contingens corpore terras.
A. P. 650. Hic caput et ſuperas potis eſt demergere partes,
Infera lumborum nunquam conueſtiet vmbra;
Nam retinent Arctae luſtrantes lumine ſuras.
Labitur illa ſimul gnatam lachrymoſa requirens
Caſſiepeia, neque ex caelo depulſa decore
P. 655. Fertur; nam verſo contingens vertice primum
Ter-

Terras, poſt humeris euerſa ſede refertur.
Hanc illi tribuunt poenam Nereides almae,
Cum quibus, vt perhibent, auſa eſt contendere forma.
Haec obit inclinata; at pars exorta Coronae eſt A. P. 660.
Altera, cum caudaque omnis iam panditur Hydra.
At caput et totum ſeſe Centaurus opacis
Eripit e tenebris, linquens veſtigia parua
Antepedum contecta; ſimul cum lumina pandit,
Ipſe feram dextra retinet. Prolabitur inde
Anguitenens capite et manibus: profert ſimul A. P. 665.
Anguis
Iam caput et ſummum flexo de corpore lumen.
Hic ille exoritur conuerſus corpore Niſus,
Aluum, crura, humeros, ſimul et praecordia A. P. 670.
luſtrans,
Et dextra radios laeto cum lumine iactans.
Inde Sagittipotens ſuperas cum viſere luces
Inſtitit, emergit Niſi caput: et ſimul effert
Seſe clara Fides, et prodit corpore Cepheus. A. P. 675.
Feruidus ille Canis toto cum corpore cedit,
Abditur Orion, obit et Lepus abditus vmbra.
Inferiora cadunt Aurigae lumina lapſu.
Crus dextrumque pedem linquens obit infera
Perſeus
In loca; tum cedens a puppi linquitur Argo.

Inde

Inde obiens Capricornus ab alto, lumine pellit
A. P. 680. Aurigam, instantemque Capram, paruos simul Hoedos,
Et magnam antiquo depellit nomine Nauem,
470. Obruitur Procyon; emergunt alite lapsu
E terris volucreis; existit clara Sagitta.

CETERA DESIDERANTVR.

M. T. CICERONIS
PROGNOSTICORVM ARATEORVM
FRAGMENTA

Priſcian. lib. X. p. 386. Fragm. I Arati Dioſem. vſ. 133.

Idem (Cicero) paſſiuum eius verbi in Prognoſticis protulit,

— — — — Vt cum
Luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii coeca caligine tecti.

Priſcian. lib. XVI. p. 552. ſub. fin. et XVIII. p. 706. II. A. D. vſ. 160.

Hoc quoque non eſt praetermittendum, quod coniunctiones ſibi praepoſitae inueniuntur, tam eiusdem poteſtatis cum ſint, quam alterius, vt Cicero in Prognoſticis:

Aſt autem tenui quae candet lumine Phatne.

Cic. de Diuinat. I, 8. III. A. D. 177.

Atque etiam ventos praemonſtrat ſaepe futuros
Inflatum mare, cum ſubito penitusque tumeſcit,
Saxaque cana ſalis niueo ſpumata liquore
Triſtificas certant Neptuno reddere voces;
Aut denſus ſtridor cum celſo e vertice montis
Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſaepe repulſu.

Raua

Rana fulix itidem fugiens e gurgite ponti
Nunciat horribiles clamans inſtare procellas,
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.

IV. Cic. de Diuinat. I, 8. 9.

A. D. vſ. 215 ſq.

Vos quoque ſigna videtis aquäi dulcis alumnae
Cum clamore paratis inanes fundere voces,
Abſurdoque ſono fontes et ſtagna cietis.
Saepe etiam pertriſte canit de pectore carmen
Et matutinis acredula vocibus inſtat
Vocibus inſtat, et aſſiduas iacit ore querelas,
Cum primum gelidos rores Aurora remittit.
Fuſca nonnumquam curſans per littora Cornix
Demerſit caput et fluctum ceruice recepit.
Mollipedesque boues ſpectantes lumina coeli
Naribus humiferum duxere ex aëre ſuccum.

V. Cic. de Diuinat. I, 9. Cf. Plin. H. N. XVIII, 25.

A. D. vſ. 325 ſq.

Iam vero ſemper viridis ſemperque grauata
Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere foetu,
Ter fruges fundens tria tempora monſtrat arandi.

CETERA DESIDERANTVR.

II. GER-

31

II.

GERMANICI CAESARIS

ARATEA

ET IN EADEM COMMENTARIA

ARATI PHAENOMENA

PER

GERMANICVM CAESAREM

IN LATINVM CONVERSA ET IN EADEM

COMMENTARIA.

Caelum Circulis quinque diſtinguitur, quorum duo extremi maxime frigidi: Auſtralis humillimus, et Aquilonius excelſiſſimus. His vtrinque proximi duo Paralleli vocantur, vt ita dixerim, *aequidiſtantes:* iidem Tropici, iidem Solſtitiales: alter Hibernus, per quem ſol tranſiens ac tenens octauam partem Capricorni, ſolſtitium hibernum facit: alter Aeſtiuus, per quem ſol tranſiens ac tenens octauam partem Cancri, ſolſtitium aeſtiuum facit. Medius eſt Aequinoctialis, qui octauam partem Arietis tenens, aequinoctium vernum facit: octaua Librae, autumnale conſtituit. Vt Circuli in caelo, ita Zonae in terra vocantur. Inhabitabiles frigidi circuli ſunt ob rigorem, quod ab his longiſſime ſol abeſt. Sub torrido quidam habitare putant Aethiopiae maximam partem: item plurimas inſulas Maris rubri, aliosque vertices eminentiasque terrarum noſtris ampliores. Sub Tropicis habitare nulli dubium eſt.

Noſter Solſtitialis Aeſtiuus eſt excelſus atque arduus. Diuiſi autem ſunt a nobis circulo Aequinoctiali, qui Antichthones nominantur, et videntur humiles atque depreſſi, qui Antipodes infra ſunt: quod vt eſſe videatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum, quas Antichthones et Antiſtochae et Antiſceptae inhabitare

dicuntur. Incipit autem Signifer, non ab extremo circulo, nec ad extremum extenditur: ſed ab intimo Tropico auſtrali, brumalique eodem, per Aequinoctialem ad ſummum ſolſtitialem, eumdemque aeſtiualem per medium, (in his longitudo latitudoque) porrectus. Obliquae circuli Signiferi partes, CCCLXV. ſigna XII, partium ſingula tricenarum, quorum quaedam minora, quaedam ampliora, et populo Canophora dicuntur: ſed compenſatio quinque partibus creditur applicari, vt ſint omnes Signiferi partes, CCCLXV. Horum incipientia ab Ariete, alia ſunt maſculorum natalibus, alia foeminarum. Item quartum quoque eorum, aut tropicum, aut ſolidum, aut deforme. Incipiet dinumeratio ab Ariete. Signa tropicorum duo ſunt aequinoctialia, Aries et Libra: duo ſolſtitialia, Capricornus et Cancer. Tropicis proxima ſolida antepoſita, his deformia.

Hic eſt ſtellarum ordo vtrorumque circulorum: Septentriones duplices ad auſtrum vertuntur, figura auerſis caudis inuicem ſibi aduerſantes: inter quas obliquus dilabitur Draco. Sub vnius nanque pede eſt Serpentarius, cuius Serpentarii pedes attingunt frontem Scorpionis. A latere autem retro ſtat Cuſtos: ſub pedibus quidem eius Virgo, habens igneam in manibus ſpicam: retrorſus vero, veſtigiis eius adiacens Leo, medio aeſtiuo ſolſtitio Cancer et Gemini. Genua autem Agitatoris caput Gemini attingunt: pedes autem eius Tauri cornibus iunguntur, cuius Hoeduli deſuper obtinent locum Septentrionis. Habet autem Septentrio a dextris iuxta Coronam deſuper ſerpentem in manibus Serpentarii, et eum qui in Geniculo ſtat, et ſiniſtro pede ſeptentrionalis Draconis verticem calcans, vnum brachium Librae, alterum dans Coronae. Nam minori Septentrione vltimus pes Cephei continetur, Cycnum manu dextra apprehendentis: ſuper cuius alas Equus extendit pedem, et ſuper equum Aquarius extolli-

Digitized by Google

tollitur, iuxta quem Capricornus eſt. Sub Aquarii pedibus Piſcis magnus auſtrinus, conſtituta ante Cepheum Caſſiepeia: et a dorſo Agitatoris Perſeus pedem extendit: ſuper Perſei caput Caſſiepeia pedibus properare videtur. Inter Cycnum igitur et eum qui in Geniculo ſtat, Lyra conſtituitur. In quorum medio deſuper ab oriente Delphinus cognoſcitur: ſub cuius cauda eſt Aquila, in proximo habens Serpentarium. Sed iam de aquilonio circulo dictum eſt. Nunc ad auſtralem ordinem properemus.

Sub aculeo Scorpionis Sacrarium conſtitutum eſt; ſub corpore eius anteriora Centauri videntur, in quo eſt beſtia. Conſpicitur et Sagittarii pes ſummus ex alia parte. Sub auſtrali circulo prope Centauri membra Hydrae cauda, et Cornus; ad genus Virginis vrna eſt poſita: a finiſtris Orionis (qui et Incola) Fluuius, qui et Padus, necnon et Eridanus: ſub pedibus Orionis, qui et Incola dicitur, Lepus ſplendida effigie conſpicitur. Retrorſum vero a pedibus eius Canis ſplendida refulget: poſt cuius caudam Nauis conſtituta eſt: ad Tauri pedem protendit manum Orion: pedibus Gemini appropinquat Anticanis: ſuper caput Arietis non longe ab Andromedae pedibus Triangulus poſitus eſt; ſub Ariete et Piſcibus Cetus; connexio vero Piſcium communem habet ſtellam.

GERMANICI CAESARIS ARATEA PHAENOMENA.

Ab Ioue principium magno deduxit Aratus
Carminis; at nobis genitor Tu maximus auctor;
Te veneror, Tibi sacra fero, doctique laboris
Primitias. Probat ipse Deûm rectorque satorque.
Quantum etenim possent anni certissima signa,
Qua Sol ardentem Cancrum rapidissimus ambit,
Diuersasque secat metas gelidi Capricorni;
Quaeue Aries et Libra aequant diuortia lucis;

Si

Quaeritur cur a Ioue incepit, et non a musis, vt Homerus? Conueniens magis hoc existimauit principium Phaenomenis, vti Iouem inuocaret, quod ipsorum carminum origo est Iupiter. Non solus autem ita coepisse videtur Aratus, sed et Crates Comicus, a Vesta incipiens et profari carmina; Sophron in mimo, qui Nuncius inscribitur, a Vesta incipiens. Omnes inuocant Iouem omnium principem. Sed quaeritur cuius Iouis meminerit, vtrumne fabulosi, an naturalis? Et philosophi quidem plurimi naturalis aiunt eum Iouis meminisse. Sed Crates ait, Iovem dictum caelum; inuocatum vero merito, quia in aëre et aethere sunt sidera; et Homerum dixisse Iouem in aliqua parte caelum. Et ipse Aratus, quod

dicit

Si non parta quies, Te praeſide, puppibus aequor,
Cultorique daret terras? Procul arua ſilerent.
Nunc vacat, audaces in caelum tollere vultus,
Sideraque et varios caeli cognoſcere motus;
Nauita quid caueat; quid ſcitus vitet arator;
Quando ratem ventis, aut credat ſemina terris.
Haec ego dum Latiis conor praedicere muſis,
Pax Tua Tuque adſis nato, numenque ſecundes.

C 3 Caetera,

dicit Herodotus, Iouem dictum aëra, et Crates quidem eiusdem eſt opinionis, teſtemque eſſe Philonem Comicum dicit. Hoc autem conſtat et ipſum dicere. Nam quia nihil aliud eſt Vox, quam percuſſus aër, videtur conuenienter dixiſſe, quae rei praeſtent auctoritatem, plenas Ioue vias referens, et omneis hominum conuentus. Nihil eorum, quae in terra ſunt, ſine aëre eſt: ratione etiam, cuius omnes vſum deſideramus. Nam cuncti mortales oſtendunt vſum ſuſpirio, et cum viuimus, aëre indigemus. At quod ait, *Dextra monſtrat*, ad auguria pertinet auium. Propter quod et Stoici Iouem eſſe affirmant, qui per materiam manat ſpiritus, et ſimilis eſt noſtrae animae. (Zenodotus autem Aetolus et Diodorus aiunt, nec ad fabuloſi Iouis ſufficere eiuſmodi opinionem: eſſe enim talem cauſam Iouis, et conuenire omnes vias eo confertas, quas tantum loco eius deſcribit. Dicendo autem, Etiam genus, oſtendit animae immortalitatem. Bene, propterea quod ait: nouerat enim virtuti aliquid aemulum futurum. Dei igitur aduerſus delicta lenem eſſe, eſt, quoniam omnium parens affirmatur, et non ſolum hominum, ſed etiam deorum.)

Caetera, quae toto fulgent vaga ſidera mundo,
Indefeſſa trahit proprio cum pondere caelum.
Axis at immotus ſemper veſtigia ſeruat,
Libratasque tenet terras, et cardine firmo
Orbem agit. Extremum geminus determinat axem,
Quem Graii dixere polum; pars merſa ſub vndas
Oceani, pars celſa ſub horrifero Aquilone.
Arcti. Axem Cretaeae dextra laeuaque tuentur
Siue Arcti, ſeu Romani cognominis Vrſae,
Plauſtraue, quae facies ſtellarum eſt proxima vero:

Tres

Vertices extremos, circa quos Sphaera caeli volvitur, Polos Graeci nuncupauerunt, e quibus vnus eſt auſtralis, qui terrae obiectus a nobis nunquam videtur; alter autem ſeptentrionalis, qui boreus vocatur, et nunquam occidit.

Duae ſunt Arcti, quarum maiorem vocant, Helicen: minorem, Canis caudam. Alterutra quidem harum capita deorſum, alterutra ſurſum aſpiciunt. Altera nanque Helice eſt, quae apparet prima noctis: altera, puſilla quidem, ſed a nauigantibus obſeruatur; maria enim conturbat. Helicen autem dicit Heſiodus Calliſto Lycaonis regis filiam fuiſſe, et in Arcadia ſolitam cum Diana venari, et in montibus vagari, et a Ioue compreſſam, rem celaſſe Dianam. Quam gravidam, nudam ſe lauantem cum aſpexiſſet Diana in lauacro, partum eius accelerans, beſtiam eam eſſe iuſſit; et dum eſſet vrſa, Arctum enixa eſt, quem Arcadem vocant. Amphis autem comicus poeta refert,

Tres temone, rotisque micant ſublime quaternae;
Si melius, dixiſſe feras: obuerſa refulgent
Ora feris; caput alterius ſuper horrida terga
Alterius lucet; pronas rapit orbis in ipſos
Decliueis humeros. Veteri ſi gratia famae,
Creſſia vos tellus aluit, moderator Olympi
Donauit caelo; meritum cuſtodia fecit,
Quod fidae comites prima incunabula magni
Fouerunt Iouis, attonitae cum furta parentis
Aerea pulſantes mendaci cymbala dextra,
Vagitus pueri patrias ne tangeret aures,
Dictaei exercent dominae famuli Corybantes.

fert, Iouem in Dianae effigiem transfiguratum in venatione Calliſto oppreſſiſſe; tempore partus plena cum vexaretur, Dianae culpam indicaſſe, et iratam Dianam in vrſam transfiguraſſe. Quae dum in montibus vagaretur, a quibusdam paſtoribus apprehenſa, cum puero perducta eſt ad Lycaonem; poſt tempus in Lycaei Iouis templum confugientem, cum eam Arcas filius ſequeretur, quo eam nefas erat intrare, ab Arcadibus vtrique interfecti ſunt. Iupiter autem vtrosque caeli aſtris intulit, Vrſamque eam nominauit. Ouidius a Iunone in beſtiam conuerſam ſcribit. Habet autem ſtellas in capite ſeptem, in ſingulis humeris ſingulas obſcuras, in armo duas, in pectore vnam, in pede priore claras duas, in ſumma cauda claram vnam, in ventre claram vnam, in ſpina vnam, in crure poſteriore duas, in extremo pede duas, ſuper caudam tres; ſiunt omnes XXIV. Porro Arctus minor a pluribus Phoenice, a Graecis Arctophylax, a nonnullis

Hinc Iouis altrices Helice Cynoſuraque fulgent.
Dat Graiis Helice curſum maioribus aſtris,
Phoenicas Cynoſura regit; ſed candida tota
Et liquido ſplendore Helice nitet; haud prius vlla,
Cum ſol Oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat caelo, ſeptem quam Creſſia flammis.
Certior eſt Cynoſura tamen ſulcantibus aequor:
Quippe breuis totam fido ſe cardine vertit,
Sidoniamque ratem nunquam ſpectata fefellit.

Draco. Has inter medias abrupti fluminis inſtar
Immanis ſerpens ſinuoſa volumina verſat
Hinc atque hinc, ſuperatque illas mirabile monſtrum.

Caudâ

Ils Canis cauda vocatur. Quam Sidones aſpicientes continuo nauigant. Dicitur a Ioue inter aſtra collocatus, vt duplex honor Helices monſtraretur. Agathoſthenes quidem in Aſiaticis carminibus, Cynoſuram dicit Iouis fuiſſe nutricem, vnam ex Idaeis nymphis, a qua in Cretae oppido Hyitoe Nicoſtratus conſtituit portus, et circa eum locum Cynoſuram fuiſſe cum Telchiniis, qui dicuntur Curetes Idaei. Aratus Cynoſuram et Helicen Cretenſes Iouis nutrices fuiſſe dicit, ob quod ſunt caeleſti donatae honore.

Habet autem ſtellas, in humero ſplendidam vnam, in pectore claram vnam, in ventre claram vnam, ſuper caudam claras tres: fiunt omnes ſeptem ſupra alias decem, quae praecedunt et dicuntur ludentes: et maxime altera, quae vocatur Polus, in quo a quibusdam putatur totus orbis circunuerti.

Inter ambas ergo Arctos maximus flexuoſo corpore adiacens Draco, qui vtranque Arcton flexuoſo corpore ſemi-

Caudâ Helicen ſupra tendit, redit ad Cynoſuram
Squammigero lapſu; qua deſinit vltimá cauda,
Hac caput eſt Helices; flexu comprenditur alto
Serpentis Cynoſura; ille explicat amplius orbes,
Sublatusque retro maiorem reſpicit Arctum.
Ardent ingentes oculi, caua tempora claris
Ornantur flammis, mento ſedet vnicus ignis.
Tempus dexterius qua ſignat ſtella Draconis,
Quaque ſedet mento: lucet nouiſſima cauda;
Extremum qua Helices ſidus micat, ac radiatur
Serpentis decliue caput; qua proxima ſigna
Occaſus ortusque, vno tanguntur ab orbe
Oceani tumidis ignotae fluctibus Arcti,
Semper inocciduis ſeruantes ignibus axem.

ſemlcingit, Helices ſuperuoluit caput, Phoenices circuncingit caudam. Hunc Pherecydes dicit inter aſtra colloçatum beneficio Iunonis, eo quod cum nuberet Ioui Iuno, diis offerentibus munera, Terra quoque obtulerit aurea mala cum ramis, quae Iuno in hortum ſuum, qui erat apud Atlantem, inferri iuſſit, et Heſperides Atlantis filias cuſtodes poſuit, quae cum a filiabus Atlantis ſubtraherentur et ſaepe vexarentur, Iuno cuſtodem horti Draconem peruigilem implicuit arbori, quem Hercules interfecit, et illa aſtris intulit. Hunc alii Iouem aſtris intuliſſe dicunt, ob memoriam virtutis Herculis, Mineruae obiectu, quem illa contortum caelo immiſit, et inter Septentriones locauit. Habet autem ſtellas, in capite ſplendidas tres, in corpore vero vsque ad caudam, XII. ab inuicem diſtantes. Sunt autem omnes XV.

Engonaſin. Haud procul Effigies inde eſt defecta labore,
65. Non illi nomen, non magni cauſa laboris:
Dextro nanque genu Nixus, diuerſaque tendens
Brachia, ſuppliciter panſis ad numina palmis,
Serpentis capiti figit veſtigia ſcaeua.

Corona. Claro Ariadnes qua ſacrata eſt igne Corona,
70. (Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem)

Terga

Draconem immenſae magnitudinis, hortorum cuſtodem inſomnem, dum a Iunone ad cuſtodienda aurea mala eſſet conſtitutus, Hercules, cum ad mala aurea profectus fuiſſet, ut refert Panyaſis in Heraclea, fertur peremiſſe; et iccirco inter aſtra Iupiter hunc laborem memoria dignum honoraſſe, et vtrosque ſideribus intuliſſe, ita vt in certamine fuerint eorum habitus, ſerpentis capite iam defecto; qui ideo in genu ſtans, manibus ſurſum extenſis, dextro pede contra draconem porrecto pingitur, vt certaminis labor ſignificetur. Ideo pellem leonis in ſiniſtra manu habere fingitur, vt inſigne virtutis monſtretur, quia leonem inermis interfeciſſe narratur. Habet autem ſtellas, in capite vnam, in ſingulis humeris ſingulas ſplendidas, in ſiniſtro cubito vnam, in eadem manu vnam, in eodem brachio vnam, in ſiniſtro femore vnam, in dextra parte femoris duas, in coxa duas, in genu dextro vnam, in eadem tibia vnam, in crure duas, in eodem pede vnam, in dextra manu vnam, in claua, quam eadem tenet manu, vnam, in leonina pelle quatuor. Sunt omnes vigintiquatuor.

Haec corona dicitur eſſe Ariadnes, quam Liber aſtris intuliſſe dicitur, dum eius nuptias dii in inſula Creta

Terga nitent ſtellis; at qua ſe vertice tollit, Ophiuchus.
Succiduis genibus laſſum et miſerabile ſidus,
Hac Ophiuchus erit, longe caput ante notabis,
Et vaſtos humeros, tum caetera membra ſe-75.
quuntur.
Illis languet honos, humeris manet integer ardor.
Luna etiam pleno menſem cum diuidit orbe, Anguis.
Lux tenuis manibus, per quas elabitur Anguis
Preſſus

Creta celebrarent, cogitans praeclaram facere, pro qua primum noua nupta coronata eſt. Sed qui Cretica conſcripſit, refert, quia cum Liber ad Minoem regem veniſſet, vt Ariadnen filiam eius duceret vxorem, coronam dono Ariadnae dediſſe Vulcani opere factam ex auro et gemmis precioſis, et talis fulgoris fuit, vt Theſea ex Labyrintho liberaret, quae poſt aſtris affixa eſt, cum in Naxon vtrique veniſſent. (Signum amoris eius crines oſtendunt, et eſt ſtellis fulgentibus ſub cauda Leonis. Habet autem ſtellas nouem in circuitu poſitas, quarum tres ſunt ſplendidae.)

Hic eſt Serpentarius, qui ſuper Scorpionem ſtat, tenens vtraque manu ſerpentem, qui ab aſtrologis dicitur fuiſſe Aeſculapius, filius Apollinis; qni cum medicinae arte vteretur, mortuos fertur ſuſcitaſſe. Quamobrem iratus in eum Iupiter domum eius ipſo fulminis ictu percuſſit. Rogatu autem Apollinis patris Iupiter ei arte ſua rurſus poſt obitum defuncto animam reſtituiſſe ad vitam, et inter aſtra conſtituiſſe putatur. Habet autem ſtellas, in capite claram vnam, in ſingulis humeris claras ſingulas, in ſiniſtra manu tres, in dextra quatuor, et duas ex eis claras: in ſingulis lumbis ſingulas, in ſingulis genibus

Preſſus vtraque manu, medium cingens Ophiuchum.

Scorpius. Scorpius ima pedum tangit, ſed planta ſiniſtra
80. In tergo reſidet, veſtigia dextera pendent.
Eſt impar manibus pondus, nam dextera paruam
Partem anguis retinet, per laeuam attollitur omnis;
Quantumque a laeua diſtantia Serta notantur,
Erigi

nibus ſingulas, in dextra tibia claram vnam, in ſingulis pedibus ſingulas claras. Sunt omnes XVII.

Serpens, quem tenet in manibus, habet ſtellas in orificio duas, in flexura capitis ſpiſſas quatuor, in manu Ophiuchi duas claras, in prima flexura octo, in ſecunda, quam tenet in dextra manu, alias octo, in tertia vsque ad caudam ſex. Fiunt omnes ſtellae ſerpentis triginta.

SCORPIVS.

Scorpius ſane inter aſtra a Ioue illatus eſt, pro eo quod ferunt ex terra ortum, ſummiſſumque qui Oriona interficeret ob eius loquacitatem, quod ex venatione nullam ſe feram relinquere diceret; isque Oriona percuſſit et occidit, et inde a Ioue aſtris illatus eſt, vt eius naturam futuri homines intelligèrent. Nigidius autem dicit, Scorpionem ad perniciem Orionis in inſula Chio in monte Chelippio ortum, voluntate atque ope Dianae. Nam cum in monte Celſionio venaretur, irridens Dianam, contemnebat eius opera, quae in monte conſtituebat. Itaque Diana dicitur miſiſſe Scorpionem, qui Orionem vita priuaret: poſtea ab Ioue impetraſſe, vt Scorpio in duodecim ſignorum memoria conſtitueretur. Hic ob magnitudinem in duo domicilia partitur.

Erigitur tantum Serpens, atque vltima mento
Stella ſub aetherea fulget crinita corona,
At qua ſe dorſo ſinuabit lubricus Anguis,
Inſigni caelum perfundunt lumine Chelae.

Ipſam Helicen ſequitur ſenior, baculoque minatus, Arctophylax.
Siue ille Arctophylax, ſeu Bacchi ob munera caeſus
Icarus, ereptam penſauit ſidere vitam.

Non

tur. Etenim ad aliud tendunt brachia eius, ad aliud corpus et cauda et ac leus. Habet autem ſtellas in vnoquoque cornu duas, in ore vnam claram, in fronte duas, in dorſo claras tres, in ventre duas, in cauda quinque, in aculeo duas. Sunt omnes XIX. Ex his quatuor, quae ſunt in Cornibus eius, duae priores clarae, et duae obſcurae Librae aſſignantur, quam Chelas Graeci dicunt.

Bootes, qui et Arcturus, fertur eſſe cuſtos Plauſtri, eo quod Plauſtrum ſequitur, id eſt Septentriones, et quaſi ſuccinctus ſit Septentrionibus. Hunc dicunt Arcadem Iouis filium eſſe, de cuius poſt nomine Arcadia dicta eſt, quem Lycaon Pelasgi filius, cum Iouem hoſpitio recepiſſet, infantem membratim lacerauit, et Ioui in epulis appoſuit, tentans Iouem, vtrum deus eſſet. Iupiter autem dicitur domum Lycaonis fulmine incendiſſe, eoque loco ciuitatem conſtructam, quae Trapezos appellata eſt; Lycaonem vero conuertiſſe in lupum, Arcadem autem compactis membris ad vitam reduxiſſe, et cuidam caprario dediſſe nutriendum. Qui cum adulta iam aetate eſſet, matri inſcius vim inferre voluit, quos cum

Non illi obſcurum caput eſt, non triſtia membra;
Sed proprio tamen vna micat ſub nomine flamma,
Arcturum dixere, ſinus qua vincula nodant.
Virgo. Virginis inde ſubeſt facies, cui plena ſiniſtra
95. Fulget ſpica manu, maturisque ardet ariſtis,
Quam Te, Diua, vocem? Tangunt mortalia ſi te
Carmina, nec ſurdam praebes venerantibus aurem,
Exoſa heu mortale genus, medio mihi curſu
100. Stabunt quadrupedes, et flexis laetis habenis
Teque Tuumque canam terris venerabile numen.

Aurea

cum incolae Lycaei montis occidere vellent, Iupiter vtrosque liberans, aſtris intulit: qui, vt res geſta eſt, ita manent, illa Vrſae naturae, hic impetum faciens, quem Bootem Homerus vocat. Habet autem ſtellas, in dextra manu quatuor, quae non occidunt: in capite claram vnam, in ſingulis humeris ſingulas, in ſingulis mammillis claras ſingulas, in dextra parte corporis ſub mammilla obſcuram vnam, in dextro cubito claram vnam, inter vtraque genua claram vnam et magnam, quae eſt Arcturus: in ſingulis pedibus ſingulas. Fiunt omnes XIIII.

Ad adſpectum autem Bootis Virgo conſtituta eſt, quae Erigone dicta eſt, quae inter Leonem et Libram in Zodiaco locum tenet. Hanc Heſiodus Iouis et

Aurea pacati regeres cum ſecula mundi
Iuſtitia, inuiolata malis, placidiſſima virgo,
Seu genus Aſtraei fueris, quem fama parentem
Tradidit aſtrorum, ſeu vera intercidit aeuo
Ortus fama tui, mediis Te laeta ferebas
Sublimis populis, nec dedignata ſubire
Tecta hominum et puros ſine crimine, Diua, Penates.
Iura dabas, cultuque nouo rude vulgus in omnes
Formabas vitae ſinceros artibus vſus.
Nondum veſanos rabies nudauerat enſes,
Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota;
Ignotique maris curſus, priuataque tellus Grata

et Themidis filiam eſſe dicit, nomine Iuſtam. Hunc ſecutus Aratus dicit, quod cum eſſet immortalis, in terris morabatur, et a virorum aſpectu ſe ſubtrahere ſolita, cum foeminis conſulto ludere et conuerſari videbatur, et ab eis luſta vocabatur, et nondum inter homines nequitiam, neque nauigationem fuiſſe: ſed illam in terris moratam, aequitatem hominibus praeſtitiſſe eo ſeculo, quod aureum dicebatur. Sed poſtquam diminuti homines a pietate quieuerunt, illa cum eis minime conuerſata eſt: poſtquam vero hominum mores in deterius verſi ſunt, in toto ſe e terris abſtulit, et in ea parte caeli habitauit, qua enumeretur. Nonnulli autem eam eſſe Cererem, eo quod ſpicas teneat: alii Atargatin; quidam vero Fortunam, pro eo quod ſine capite aſtris infertur. Nigidius de Virgine ita refert: Virginem Iuſtitiam dici

Grata ſatis; neque per dubios auidiſſima ventos
Spes procul amotas fabricata naue petebat
Diuitias; fructusque dabat placata colono
Sponte ſua tellus; nec parui terminus agri;
Praeſtabant dominis ſigno tutiſſima rura.
At poſtquam argenti creuit deformior aetas,
Rarius inuiſit maculatas fraudibus vrbes,
Seraque ab excelſis deſcendens montibus, ore
Velato, triſtique genas abſcondita vitta,
Nulliusque larem, nullos adit illa Penates.
Tantum cum trepidum vulgus coetusque vocauit,
Increpat: O patrum ſoboles oblita priorum,
Degeneres ſemper ſemperque habitura minores,
Quid me cuius abit vſus per vota precatis?
Quaerenda eſt ſedes nobis noua; ſecula veſtra
Artibus indomitis ſtudent ſcelerique cruento.
Haec

dici ſiue Aequitatem, quae ab hominibus receſſerit, et ad immortales merito transierit. Nam cum inter mortales conueniret, omnibus locis couciliabulisque ſolitam conſiſtere, et praecipere hominibus, ne temere a iuſtitia et aequitate diſcederent: qui quandiu monitis eius obedirent, diu in vita ſine cura et ſolicitudine futuros: ſed cum negligentius aequitatem obſeruantes declinarent, inſidiisque, cupiditate et auaritia alter alterum deciperet, ab hominibus diſceſſiſſe, et digna caeleſti numero immortale praemium pietatis poſſedit. Habet autem ſtellas in capite obſcuram nimis vnam, in ſingulis humeris ſingulas, in vna-

Haec effata, ſuper montes abit alite curſu,
Attonitos linquens populos grauiora pauentes.

Aerea ſed poſtquam proles terris data, nec iam
Semina virtutis vitiis demerſa reſiſtunt;
Ferrique inuento mens eſt laetata metallo;
Polluit et taurus menſas aſſuetus aratro;
Deſeruit propere terras iuſtiſſima Virgo,
Et caeli ſortita locum, qua proximus illi
Tardus in occaſu ſequitur ſua plauſtra Bootes.

Virginis at placidae praeſtanti lumine ſignat
Stella humeros, Helicen ignis non clarior ambit,
Quique micat cauda, quique armum fulget ad ipſum,
Quique priora tenet veſtigia, quique ſecunda
Clunibus hirſutis, et qui ſua ſidera reddit;
Nanque alii quibus expletum ceruixque caputque,
Vatibus ignoti priſcis ſine honore feruntur.

Qua

vnaquaque ala obſcuras duas: ex eis quae ſunt in dextra ala a parte humeri, eſt clara vna, et in ſingulis cubitis ſingulas, in ſingulis manibus ſingulas: illa quae dextra, clarior eſt, et vocatur Spica: in tunica obſcuras ſex, in ſingulis pedibus ſingulas. Sunt omnes decem et nouem.

Gemini. Qua media eſt Helice, ſubiectum reſpice Cancrum;
At capiti ſuberunt Gemini.

Qua

Hi dicuntur Caſtor et Pollux, fratres Gemini maxima concordia, e quibus cum vnus cecidiſſet in pugna, quam aduerſus Athenienſes gerebant, alter immortalitatem accepit, quos Iupiter vtrosque caelo intulit ſideribusque Geminos nominauit, qui Salutares ſunt appellati. Nam et horum ſtellae ita ſe habent, vt occidente vna, oriatur altera. Alii volunt Zethum et Amphionem eſſe, ideo vnus zonam, alter lyram habet. Nigidius deos Samothracas dixit, quorum argumentum neſas ſit enumerare, propter eos, qui miniſteriis praeſunt. Item dicit Caſtorem et Pollucem, Tyndaridas, Geminorum honore decoratos, quod principes pacationis dicantur: quod mare totum praedonibus maleficisque pacatum reddidiſſent, et quo in tempore nauigauerint cum Iaſone atque Hercule ad pellem inauratam auferendam, multis laboris tempeſtatibusque conflicti, periculorum atque animorum experti, impendia laboribus liberare ſtuduerunt: atque cum a Ioue eſſent elati, petierunt a patre, vt ſibi liceret in eo caeli loco conſtitui, vnde mortalibus auxiliantes proſpicere poſſent. Quamobrem eis conceſſum eſt immortali memoria locoque conſtitui, et plerisque mortalibus auxiliantes ſui conſpectus gratiam praebent. Quorum prior habet ſtellas, in capite claram vnam, in ſingulis humeris ſingulas claras, in dextro cubito vnam, in eadem manu vnam, in ſingulis genibus ſingulas, in ſingulis pedibus ſingulas. Sunt omnes nouem. Alter qui Propus appellatur, is iuxta cancrum eſt, habet ſtellas, in capite claram vnam, in ſingulis mamillis ſingulas, in ſiniſtro cubito duas, in eadem

manu

manu vnam, in ſiniſtro genu vnam, in ſingulis pedibus ſingulas, in ſiniſtro pede vltimae diſtantiae vnam: quae vocatur Propus. Fiunt ſimul decem. Hi ſunt inter duodecim ſigna zodiaci circuli: ſed in medio circulo aequinoctiali tropici hiemalis, qui Auſtralis appellatur, ſita ſunt.

Cancer in aſtris poſitus eſſe dicitur, beneficio Iunonis, quod cum Hercules cum Hydra ad fontem Lernaeum depugnaret, hic Cancer Herculis pedem morſu deprehendit, vt Panyaſis auctor dicit, quem miratus Hercules, calcatum contriuit, beneficioque Iunonis magnis honoribus decoratus eſt. Idem duodecim ſignorum numero annumeratus. Sunt in hoc ſigno aliae ſtellae, quas Graeci ὄνους dicunt, quod cum Liber a Iunone inſania obiecta fugeret, ad occurſus Dodonaei Iouis, eiusque in templo reſponſa peteret, vt Philiſcus refert, magni imbres cum grandine orti ſunt, ea parte qua transiturus erat; aſinis e contrario transeuntibus per aquas, in vno ex his ſedens et ipſe transuectus eſt ſine periculo, et ab inſania liberatus. Vni autem ex his effeciſſe dicitur, vt voce humana loqueretur, et poſt paucum tempus cum Priapo contendere coepit de membro naturali. Priapus compreſſum aſinum occidit. Iouis autem beneficio vtrique immortali honore donati aſtris ſunt illati. Eſt et altera origo, quae infertur ab aliis: quod cum aduerſus gigantes dii bellum agerent, idem Liber et Vulcanus et Satyri aſinis inſidentes profecti ſunt ad pugnam. Quod genus viſo tumultu diro, cum murmure rugiſſent, gigantes eorum voce territi fugerunt, et confeſtim dii de gigantibus triumphauerunt; et iccirco vna cum praeſepio ſuo aſtris ſunt illati, et in ſigno nobilis Cancri poſiti, cuius curſum ad occaſum tendit. Habet autem ſtellas in cornibus anterioribus duas claras, et tres obſcuras, quae appellantur Nubilum: quod circa eum videtur, Praeſepium dicitur: in ore vnam, in dextris pedibus ſingulas: ſunt quatuor obſcurae; in

Leo. — Qua poſterior pes,
Horrentesque iubas et fuluum cerne leonem.
Hunc vbi contigerit Phoebi violentior axis,
Accenſa in Cancro iam, tum geminabitur aeſtas.
Hinc lymphae tenues; hinc eſt triſtiſſima tellus;
Et denſas laetus ſegetes bene condit arator.
Ne mihi tum remis pulſet vada caerula puppis;
Dent

ſiniſtris priores claras duas, in ſecundo vnam, in tertio vnam, in extremo minore vnam, in teſta duas. Sunt omnes XVI.

Leo beneficio Iunonis inter aſtra collocatus dicitur, eo quod virtute caeteras praecellat. Periandrus Rhodius refert, eum ob primos labores Herculis memoriae cauſa, honorifice aſtris illatum. Nigidius refert, hunc Leonem nutritum apud Lunam iuſſu Iunonis, et in terra Arcadia in regione Nemaeae in ſpelunca Mihdimon nomine fuerit, quam quidam Aphriſo dicunt, et inſſu Iunonis ad Herculis exitium dimiſſum, quem Hercules iuſſu Euryſthei interfecit cum Molorcho hoſpite ſuo, cuius clauam pro viribus tributam principio eſt adeptus, cum qua Leonem interfecit, itaque poſtea claua pro gladio, pelle pro ſcuto reliquo tempore vti coepit, et apud omnes mortales gratus ob virtutem haberi coepit; Iunoni porro magis odio eſſe. Quapropter leonem caeleſti memoria dignatum voluntate Iunonis nos arbitramur. Hic notabilis et maximus inter ſigna eſt. Plerique volunt Nemaeae gymnicos ludos ob hunc Leonem inſtitutos. Hic totus figuratur. Habet ſtellas, in capite tres, in collo duas, in pectore claram vnam, in ſpina tres, in cauda media vnam, in vltima cauda claram vnam, in medio ventre vnam, ſub pectore duas, in priore pede claram vnam,

ſub

Dent potius ventis excuſſo vela rudente,
Excipiantque ſinus zephyris ſpirantibus auras.

Eſt etiam Aurigae facies, ſiue Atthide terra Erichthonius.
Natus Erichthonius, qui primus ſub iuga duxit
Quadrupedes, ſeu Myrtoas demerſus in vndas
Myrtilus; hunc potius ſpecies in ſidere reddit.
Sic nulli currus, ſic ruptis moeſtus habenis,

ſub ventre vnam claram, in medio ventris vnam, in poſteriore pede claram vnam, in genu poſteriori claram vnam. Fiunt omnes decem et nouem. Videntur aliae ſtellae obſcurae ſeptem iuxta caudam eius, quae vocantur crines Berenices, et ſunt earum virginum, quae Lesbo perierunt. Illa autem magna et clara, quae in pectore eius eſt, appellatur Tyberone.

Hic agitator Erichthonius dicitur fuiſſe Vulcani et Mineruae filius. Qui Vulcanus cum Ioui fulmen efficeret, ab Ioue promiſſum coepit, vt quicquid vellet praeſumeret. Ille Mineruam in coniugem petiuit. Iupiter imperauit Mineruae, vt virginitatem defenderet. Dumque cubiculum introirent, certando Vulcanus ſemen in pauimentum iecit, vnde natus eſt Erichthonius, quem Minerua in ciſta abſcondit, draconeque cuſtode appoſito, duabus ſororibus Aglauro et Pandroſo commendauit. Hic primus currus homines equis iunctis docuit ſimiles quadrigae ſolis facere. Primum Panathenaea conſtituiſſe, arcem templumque aedificaſſe dicitur, quem Iupiter miratus aſtris receptum memoriae tradidit. In hoc ſigno et Capra eſt, quam in humero portat, quae Iouem nutriuit. Itemque eius filii Hoedi, quos auriga in brachio portat, qui fluctus ſignificare dicuntur, noſcuntur. Muſaeus de capra hoc refert: datur Ioui infans nutriendus

The-

Perfidiâ Pelopis raptam gemit Hippodamiam.
Ipſe ingens transuerſus adit laeuam Geminorum
Maiorisque Vrſae contra delabitur ora.
Numina praeterea ſecum trahit; vna putatur
Nutrix eſſe Iouis, ſi vere Iupiter infans
Vbera Cretaeae mulſit fidiſſima caprae,
Sidere teſtatur quae claro gratum alumnum,
Hanc auriga humero portans at manibus hoedos
Oſtendit, nautis inimicum ſidus, vbi illos
Orbis ab oceano celſus rapit; haud ſemel hoedi
Iacta-

Themidi Almathaeae, quae fuit domina caprae, quae ex ea Iouem nutriuit. Eſſe autem hanc capram filiam Solis dicunt, cuius aſpectus tam atrox fuiſſe dicitur, vt Titanes eam timerent, rogarentque matrem Terram, vt eam abderet. Terra autem in antro clauſam Amalthaeae tradidit cuſtodiendam, ibique Iouem cum cura Amalthaeae educaſſe. Qui cum eſſet iuuenis, et ille contra Titanes inermis vellet pugnare, eius pellem dicitur acceptam pro ſcuto habuiſſe, quod ſemper Titanibus agitator timori fuerit, et dicebatur media pelle Gorgoneum caput habere; eo tectus tegmento caprae, tergo alterius pellis tecta reſtituit, vitae etiam immortalitate donauit, caelique aſtris intulit, et eius pellem appellauit. Aliis placet, agitatorem Myrtilum eſſe, Mercurii filium, OEnomai aurigam, et a patre Mercurio aſtris illatum, cuius caput non multum diſtat ab Helice, genua apponuntur Geminis, pedes iuxta Tauri cornua. Habet autem ſtellas, in capite vnam, in ſingulis humeris ſingulas, ſed ea eſt clarior, quae in ſiniſtro humero eſt, et appella-

tur

Iactatam videre ratem nautasque pauentes,
Sparsaque per saeuos morientum corpora fluctus.

Aurigae pedibus trux adiacet ignea Taurus Taurus.
Cornua fronte gerens, et lucidus ore minaci,
Quemlibet ignarum caeli sua forma docebit,
Et caput, et patulas nares, et cornua Tauri.
Fronte micant Hyades. Quae cornus flamma sinistri
Summa tenet, subit haec eadem vestigia dextra
Aurigae, mediaque ligant compagine diuos.

tur Capra: in singulis genibus singulas, in dextra manu vnam, in sinistra duas, et super ipso brachio stellas duas, quae vocantur Hoedi. Sunt omnes simul decem.

Porro Taurum inter astra quidam putant positum, propter Iouem quod in bouem sit fabulose conuersus. Nigidius hunc Iouem a Neptuno fratre per gratiam adduxisse, qui in figura Tauri sensum humanum haberet, quem Iupiter Sidonem misit, vt Europam Agenoris filiam ad se portaret, isque per pelagus Sidonem venit, ibique Europam inter aequales suas ludentem in templo Aesculapii conspexit, eamque repentino arreptu collocatam suo tergo deuexit ad Iouem in insulam Cretam. Ob hanc igitur causam Iupiter Taurum sideribus dignatus est immortali memoria inferre. Eratosthenes dicit, hunc esse qui coiit cum Pasiphae. Cuius priores partes apparent, reliquum corpus non apparet propter foemineum sexum. Spectat autem orientem. In signo autem Tauri frons et facies, Hyades

Myrtilus exoritur ſummo cum fluctibus ore;
Totus cum Tauro lucet; ruit oceano Bos
Ante, ſuper terras cum fulget Myrtilus ore.

Cepheus. Iaſides etiam caelum cum coniuge Cepheus
Aſcendit totaque domo; quia Iuppiter auctor
Eſt generis (prodeſt maieſtas ſaepe parentis).
Ipſe breuem patulis manibus ſtat poſt Cynoſuram
Di-

des vocantur, quas Pherecydes Athenaeus nutrices Liberi dicit, quae Dodonides nymphae vocantur. Quae cum a Lycurgo captiuitatem timentes, fugerent Thebas, ne ſibi a Iunone aliquid paterentur, Iupiter caelo illatas ſideribus honorauit, Hyadesque appellavit, quod naſcente Libero eas inuenerit, quas in ſignum temporis poſuit; vel quod ſint plouiales: ὕειν enim pluere eſt, quia earum ortus imbres concitat: vel quia in modum Y literae poſitae ſunt. Muſaeus et iſta refert: Ex Atlante et Hya duodecim filiae procreatae ſunt, et filius Hyas, quem dum ab apro vel Leone occiſum ſorores omnes nimis diligentes flerent, obierunt; e quibus quinque ſtellas figuratas Hyades appellauerunt; ſeptem autem, Pleiades. Myrtilus autem quinque filias Cadmi eſſe dixit. Habet autem Taurus ſtellas, in capite quinque, quae Hyades appellantur: id eſt in cornibus ſingulis ſingulas, in fronte duas, in naribus vnam: hae ſunt Hyades; in ſingulis genibus ſingulas, in vngue anteriore duas, in palearibus duas, in collo vnam, in dorſo tres, e quibus nouiſſima ſplendida eſt; in ventre ſplendidam vnam, in pectore vnam, in palla vnam. Sunt omnes XVIII. ab exciſione Tauri vsque ad id quod ſeptem ſtellae ſunt, quas quidam Pliades vel Pleiades dicunt, quae non videntur ſimul, eo quod ſeptima obſcura ſit.

Diducto paſſu; quantum latus a pede dextro
Cepheos extremam tangit Cynoſurida caudam,
Tantundem ab laeuo diſterminat; vtraque iungit
Regula Cepheos veſtigia. Baltheus ambit

Qua latus ac flexum ſinuoſi reſpicit Anguis, Caſſiepeia.
Caſſiepeia virum reſidet ſublimis ad ipſum,
Clara etiam pernox caelo cum Luna reſulget,

Cepheus in ordine quarto loco poſitus eſt, quem Septentrionalis circulus occupat, a pedibus vsque ad pectus; reliquus medius eſt Arcturo, Aeſtiuo tropico circulo. Fuit ergo, ſicut Euripides ſcribit, Aethiopum rex, Andromedae pater, qui filiam ſuam ad cetum dicitur expoſuiſſe, quam Perſeus ſaluauit; eiusque cauſa et ipſe pater beneficio Mineruae ſit aſtris illatus. Habet quidem ſtellas, in capite ſplendidas duas, in ſingulis humeris ſingulas, in ſingulis manibus ſingulas claras, in ſingulis cubitis obſcuras ſingulas, in zona tres obliquatas, in dextra coxa vnam, in ſiniſtro genu duas, ſupra pedes quatuor, in vltimo pede vnam. Sunt omnes XIX.

Caſſiepeia interea (vt refert Sophocles carminum vates) dicitur praepoſuiſſe formam ſuam Nereidibus, ob quam rem ira Neptuni Ceto transmiſſo vaſtabatur eorum terra; expoſtulatamque Andromeden et Ceto propoſitam; ob quam rem longe habitus eorum diuerſus eſt. Ita autem eſt Caſſiepeia in ſella ſedens. Habet in capite ſtellam claram vnam, in ſingulis humeris ſingulas claras, in dextra mammilla claram vnam, in dextra manu claram et magnam vnam, in ſiniſtra manu claram vnam, in vmbilico claram et magnam vnam, in ſiniſtro femore duas, in eodem genu claram vnam,

in

Sed breuis, et paucis decorata in ſidere flammis,
Qualis ferratos ſubicit clauicula dentes,
Succutit et foribus praeducti vincula clauſtri:
Talis diſpoſita eſt ſtellis, ipſa horrida vultu
Sic tendit palmas ceu ſit planctura relictam
Andromedam, meritam non iuſta piacula matris.

Andromeda.

Nec procul Andromede, totam quam cernere poſſe
Obſcura ſub nocte licet, ſic emicat ore,
Sic magnis humeris candet nitor. Hanc media ambit
Ignea ſubſtricta fulget qua zonula palla;
Sed poenae facies remanet, diſtractaque pandit
Brachia, ceu magni teneantur robore ſaxi.

Andro-

in vnoquoque angulo ſellae, in qua ſedet, ſingulas claras. Sunt omnes XIII.

Andromeda filia fuit Cephei et Caſſiepeiae, quae adamata eſt a Cupidine, et datum eſt reſponſum, vt traderetur Ceto ad deuorandum. Quae ſuſpenſa inter duos montes, et expoſita Ceto eſt cum omnibus ornamentis, a Perſeo autem liberata eſt, et ob id Perſea dicta; beneficioque Mineruae aſtris recepta eſt. Euripides etiam dicit intra aſtra collocatam, vt labor Perſei aeternus pateret, manibus eius extenſis, quemadmodum Ceto oppoſita eſt. Quae cum a Perſeo liberata eſſet, neque patri, neque matri voluit commorari, ſed continuo cum Perſeo profecta eſt. Habet ſtellas, in capite claram vnam, in ſingulis humeris ſingulas, in ſingulis cubitis claras ſingulas, in dextra manu claram

Andromedae capiti ſonipes ſupereminet ales, Equus.
Vertice et Andromedae radiat quae ſtella, ſub ipſa
Aluo fulget equi; tres armos et latera aequis
Diſtinguunt ſpatiis; capiti triſtiſſima forma,
Et ceruix ſine honore obſcuro lumine ſordet. 210.
Spumanti mandit ſed qua ferus ore lupato,
Et capiti et longa ceruice inſignior exit
Stella nitens, armis laterique ſimillima magno.
Nec totam ille tamen formam per ſingula reddit.
Primo praeſtat equum, medio rupta ordine mem- 215.
bra
Deſtituunt viſus; rudis inde aſſurgit imago.
Gorgonis hic proles in Pierio Helicone,

Ver-

ram vnam, in eodem brachio claras duas, in zona tres, ſub zona quatuor, in ſingulis genibus claras ſingulas, in dextro pede duas, in ſiniſtro pede vnam. Sunt omnes XXI.

Equus praeterea dimidius eſt, priore parte patens vsque ad vmbilicum. Aratus dicit ſuper Geniculatorem ſitum, et iam aſtris illatum, eo quod a celſitudine Heliconis montis percuſſo pede dextro aquam produxit, quem liquorem Hippocrenen dicunt. Quidam pro eo quod Iupiter eo vſus fuerit. Nonnulli vero Pegaſum putant, qui ad aſtra pro Bellerophontis interitu euolauerit. Euripides dicit, Menalippen Chironis filiam eſſe, quae compreſſa grauida, profugit in Pelion montem, et dum a patre comprehendi timeret, deorum miſericordia conuerſa in equum ad aſtra conſcendit, cuius poſteriores partes corporis propter foemi-

nei

Vertice cum ſummo nondum decurreret vnda,
Muſaeos fontes dextri pedis ictibus hauſit.
Inde liquor genitus nomen tenet Hippocrenes;
Fontis nomen habet; ſed Pegaſus aethere ſummo
Veloces agitat pennas, et ſidere gaudet.

Aries. Inde ſubeſt Aries, qui longe maxima currens
Orbe ſuo ſpatia ad finem non tardius Vrſa
Perue-

nei ſexus pudorem non videntur. Habet autem ſtellas, in facie claras duas, in capite claram vnam, in ſingulis auribus ſingulas claras, in maxilla vnam, in ala proxima capiti claram vnam, in humero alae dextrae vnam, in media ala vnam, in extremis pennis vnam, in armo vnam, in pectore vnam, in ſpina vnam, in vmbilico claram vnam, in ſingulis genibus ſingulas, in ſingulis vngulis ſingulas. Fiunt omnes XVIII.

Aries, vt Heſiodus et Pherecydes dicunt, inter aſtra collocatus eſt propter Phrixum et Hellen, Athamantis et Nebulae filios. Qui cum nouercam occidere vellent, inſani a Libero dicuntur effecti; qui dum in ſilua errarent, mater eis Arietem aurata pelle fertur adduxiſſe, qui cum nauigare vellent, in mare proiecti ſunt, quod pelagus ab Helles nomine Helleſpontus vocatur. Helle autem (vt aiunt) a Neptuno ſaluata eſt, et ex ea puerum Paeonem genuit. Phrixus autem inſidens praeparato arieti, Colchos adductus eſt ad Aeetam regem, ibique Arietem Marti immolauit, eique ſuam auream pellem conceſſit, antequam inter aſtra proceſſiſſet, quam Draco cuſtodiuit.

Geni-

Peruenit, et quando grauiore Lycaonis Arctos
Axem actu torquet: tanto pernicior ille
Distantes cornu properat contingere metas.
Clara nec est illi facies, nec sidera possunt,
Officiat si Luna, sua virtute nitere.
Sed quaerendus erit zonae ratione micantis
Andromedae; terit hic summi diuortia mundi,
Vt chelae, candens aut baltheus Orionis.

Est

Genitum autem hunc Arietem dicunt ex Neptuno et Theophane, Altidis filia, quam cum adamasset, in insulam Crinnissam traduxit, inque ouem conuertit, cum qua in Arietem mutatus concubuit, ex qua Aries chrysouellus natus. Nigidius hunc Arietem dicit ducem et principem esse signorum zodiaci circuli. Immortali autem honore donatum, quod cum Liber exercitum in Aphricam duceret, et aquae inopiam pateretur, subito Aries ex arena exiuit, et Liberum cum suo exercitu ad aquam perduxit diuinitus. Hoc facto Liber eum Arietem louem Ammonem appellauit, eique fanum magnificum fecit, eo in loco, in quo reperta est aqua, et abest ab Alexandria itinere dierum nouem, locus arenosus et serpentum multitudine pleuus, et ab arena Ammon est nominatus. Praeterea Aries dux aquae, immortalis mutatus, et caeli sidera consecutus. Conuertit autem caput ad Taurum, ipse autem assequitur aliis signis. Habet autem stellas, in capite vnam, in auriculis tres, in collo duas, in summitate pedum anteriorum singulorum singulas, in dorso quatuor, in cauda vnam, in ventre tres, in summitate singulorum pedum posteriorum singulas. Sunt omnes XVIII.

Deltoton. Eſt etiam propiore deum cognoſcere ſigno,
Deltoton ſi quis, donum hoc ſpectabile Nili,
Diuitibus generatum vndis, in ſede notarit.
Tres illi laterum ductus; aequata duorum
Sunt ſpacia; vnius breuior, ſed clarior ignis.
Hunc Aries iuxta; medium Deltoton habebit
Inter lanigeri tergum et Cepheida moeſtam.

Piſces. Hunc vltra gemini Piſces, quorum alter in Auſtros
Tendit, Threicium Boream petit alter, et audit Stri-

Super caput Arietis non longe ab Andromedae pedibus adiacet ſignum quod Graeci ob ſimilitudinem Deltae. literae, Deltoton vocant, Latini autem ob proprietatem formae, Triangulum dicunt. Quod quidam a Ioue per Mercurium inter aſtra poſitum dicunt, ſuper caput Arietis, pro eo quod obſcurum eſſe dicitur. Quidam vero dicunt, Aegypti eſſe effigiem, ſtellis figuratam in tribus angulis, id eſt trigono, et Nilum talem ambitum facere. Habet autem ſtellas tres, in ſingulis angulis ſingulas, e quibus vna eſt clarior.

Piſces hi ſunt, et maior Piſcis. Nigidius hos Piſces dicit in flumine Euphrate fuiſſe, et ibi ouum inueniſſe mirae magnitudinis, quod voluentes eiecerunt in terram, atque ita columbam inſediſſe, et poſt aliquot dies excluſiſſe eam Syriae quae vocatur Venus; maxime quae miſericors ad homines pertinebat; quaeque multa quae ad vtilitatem hominibus verterentur, ea dicitur inueniſſe. Quae, quoniam Iupiter ſaepius a Mercurio laudari nominarique audiret,

Stridentes auras, niueus quas procreat Haemus.
Non illis liber curſus, ſed vincula caudâ
Singula vtrunque tenent vno coëuntia nodo.
Nodum ſtella premit Piſcis, qui reſpicit auras
Threicias. Dextram Andromedae cernuntur ad vlnam.

Subter vtrumque pedem deuotae Virginis ales Perſeus.
Perſeos effigies ſeruatae grata puellae.
Moles ipſa viri ſatis eſt teſtata parentem;
Tantus

diret, quod in deos religioſa, in hominibus officioſa diligenter fuerit, rogata a Ioue, quod ſibi optanti tribui poſtularet, illa ait, Vt piſces, qui ſuam originem ſeruaſſent, immortali praemio afficerentur. Iupiter in duodecim ſignis Piſces ſiderum ſplendore decorauit. Vnde hodie quoque Syri neque hos Piſces edunt, et columbas poteſtate decorant. Horum autem vnus aquilonius eſt, alter auſtralis, ex aduerſo caudis vtrinque poſitis. Habent inter ſe alligamentum luteum, continens vsque ad priores pedes arietis. Andromedae autem humerus dexter, piſcis eſt ſignum. Habet idem aquilonius ſtellas duodecim. Alligamentum luteum, quo continentur in parte boreae, habet ſtellas tres, in parte noti tres, ad orientem tres, ad occidentem tres. Auſtralis piſcis quindecim. Sunt omnes XXXIX.

Perſeus quidem ex Danae et Ioue natus eſt. Iupiter enim in ſimilitudinem aurei imbris ſe transformans oppreſſam deluſit Danaen, Acriſii regis Argivorum filiam; quam pater a Ioue vt vitiatam cognouit,

Tantus vbique micat, tantum occupat ab Ioue caeli.
Dextra ſublata ſolium prope Caſſiepeiae
Sublimis fulget; pedibus properare videtur,
Et velle aligeris purum aethera findere plantis.

Poplite

gnouit, intra arcam includens praecipitauit in mare; quae delata ad Italiam, inuenta a quodam piſcatore, et oblata regi, eam ſibi fecit vxorem, vna cum Perſeo, quem enixa eſt in mari. Qui miſſus ad Polydecten regem inſulae Seriphi, acceptis a Mercurio talaribus, et a Vulcano harpe adamantina, per aëra iter faciens ad Gorgones, Phorci filias, veniſſe perhibetur, quae angues pro crinibus dicuntur habuiſſe, quosque vidiſſent in lapides conuertere. Gorgones tres feruntur ſuiſſe ſorores, vno oculo, vna pulchritudine inter ſe communicantes: quarum nomina putantur, primae Sthenо, ſecundae Euryale, tertiae Meduſa. Quidam vero eum a Minerua miſſum dicunt, et ab ea clypeum vitreum accepiſſe, per quem videre nec videri ab eis poſſet. Qui cum Gorgones dormientes inueniſſet, caput Meduſae abſcidit et Mineruae tradidit, quod illa in ſuo pectore aptauit, vt in bello terribilior eſſet. Perſeum autem inter ſidera collocauit. Habet autem ſtellas, in capite vnam, in ſingulis humeris claras ſingulas, in manu dextra claram vnam, in eodem cubito vnam, in manu ſiniſtra vnam, in dextra parte lumborum claram vnam, in ſiniſtro femore claram vnam, in ſingulis genibus ſingulas, in ſingulis tibiis ſingulas, in ſingulis pedibus ſingulas, in capite Gorgonis circunquaque tres, in harpe vnam. Fiunt omnes XVIII.

Poplite ſub laeuo, Tauri certiſſima ſigna Pleiades.
Pleiades ſuberunt; breuis et locus occupat om-
nes;
Nec faciles cerni, niſi quod coeuntia plura
Sidera communem oſtendunt ex omnibus ignem.
Septem traduntur numero, ſed carpitur vna.
Deficient oculo diſtinguere corpora parua;
Nomina ſed cunctis ſeruauit fida vetuſtas:
Electra, Alcyoneque, Celaenoque, Meropeque,
Aſterope, et Taygete ſimul, famoſaque Maia,
Caelifero genitae; ſi vere ſuſtinet Atlas
Regna Iouis ſuperosque, atque ipſo pondere
gaudet.
Lumine

Pleiades a pluralitate Graeci vocant; Latini, eo quod vere exoriantur, Vergilias dicunt. Dicit autem Pherecydes Athenaeus, ſeptem ſorores fuiſſe, Lycurgi filias, ex Naxo inſula, et pro eo quod Liberum educauerunt, a Ioue inter ſidera ſunt relatae. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Caeleno, Aſterope, Merope, Taygete, Maia: quarum ſeptimam, vt ait Aratus, vix intueri licet, quam quidam prae timore Orionis fugiſſe putant; quidam a Sole perſecutam arbitrantur, vocatamque Electram, quae non ſuſtinens videre caſus pronepotum, fugerit. Vnde et illam diſſolutis crinibus propter luctum ire aſſerunt, et propter comas, quidam Cometen appellant. Nonnulli vero Meropen eſſe autumant, quae nupta a quodam viro nominata eſt Hippodamia. Muſaeus autem refert, filias Atlantis fuiſſe ſeptem, ex quibus ſex clarae ſunt, vna obſcura; cum diis con-

Lumine non multo Pleias certauerit aſtris;
Praecipuo ſed honore oſtendit tempora bina:
Cum primum agricolam ventus ſuperimminet auſter,
Et cum ſurgit hiems ponto, fugienda peritis.

Lyra. Quin etiam Lyra Mercurio dilecta, Deorum
Proli accepta, pio coelo nitet, ante labore
Deuictam effigiem, plantaque erecta ſiniſtra
Tempora laeua premit torti ſubiecta Draconis.

Con-

cubuerunt, tres cum Ioue, et ex Electra Dardanus, ex Maia Mercurius. ex Taygete Lacedaemon; cum Neptuno duae, Alcyone, ex qua Herus; Caeleno, ex qua Lycus; cum Marte Aſterope, ex qua OEnomaus; Merope cum Siſypho. Magnam apud homines dignitatem habent.

Lyram inter aſtra collocatam dicunt, propter honorem Mercurii, qui eam condidit ex teſtudinis ſimilitudine de Apollinis boum cornibus; qui intendit chordas ſeptem Atlantidum numero. Regrediente igitur Nilo ad ſuos meatus, inter caetera relicta etiam teſtudo eſt, quae cum putrefacta fuiſſet et nerui eius extenſi intra corium remanſiſſent, percuſſa a Mercurio ſonitum dedit; in cuius ſimilitudinem Mercurius Lyram fecit, quam poſtea Apollini datam, alii Orpheo dicunt, eo quod vnius ex muſis, id eſt Calliopae ſit filius. Fecit autem chordas novem iuxta numerum muſarum. Tantae nanque dicitur dulcedinis in modulando fuiſſe, vt arbores, ſaxa, beſtias, atque inferos commouerit ob coniugis Eurydices deſiderium ad inferos deſcendens. Qui cum Apollinem maximum deorum honoraret, Liberum autem

Contra ſpectat auem, vel Phoebi qui fuit olim, Cycnus.
Cycnus vel Ledae thalamis qui illapſus adulter
Furta Iouis falſa volucer ſub imagine texit.
Inter defectum ſidus Cycnumque nitentem
Mercurialis habet ſedem Lyra; multa videbis
Stellarum vacua in Cycno; multa ignea rurſus,
Aut medii fulgoris erunt; penna vtraque lata,
Dexterior iuxta regalem Cepheos vlnam,
At laeua fugit inſtantem ſibi Pegaſon ala.

autem patrem, a quo fuerat glorificatus, minime glorificaret, ſedens in Pangaeo monte, et expectans ſolis ortum, Liber indignatus miſit Bacchas, vt Aeſchylus ſcribit, quae eum membratim diſcerperent, collectisque membris eius ſepelierunt eum in Lesbiis montibus; eius Lyram Muſaeo dederunt, Iouemque rogauerunt, vt eius memoriam aſtris inferret. Habet autem ſtellas, in vtrisque pectinibus ſingulas, in cacumine chordarum ſingulas, in vtrisque humeris ſingulas, in fundo vnam, in modulo vnam, in tympano claram atque candidam vnam. Sunt omnes nouem.

Cycnum dicunt inter aſtra conſtitutum, eo quod Iupiter in Cycnum transfiguratus euolauerit in ramum Atticae regionis, ibique compreſſerit Nemeſin, quae et Leda dicitur, (vt refert Crates tragoediarum ſcriptor) quae enixa eſt ouum, vnde nata eſt Helena: ſed quoniam Iupiter rurſus in caelum in Cycnum transfiguratus ſe recepit, vt fuit pennis tenſus, ſimulacrum eius ſideribus reliquit. Habet autem ſtellas, in capite claram vnam, in dextra ala quinque,

vnam

Piſcibus interlucet equi latus, ad caput eius
Aquarius. Dextra manus latices qua fundit Aquarius exit.
Atque imitata cadunt errantis ſigna liquoris

Quo

vnam claram quae eſt erga collum, in ſiniſtra ala quinque, in pectore vnam, in cauda vnam, quae eſt ampliſſima. Sunt omnes XIV.

Porro Aquarius nomen accepiſſe dicitur, quod eius exortu imbres plurimi fiant. Quidam volunt, Ganymeden eum eſſe, Troili et Callirrhoes filium, qui cum in Ida monte venaretur, ob nimiam pulchritudinem a Ioue adamatus, et per aquilam raptus, inter aſtra eſt collocatus. Dehinc Aquarius dictus eſt, quod vndas funderet. Nigidius Hydrochoon ſiue Aquarium exiſtimat eſſe Deucalionem Theſſalum, qui maximo cataclyſmo ſit relictus cum vxore Pyrrha in monte Aetna, qui eſt altiſſimus in Sicilia; et poſteaquam ſe et vxorem ſuam in terra relictum cenſuit, orbitatis et vaſtitatis miſertus, ab Ioue precari coepit, vt aut et ipſi interirent, aut hominum genus reſtituerent. Iupiter reſpondit et per ſortem indicauit, vt lapides, quos ante ſe reperiſſent, poſt ſe iactarent. Reuerſi itaque, quotquot Deucalion miſit, viri fiebant; quos Pyrrha, foeminae. Quo facto rurſus hominum genus natum eſt, ob quam rem λαὸς Graece populus dicitur, quia lapis antiquitus Graece λάας appellabatur. Ab antiquis quidem dicitur Ariſteus filius Apollinis fuiſſe, quem Apollo dicitur ex Cyrene procreaſſe, quam compreſſit in monte Orpheo, qui Cyrenis eſt appellatus. Ariſteus dicitur omnibus artibus doctus fuiſſe, quibus caeteros homines ad bonos fructus vtilitatemque perducebat. Is cum Caniculae ſignum peſtiferum oriretur,

et

Quo prior Aegoceros ſemper properare vi- Capricor-
detur nus.
Oceano merſus ſopitas condere flammas. 285.
Tum breuis occaſus ortusque intercipit hora,
Cum ſol ambierit metas gelidi Capricorni.
Iam neque perficiet curſus nec vota breuis lux,
Et cum terrores auget nox atra marinos, 290.
Multum clamatos fruſtra exſpectaueris ortus.
Tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat Auſter;
Pigra miniſteria, et nautis tremor occupat artus,

et ſtatim praeſentes fructus laederentur, et homines diuturna peſtilentia afficerentur, factum eſt, vt a diis impetraretur, maxime Neptuno, Iouis fratre, ne tempeſtatibus et ventis pateretur genus humanum affici indignis calamitatibus. Itaque venia data, conſtitutum eſt a diis, vt Caniculae ſtellae exortu, venti perflarent dies circiter quadraginta, eiusque peſtilentiae vim abſcinderent. Quapropter Ariſteus a diis inter aſtra eſt collocatus. Habet autem Aquarius ſtellas, in capite obſcuras duas, in ſingulis humeris ſingulas amplas, in ſiniſtro cubito vnam, in dextro cubito vnam, in ſingulis manibus ſingulas, in ſingulis mammillis ſingulas, ſub mammillis ſingulas, in dextro lumbo vnam, in ſingulis genibus ſingulas, in dextra tibia vnam, in ſingulis pedibus ſingulas. Sunt omnes XVIII. Effuſio vero aquae dextra laevaque fit ſtellis XXXI. Quarum duae ſplendidae ſunt, caeterae vero obſcurae.

Capricornus ſane ſimilitudinem habet Aegipanos; habet enim poſteriorem partem Piſcis, priorem Capricor-

Et rationem animi temeraria pectora ſoluent.
Nulla dies oritur, quae iam vacua aequora cernat
Puppibus, et ſemper tumidis ratis innatat vndis.
Interea tentare vndas iuuat; aſpera ſed cum
Aſſultat lateri deprenſae ſpuma carinae,
Tunc alti curuos proſpectant littore portus:
Inuentasque alii terras pro munere narrant.

Inter-

pricorni; et hunc honorem dicitur aſſecutus, eo quod cum Ioue ſit nutritus. Epimenides dicit in Ida vtrosque nutritos, et ad Titanum bellum cum Ioue eſſe profectum; quem Iupiter victor aſtris intulit, quod eius opera dii armati eſſent; itemque matrem eius Capram, quod Dicolon inueniſſet in mari, ideo Piſcis cauda notatam. Nigidius Capricornum refert immortali honore donatum, quo tempore Typhon in monte Tauro ſpeluncam haberet, et Aegyptum incoleret, ab Ioueque conceſſum habuiſſet, quemadmodum diis poſſet obſiſtere, cum eis conſilium pandere, ſi neque terras relinquere vellent, neque Typhonis immanitati reſiſtere dii poſſent, inconſulte figuras immutauerunt, in quam quis vellet, ſeu beſtiam, ſeu volucrem, ſeu piſcem pecudemue, Typhon ſe in capram tranſmutaſſet; itaque immortales figuris ignotis Typhonis ante oculos crebro verſabantur; vnde adhuc maxime pro diis multas beſtias obſeruant coluntque Aegyptii. Et cum venit Typhoni neminem deorum aduerſari, ſibimet vacuam cognovit dominantibus, arbitratus deos ſe veritos, propter metum: dominabatur imperitis fortunae varietate, et periculi magnitudine inſtantis. Nam poſt XVIII. dies dicitur conſilium de eo repente a diis factum vt interficeretur; ob idque vsque hodie in Aegypto hos

Interea exanimat pauidos inſtantis aquae mons;
Aſt alii procul a terra iactantur in altum;
Munit et hos breue lignum, et fata inſtantia pellit;
Nam tantum a leto, quantum rate fluctibus abſunt.

hos dies, id eſt XVIII. feſtos perpetuo, annis ſingulis inſtituerunt; in quibus diebus qui naſcitur, amplius quam eos non viuit. Typhon autem fulmine interficitur ab Apolline, in templo Aegypti Memphis, vbi mos fuit ſolio regio decorari reges qui regnabant. Ibi enim ſacris initiabantur primum, vt dicitur, reges, ſatis religioſe tunicati: et Tauro quem Apim appellant, iugum portare fas erat, quem deum maximum Aegyptii exiſtimant. et per vicum vnum duci, vt periti exiſtimabant, labore humanae neceſſitatis, vt crudelius quae ſub eis ſint abutantur. Deducitur autem a ſacerdote Iſidis in locum, qui nominatur Adytos, et iureiurando adigitur, neque menſem, neque diem intercalandum, quem in feſtum diem immutarent, ſed CCCLXV. dies peracturos, ſicut inſtitutum eſt ab antiquis. Sed illo reuertamur, vnde digreſſi ſumus. Igitur dii poſtea quam Typhonem poena affecerunt et interfecerunt, ſancta aſtrorum memoria decorauerunt, et ei nomen Aegyptii, Aegipana impoſuerunt, quod cum tanti dii ſe in beſtias conuertiſſent, Typhon ſe in Capram transfigurabat, oppidumque magnificum in Aegypto aedificauerunt, quod Panopolin appellauerunt. Habet autem ſtellas, in ſingulis cornibus duas, in naribus claram vnam, in capite claras duas, ſub collo vnam, in pectore duas, in anteriore pede vnam, in ſummitate

Sagittarius 305. Belligeri Titan magnum cum contigit arcum,
Ducentemque ferum ſinuato ſpicula neruo,
Iam clauſum ratione mare eſt, iam nauita portu
Infeſtam noctem fugitat longasque tenebras.
Signum erit exoriens nobis tum nocte ſuprema Scor-

mitate ipſius pedis vnam, in dorſo ſeptem, in ventre quinque, in caudae extremitate claras duas. Sunt omnes XXVI.

Porro Sagittarius Scorpione oriente aſcendit, quo aſcendente Orion occidit totus, et Cepheus a vertice et humeris cum manibus, in cuius ſigni regione zodiacus circulus humillimus eſt propter equina crura. Quidam negant, dicentes, nunquam Centauros vllis ſagittis vſos fuiſſe. Quidam autem dicunt, quod quadrupes eſſe non videatur. ſed ſtans bipes ſagittarius. Hic autem homo equinis pedibus eſt, et caudam habet veluti ſagittarii. Soſitheus autem, tragoediarum ſcriptor, illum affirmat eſſe Crotonem, Euphemes Muſarum nutricis filium, et inhabitaſſe Heliconem, atque ſagittis et venatu vitam exegiſſe, qui inter Muſas ſaepius commoratus, plauſu cantus earum diſtinguebat, id eſt ad pedem manibus plaudebat, quo alii timerent. Hunc Muſae beneficio Iouis aſtris intulerunt, cuius artes, id eſt plauſus et ſagittae, inter mortales manſere. Nigidius de Crotone idem dicit, ſed non conuerſatum cum Muſis; ſed dum illae cantus chorosque celebrarent, hunc procul auditu repentino plauſu ad pedem feriendo oblectare canentes, ob hoc eum a Ioue immortali memoria earum rogatu donatum, quod eſſet nutricis earum filius, idem Oceani nepos. Habet autem ſtellas,

Scorpius; ille micat ſuper freta caerula cauda.
Inſequitur grauis Arcus, et in lucem magis exit.
Tunc alte Cynoſura repit, tunc totus in vndas
Mergitur Orion, humeris et vertice Cepheus.

Eſt etiam incertum quo cornu miſſa Sagitta, Sagitta et Aquila.
Quam ſeruat Iouis ales; habet miracula nulla,

las, in capite duas, in arcu duas, in acumine ſagittae duas, in dextro cubito vnam, in eadem manu vnam, in ventre claram vnam, in ſpina duas, ſub cauda duas, in anterioribus geniculis ſingulas. Sunt omnes XV. Reliquae vero ſeptem, ſubter crura, ſimiles quidem ſunt poſterioribus, quae non oſtenduntur, quod Centaurus duplex ſit; iaculum autem eius, ex quo dicunt omnes Cyclopas ab Apolline interfectos, qui Iouis fulmina fuerant, abſconditum fertur ad aquilonem, et peracta, ac potius ſedata lite, aſſumptum, et ad pedes ſagittarii inter aſtra collocatum. Habet autem ſtellas quatuor, in ſummo vnam, in medio obſcuram vnam, in pennis duas, vnam vero ſplendidiorem aliis.

Aquilam ſane inter aſtra collocatam dicunt, propter Ganymedem Iouis miniſtrum, quem rapuit in caelum. Eſt enim ea ſignum Iouis, quod cum dii omnes volucres inter ſe diuiderent, eam in portione ſortitus ſit Iupiter, quod altius cunctis volantibus euolet, et pene inter omnes principatum teneat, et quod ſola auium Solis radiis non terreatur. Nanque ita eſt ſpectans ad orientem pennis tenſis. Aglaoſthenes dicit Iouem in aquilam transfiguratum Naxiam regionem vbi nutritus fuerat petiiſſe, et regnum accepiſſe. Egreſſo vero de Naxo cum aduerſus Titanas proficiſceretur, et ſacrificium faceret, aqui-

Si coelum aſcendit Iouis armiger; is enim arctum
Vnguibus innocuis Phrygium rapuit Ganymedem
Et telo appoſitus cuſtos quo Iuppiter arſit
In puero, luit excidio quem Troia furorem.

Delphinus. 320. Delphin inde breuis lucet iuxta Capricornum
Paucis ſideribus; tulit hic Atlantida Nymphen
In

aquilam ei in auſpicio apparuiſſe, et fulmina miniſtraſſe, quam bono omine acceptam tutelae ſuae ſubieciſſe. Habet autem ſtellas, in capite claram vnam, in humeris ſingulis alarum ſingulas, in pectore obſcuram vnam. Sunt omnes quatuor. Sagitta autem, quam tenet in pedibus, dicitur ſagitta Apollinis fuiſſe, cum qua Cyclopas interfecit, eo quod Iouis fulmina facerent, quod eo telo Aeſculapius eius filius a Ioue eſſet interfectus, quam ſagittam aſtris illatam in memoriam virtutis ſuae reliquit. Habet autem ſtellas quatuor, in ſummo vnam, in medio vnam, in pennis ſagittae duas.

Neptunus, vt Artemidorus refert, Amphitriten voluit in coniugium accipere, quae cum ob verecundiae magnitudinem et virginitatis obſeruantiam ad Atlantem confugiſſet, Neptunus poſt eam multos miſit, qui eam peterent, inter quos et Delphinum miſit, qui eam peteret. Quae cum circa inſulas Atlantis moraretur, reperit eam, nunciauitque Neptuno, quam ille ſuis perſuaſionibus ad ſuam perduxit voluntatem, Delphinoque maximos honores in mari tribuit, quem in aſtris intulit et in manu ſua habere inſtituit. Habet autem ſtellas nouem, et ideo muſicum ſignum dicitur, eo quod in numero muſarum

ſtellas

In thalamos, Neptune, tuos, miſeratus amantem.
Sidera, quae mundi pars celſior aethere voluit.
Quaeque vident Boream ventis aſſueta ſerenis
Diximus. Hinc alius decliuis ducitur ordo,
Sentit et inſanos obſcuris flatibus auſtros.

Primus in obliquo rapitur ſub pectore Tauri Orion.
Orion; non vlla magis vicina notabit
Stella

ſtellas habet, in ore vnam, in ſolio duas, in pinnulis ventris tres, in dorſo vnam, in cauda duas. Sunt omnes nouem. Delphinus autem non multum currit ſupra Capricornum.

Orion qui et Incola dicitur, ante Tauri veſtigia fulget, et dicitur Orion, ab vrina, id eſt ab inundatione aquarum. Tempore enim hiemis habet ortum cum mare et terras aquis et tempeſtatibus turbat. Hunc Romani Iugulam vocant, eo quod ſit armatus, vt gladius ſtellarum luce terribilis et clariſſimus, qui ſi fulget, ſerenitatem portendit: ſi obſcuratur, tempeſtatem annuit immînere. Hunc Heſiodus dicit Neptuni et Euryales filium, cui dono datum eſt a Neptuno, vt ſuper fluctus ambularet, veluti ſupra terram. Qui cum Chium veniſſet, Meropem OEnopionis filiam compreſſit, quem OEnopion ob iniuriam excaecauit, et de finibus ſuis expulit. Ipſe cum Lemnum veniſſet, a Sole dicitur ei lumina reſtituta eſſe, et reuerſus eſt ad OEnopionem, qui cum a ciuibus terra abſconderetur, OEnopion, deſperata eius inuentione, Cretam eſt profectus: vbi cum immodice venaretur, et a Diana corriperetur, ait ſe nullam feram in terris relicturum.

Tellus

Stella virum, ſparſa quam toto corpore flamma
Tale caput, magnique humeri, ſic balteus exit,
Sic vagina enſis, pernici ſic pede fulget.

Talis

Tellus indignata Scorpionem extulit mirae magnitudinis, qui poenas magniloquentiae eius exigeret, Iupiter autem Orionem ob virtutem aſtris intulit. Idem rogatu Dianae Scorpionem inter aſtra duodecim caelo collocauit, quorum contra magnitudinem ſtellae quoque eorum ampliſſimae ſunt. Ariſtomachus autem dicit Erythrea quendam Thebis voto petiſſe, vt filium haberet, ad quem Iupiter Mercurius et Neptunus hoſpitio deuenerunt: qui eis hoſtiam immolavit, vt filius naſceretur: cuius bouis pelle detracta, dii in eam vrinam fecere, iuſſuque Mercurii, terra obruta eſt, vnde puer ſupradictus eſt natus, quem Vrionem appellauerunt et aſtris intulerunt. Quidam autem dicunt Vrionem Methymnaeum, qui cum eſſet citharae potens, rex Corinthiorum Pyranthus nomine eum dilexit, qui cum a rege impetraſſet vt ciuitatem arte ſua illuſtraret, et magnum patrimonium acquiſiviſſet, conſenſerunt famuli cum nautis, vt eum interficerent: quem cum vellent interficere petiit ab eis vt ante decantaret. Cum autem citharae ſonus cum voce eius audiretur, Delphini circum nauim venerunt, ille ſuper vnam ex his ſe praecipitauit, qui eum ſublatum ad Regem Pyranthum Corinthum detulit. Delphinus ſubductis per aeſtum aquis exanimatus eſt. Qui cum ſuos caſus Pyrantho narraſſet, iuſſit rex Pyranthus Delphinum ſepeliri, et ei monumentum fieri: poſt aliquantulum temporis nauis qua Orion deuectus fuerat, Corinthum delata eſt. Nautas cum ad ſe adduci rex imperaſſet, et de Orione inquireret, dixerunt eum obiiſſe. Quibus ille, Craſtino, inquit, die ad Delphini

Talis ei et cuſtos aderit Canis ore timendo; Sirius.
Ore vomit flammam; membris contemptior ignis;
Sirium

phini monumentum iurabitis: eosque cuſtodiri mandavit, atque Orionem ita ornatum ſicut ſe praecipitauerat, in monumento Delphini deliteſcere. Cum autem adducti per Delphini monumentum iurarent Orionem obiiſſe, et de monumento prodiiſſet, illi eum videntes obmutuerunt, ibique regis imperio cruciſixi ſunt. Dehinc Iouis miſeratione dicitur Orion cum Delphino inter aſtra poſitus. Nigidius autem refert quodam tempore Iouem cum caeteris diis apud Muſaeum Biſtoniorum regem hoſpitio dapſili copioſoque affectu praedito in hilaritate conſtituiſſe, vt in corio Tauri qui tunc immolatus fuerat, mingerent, eoque loco in corio terra obruta natus ſit Orion, qui factus adoleſcens digna deorum forma atque egregia virtute incitatus, immortali memoria obtemperabat, quibus ortus dicebatur. Nam cum in Celinio venaretur, Dianam irridens contemnebat eius opera, quae in monte conſtituebat. Itaque Diana miſiſſe dicitur Scorpionem qui Orionem vita priuaret: Orion vita priuatus, ſideribus illatus eſt. Habet autem ſtellas, in capite claras tres, e quibus media eſt ſplendidior caeteris: in ſingulis humeris ſingulas claras, in dextro cubito obſcuram vnam, in eadem manu vnam, in zona tres, in gladio quem tenet in manu, tres: in ſingulis genibus ſingulas, in ſingulis pedibus ſingulas, in mantili tres. Sunt omnes XVII. et decem ex eis obſcuriores.

Sirius ſtella eſt in medio Centro caeli, ad quam cum Sol acceſſerit, duplicatur calor ipſius, et languore afficiuntur corpora humana. Sirium autem ſtellam vocatam putant propter flammae candorem.

Latini

Sirium hunc Graii proprio ſub nomine dicunt.
Cum tetigit Solis radios, accenditur aeſtas,
Diſcernitque ortu longe ſata; viuida firmat;

At

Latini autem illam Caniculam vocant, vnde et dies Caniculares dicuntur, quia quandiu Sol in ipſa eſt, peſtifera eſt, ſed pro qualitate adiacentium commutatur. Nam aut vincitur, aut morboſis vtitur viribus. Hinc eſt, quod cum certo tempore oritur, non ſemper eſt noxia. Quidam vero dicunt, Canem fuiſſe, quae Europae cum dracone cuſtos data eſt, quae poſtea Minos vtraque accepit. Eandem poſtea ob medicinae cauſam Procridi in munere datam, quae poſtea Cephalus vtraque poſſedit, vir Procridis, qui eam ad Thebas duxit ad vulpem Thebanorum agros infeſtantem; cui Cani fatum eſt, ne ab vllo poſſet interfici, itemque Vulpi. Iupiter vero Vulpem in lapidem convertit, et Canem aſtris intulit. Amphianus, tragoediarum ſcriptor, refert, quod cum hominibus ſtellae relinquerent locum, miſſus eſt legatus Canis ad Doloram, quam vt vidit, tempore tempeſtiuo adamauit; qui cum flagraret amore, nec poſſet frui, magis aſperius vrebatur; calamitate accepta, et Deos adiutores inuocare coepit; tunc Aquilo miſit filios ſuos adoleſcentes, qui operam Cani traderent, et ipſe flatu ſuo Canis ardorem ſedauit, qui flatus Eteſiae dicitur; amoris autem memoria remanſit.

Sunt qui aliter memorent. Icarius a Libero hoſpitio receptus eſt, qui ei in munere vtrem plenum vino tribuit, iuſſitque, vt in reliquas terras propagaret. Icarius dehinc Athenaeus, cum in terram Atticam ad poſteros deueniſſet, eis genus hoc ſuauitatis oſtendit; paſtores autem cum immoderatius biberent, ebrii facti conciderunt. Qui arbitrantes Icarium malum medica-

men-

At quibus aſſutae frondes, aut languida ceruix,
Exanimat; nullo gaudet maiusue minusue
Agricola; et ſidus primo ſpeculatur ab ortu.

Auri-

mentum ſibi dediſſe, eum fuſtibus interfecerunt. Icarium autem occiſum Canis, qui cum eo fuerat, Maera nomine, vlulans, Erigonae eius filiae monſtrauit, vbi pater inſepultus iaceret; quae cum veniſſet, eius corpus ſepeliuit, ipſaque ſe in monte Hymetto contulit, ibique laqueo ſibi mortem conſciuit. Tunc dicitur Liber a Ioue petiiſſe, vt Erigonem et Icarium aſtris inferret. Iupiter autem audita eius petitione, Erigonem ſignum Virginis nominauit; Icarium autem patrem eius, Arcturum. Qui cum exoritur, tempeſtates mari terraeque efficit; cumque Athenas peſtilentia opprimeret, ex oraculo reſponſum eſt, ceſſaturam peſtilentiam, ſi per annos ſingulos de frugibus et vindemia Icario et Erigonae primum delibaretur. Quod factum eſt ab Athenienſibus, qui diebus feſtis inſtitutis aras conſtituerunt; ideo quia illam pendentem aſpexerunt, quod eſt apud Graecos; ex quo factum eſt, vt ſoli oſcillo iactarentur homines. Canis autem Icarii, qui vlulans ante pedem pendentis Virginis mortuus eſt, Aſtrocyon nominatur, quod nos Canis ſtellam dicimus; qui ob eandem cauſam, quando exoritur, ſummam peſtilentiam hominibus facit. Habet autem ſtellas, in capite vnam, quae Iſis dicitur, claram in lingua vnam, quam Sirium vel Canem vocant, quae magna eſt et ſplendida, in collo duas, in ſingulis humeris ſingulas obſcuras, in pectore claras duas, in anteriore pede ſiniſtro tres, in dextro vnam claram, in extremo ſupra dorſum tres, in ventre duas, in ſiniſtro femore vnam, in poſteriori pede ſiniſtro vnam, in ſummitate caudae vnam. Fiunt omnes XX. Situm autem

Lepus. Auritum Leporem ſequitur Canis, et fugit
340. ille;
Vrgetur curſu rutili Canis ille per aethram
Sic vtrunque oritur, ſic occidit in freta ſidus.

At

autem eſt hoc ſignum inter hiemalem tropicum, et arcticum ſubterraneum, qui Auſtralis vocatur.

Lepus ſub pedibus Antecanis et Orionis conſtitutus eſt. Hic dicitur Orionis canem fugere venantis. Nam vt venatorem eum finxerunt aliqua de cauſa, ita Leporem ei ad pedes fugientem finxerunt. Quidam negant tam nobilem tamque magnum venatorem, de quo ante in Scorpione ſigno diximus, et poſtea in ipſius figura dicemus, oportere Leporem venari, Callimachusque accuſat eum, quod cum Dianae ſcriberet laudes, eam leporino ſanguine gaudere, et eos venari dixerit. Nonnulli a Mercurio inter aſtra collocatum dicunt propter nimiam velocitatem, ſiue quod inter quadrupedes plus pariat, et quosdam foetus pariat, quosdam vero in ventre habeat, ſicut Ariſtoteles philoſophus ait, qui de animalium ratione diſſeruit. Antiquitus autem dicebatur in inſula Lero nullum Leporem fuiſſe, ſed ex eorum ciuitate adoleſcens quidam ſtudio generis ab exteris terris Leporem foeminam produxit, et ad eius partum diligentiſſime quae opus eſſent adminiſtrauit; itaque cum peperiſſet, et complures eius ciuitatis ad ſtudium intendiſſet, et partim precio, partim beneficio mercati eſſent, omnes Lepores alere coeperunt; quibus cum nihil daretur ad manducandum, impetu facto omnia comederunt, quo facto inſulam calamitas afflixit. Itaque poſtea Leporis figuram aſtris contulerunt, vt homines meminiſſent, nihil his exoptandum in vita, ſi inſolenter vtantur laetitia,

At qua cauda Canis languenti definit aſtro, Argo.
Fulgent Argoae ſtellis apluſtria puppis;
Puppe etenim trahitur, non recto libera curſu:
Vt cum decurrens inhibet iam nauita remos,
Auerſamque ratem votis damnatus ad oram,
Perligat, optatam cupiens contingere terram:
Seu quia pars violata fuit, coëuntia ſaxa,
Numine Iunonis tutus cum fugit Iaſon.

Haec

laetitia, qua dolorem capere poſterius cogantur. Habet autem ſtellas, in ſingulis auribus ſingulas, in pectore duas, in dorſo nitidam vnam, in poſterioribus pedibus ſingulas. Sunt autem omnes. VII.

Poſt Canis igitur magni caudam, ſecundum ſtellarum ordinem Nauis conſtituta eſt, quam quidam beneficio Mineruae inter aſtra collocatam dicunt, quaeque prima ab ea fabricata eſt, et mare quod antea inuium fuerat hominibus, peruium nautis ingenio fecit, quam notatam in caelo figurauit, ſed a gubernaculis vsque ad malum. Nonnulli dicunt, Danaum Beli filium ex compluribus coniugibus quinquaginta filias habuiſſe, fratrem autem eius Aegyptum totidem filios. Danaum autem et filias eius interficere voluit, vt regnum paternum ſolus obtineret, easque filiis ſuis vxores a fratre popoſcit. Danaus autem cognita malitia, Mineruam inuocauit adiutricem; tunc primum dicitur Minerua nauim feciſſe, quae Argos appellata eſt, cum qua Danaus ex Aphrica Argos profugit. Aegyptus filios ſuos ad perſequendum fratrem miſit. Qui poſtquam Argos venerunt, patruum impugnare coeperunt. Danaus autem, vt vidit, ſe eis obſiſtere non poſſe, dedit eis filias ſuas,

Haec micat in caelo lateri non amplius aucta;
Qua ſurgit malus, qua debet reddere proram,
Intercepta perit nulla ſub imagine forma;
Puppis demiſſo tantum ſtat roſcida clauo.

Porro. Haud procul expoſitam ſequitur Nereïa Piſtris
Andromedam; media eſt ſolis via, cum tamen illa
Terretur monſtro pelagi, gaudetque ſub axe
Diuerſo poſita, et Boreae vicina legente.
Auſter piſtrin agit duo ſidera, perlegit vnum;
Nanque Aries ſupra Piſtrim Piſcesque feruntur;
Bellua ſed ponti non multum praeterit Amnem,
Amnem, qui Phaëthonta ſuas defleuit ad vndas,
Poſtquam patris equos non aequo pondere rexit,
Ful-

quae patris iuſſu viros ſuos vna nocte interfecerunt, ſola Hypermneſtra Linum ſeruauit; ob quod ſanum illis factum eſt. Caeterae vero dicuntur apud Inferos in dolium pertuſum aquam ingerere. Habet autem Nauis ſtellas, in puppe quatuor, in cataſtroma quatuor, in malo ſummo tres, in ſingulis temonibus quinque, ſub carina quinque. Sunt omnes XXVI.

Porro ſub Ariete et Piſcibus ſuper fluuium Cetus in caeli regione collocatus eſt. Dicitur autem a Neptuno miſſus ad Cepheum propter inuidiam Nereidis, a qua contra Caſſiepeiam et Andromedam exardeſcebat propter nimiam pulchritudinem. Huic Ceto Andromeda propoſita erat, quem Perſeus interfecit, et ab Ioue aſtris illatus eſt, vt memoria actus maneret. Habet autem ſtellas, in caudae extremo

Fulmine reddentem flammas Iouis; hunc noua
silua
Planxere ignotis moestae Phaethontides vlnis.

Eridanus medius liquidis interiacet astris. Eridanus.
Huius pars vndae laeuum tenet Orionis
Lapsa pedem, procul ambobus qua Piscibus vnus
Vincula connectit nodus, cristam super ipsam,
Aequoreae Pistris radians; sunt libera caelo
Sidera, non ullam specie reddentia formam,
Sub Leporis latus, auersam post denique pup-
pim,
Inter et Eridani flexus, clauumque carinae;
Atque haec ipsa nota est nullam praebere figu-
ram.

tremo claras duas, a cauda vsque ad gibbum eius sex, sub ventre sex. Sunt omnes XIV.

Fluuius, vt superius diximus, subter Cetum collocatus est. caeli regione cernitur, ad quam sinister Orionis pes extenditur. Ab Arato et Pherecyde Eridanus Padus esse putatur; et ideo inter astra collocatus, quod a meridianis partibus dirigere cernitur. Hesiodus autem dicit, eum inter astra collocatum, propter Phaethonta, Solis et Clymenes filium, qui dicitur currum patris ascendisse. Cumque a terra altius leuaretur, prae timore in Eridanum fluuium, qui et Padus dicitur, cecidit, ab Ioue fulmine percussus; et omnia ardere coeperunt; causaque extinguendi vniuersos amnes immissos esse. omneque mortalium genus interiisse, praeter Pyrrham et Deucalionem. Sorores

Sunt etenim toto ſparſi ſine nomine mundo
Inter ſigna ignes; quibus et ſi propria d ſit
Forma, per appoſiti noſcuntur lumina ſigni.

Piſcis Notius.

Eſt etiam a Geminis diuerſus Piſcibus vnus,
Qui Borean fugitat, totus directus in Auſtros,
Ventre ſub Aegoceri, Priſtim conuerſus ad imam
Infimus Hydrochoos ſed qua veſtigia figit,
Sunt aliae ſtellae, qua caudam bellua flectit,
Quaque caput Piſcis, media regione locatae;
Nullum nomen habent, nec cauſae eſt nominis vlla;
Sic

rores quoque Phaetontis flentes in arbores populos verſae ſunt, lachrimaeque earum in Electrum durare dicuntur, Heliadesque appellatae, ipſae autem nomina habuiſſe, Merope, Helie, Aegle, Aegiale, Petre, Phoebe, Chaerie, Dioxippe. Cycnus quoque, rex Liguriae, Phaethontis propinquus, dum fleret, in Cycnum conuerſus eſt, id quoque monens flebile canit. A quibusdam vero Nilus, qui et Gion exiſtimatur, et ideo inter ſidera collocatus, quod a meridianis partibus curſum dirigat. Eſt autem ſidus multarum ſtellarum luce adornatum, et ſubiacet ei ſtella, quae vocatur Canopus, ſiue Ptolemaeon ſplendens, tangitque temonem Nauis. apparet autem humillima, eo quod circa terram eſſe videtur, et nullum ſidus inferius apparet, ob quod terreſtris vocatur. Habet autem ſtellas, in primo flexu quatuor, in ſecundo tres, in tertio tres, vsque ad nouiſſimum ſeptem, quas dicunt in ore Nili fluuii eſſe. Sunt omnes XVII.

Piſcis magnus, cuius nepotes dicuntur Piſces, qui circulo zodiaco comitituti ſunt, dicitur in aſtra collocatus.

Sic tenuis cunctis iam pene euanuit ardor.
E quibus vna magis ſub cauda flamma relucet
Squammigerae piſtris; pedibus ſubit altera ſigni
Fundentis latices; eſt et ſine honore corona,
Ante Sagittiferi paulum pernicia crura.

Scorpius erecta torquet qua ſpiculae cauda Thuribulum.
Thuribulum vicinum Auſtris ſacro igne videbis
Arcturum contra; ſed quanto tardius ille
Oceanum occaſu tangit, tanto magis arctae
Thuribuli metae. Vix caelo ſuſpicit, et iam
Praecipiti tractu vaſtis dimittitur vndis.
Multa dedit natura homini rata ſigna ſalutis,
Venturamque notis cladem depellere ſuaſit.

catus, eo quod decidens in Boeth ſtagno, Phacetis, filia Veneris, in Piſcem ſit transfigurata, quam Syri deam nominauerunt. Quidam autem dicunt, quod de ſtagno filiam Veneris ſaluauerit. Vnde vsque hodie Syri Piſces argenteos in templo ſacrauerunt. Eſt autem ſignum in parte auſtrali, quod Piſcibus orientibus oritur, quem Piſcem dicunt Aquarii vrnae habere effuſionem. Habet autem ſtellas XII, e quibus vna fertur eſſe ſub pedibus Aquarii, et tres in brachiis eius. Ipſae autem clariores eſſe caeteris noſcuntur. Inter haec ſunt aſtra ſiue ſigna, quae Planetae appellantur.

Sacrarium quod et Pharus dicitur, eſt ſignum nauigantibus ſemper contrarium, quod ſequitur Scorpionis caudam. Quod quidam locatum inter aſtra dicunt, quod in eo dii primum mutuo coniurationem fecerunt, cum Iupiter contra Saturnum fecit, quod memoriae non ſolum aſtris illatum, ſed etiam hominibus hoc

Inter certa licet numeres ſub nocte cauenda
Thuribulum, nam ſi ſordebunt caetera caeli
Nubibus obductis, illo ſplendente timeto,
Ne pacem pelagi ſoluat violentior Auſter.
Tunc mihi ſpiſſentur ſubſtricto cornua velo,
Et rigidi emittant flatus per inane rudentes.
Quod ſi deprenſae turbauit lintea puppis,
Incubuitque ſinu laxo, vel mergitur vndis
Prona ratis, ſorbetque inimicum Nerea prora;
Vel ſi perſpexit ſeruator Iuppiter, aegre
Vltima perſoluent iactati vota ſalutis;
Nec metus ante fugit, quam pars perfulſerit omnis,
Quae boream caelum ſpectantibus indicet orbem.

Centaurus. Sunt etiam flammis commiſſa immania membra
Centauri, capite, atque hirſuto corpore et aluo Subter

hoc haberet inſtitutum, quia in agonibus et ludis quinquennalibus coronae habentur, et foederis teſtes adhibentur, itemque vates, per quos futura reſpondentur, in Sympoſiis domus conſecrantur, et iure Iupiter igneum ſibi velamen, ne eius fulminum potentia deprehenderetur adhibuit. Habet ſtellas quatuor, duas in ſuperficie, in qua prunae fuiſſe dicuntur, duas in vaſe eius.

Centaurus dicitur Saturni et Philyrae filius; nam Saturnus cum Iouem filium quaereret in Thracia, cum Philyra

Subter candentes hominem reddentia Chelas
Inde per ingentes coſtas, per crura, per armos,
Naſcitur intacta Sonipes ſub Virgine dextra,
Seu praedam e ſiluis portat, ſeu dona propinqua
Placatura deos, cultor Iouis, admouet Arae.
Hic erit ille pius Chiro, tutiſſimus omnes
Inter nubigenas, et magni doctor Achillis.
Hic humero medium ſcindens iter aetheris alti,

Philyra Oceani filia in equum verſus dicitur concubuiſſe, et ex ea Chironem Centaurum natum artis medicinae inuentorem, ipſamque in arborem Φίλυραν, hoc eſt, tiliam verſam eſſe, et habitaſſe Chironem in Pelio monte inter homines aequiſſimum, a quo Aeſculapius medicina, Achilles cithara, in aſtrologia Hercules, literis inſtructi ſunt; cuius hoſpitio cum Hercules vteretur, ſicut Antiſthenes dicit, e pharetra ſagitta lapſa dicitur pedem eius vulneraſſe, acceptoque vulnere illum animam exhalaſſe, et ab Ioue aſtris illatum. Eſt autem ſignum ad aſpectum Sacrarii. Vnde et ad idem Sacrarium ſacrificare videtur. Habet ſtellas, in capite obſcuras tres, in ſingulis humeris ſingulas claras, in dextro cubito vnam, in eadem manu vnam, in medio pectore vnam, in ſpina duas, in ventre ſplendidas duas, in dextro lumbo claram vnam, in cauda tres, in ſingulis genibus retrorſus duas, in vtroque armo vnam, in vtrisque pedibus anterioribus ſingulas. Fiunt omnes XXXIII. Quidam arbitrantur, tenere in ſiniſtra manu arma et Leporem; in dextra vero beſtiolam, quae Θηρίον appellatur, et βύρσαν, id eſt vtrem vini plenum, in quo libabat diis in Sacrario. Habet autem ſtellas beſtiola, in capite vnam, in ſpina claram vnam, in cauda duas, in ſummo pede poſte-

Si tenuem traxit nubem ſtellasque recondit,
Toto clarus equo, venientes nunciat Euros.

Hydra. Crater. Coruus.

Nec procul hinc Hydros trahitur, cui cauda ſuperne
Centaurum lucet; tractu ſubit ille Leonem;
Peruenit ad Cancrum capite, et tria ſidera tangit.
Huic primos tortus Crater premit; vlteriores,
Vocali

poſteriore claram vnam, in thyrſo tres. Sunt omnes XXXIII.

Hydra, ſuper cuius caudam Coruum ſedere dicunt, et in medio Vrnam aſſerunt, eſt ſignum in parte auſtrali, caput deflexum habens ad Cancrum, cuius ſinuoſi corporis medietas eſt connexa ſub Leone, caudam vero extendit ad Centaurum, ſupra quam ſedet Coruus; qui Coruus ideo inter aſtra collocatus dicitur, eo quod fuerit in tutela Apollinis, a quo miſſus ad fontem, vt diis ad libandum aquam deferret; cum vidiſſet arbores groſſos ficus habentes, volans conſedit in eis, donec maturae fierent, et aquam deferre diſtulit; poſt paucos autem dies peracto ſacrificio, cum ille ficos comediſſet, et ſe diis peccaſſe ſenſiſſet, denuo ad fontem, vt aquam hauriret, rediit, et ab Hydra exterritus vas vacuum reportauit, dicens, exceſſiſſe aquam, quae fuerat in fonte. Cognoſcens Apollo, ſibi Coruum peccaſſe, prohibuit eum eo tempore aquam bibere, vt Ariſtoteles dicit in eo libro, qui de Beſtiis ſcribitur. Et Iſidorus in naturalibus, vel in phyſicis, memoriae tradidit, quod ipſe peccati poenas daret, qui et poſtea aſtris illatus eſt. Crater autem in medio angue poſitus eſt; caudam autem anguis Coruus appetit roſtro, neque poteſt iuxta accedere, vt bibat.

Vocali roſtro Coruus foras; omnia lucent,
Et Coruus pennis, et paruo pondere Crater,
Et ſpatio triplicis formatus ſideris Hydros.

Sub Geminis Procyon fulgentia ſidera ſurgit. Procyon. 430.

Hic coelo ornatus trahitur noctemque diem- Planetae.
que;
Sors ſua cuique data eſt; ſemel aſſignata tuentur
Immoti loca, nec longo mutantur in aeuo.
At quinque ſtellae diuerſa lege feruntur
Et proprio motu mundo contraria voluunt 435.
Curricula, exceduntque loco, et veſtigia mu-
tant.
Haud equidem poſſis alio contingere ſigno;
Quod diuerſa via eſt; hîc atque hîc ſaepe viden-
tur
Occaſus ortusque. Neque anfractus breuis illis,

bibat. Habet anguis ſtellas iu capite, claras tres, in prima flexura ſex, et vna ex eis obſcura ad vltimum; in ſecunda flexura tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta vsque ad caudam octo claras. Fiunt omnes XXVI. Paululum ſub prima flexura Crater ſiue Vrna ſitus eſt, inclinatus ad genua Virginis. Habet ſtellas in labris obſcuras duas, per ſingula latera tres, in fundo duas. Sunt omnes X. Coruus autem qui eſt ad vltimam eius caudam, ſpectans ad occaſum, habet ſtellas, in capite claram vnam, in ala duas, in cauda tres, in pedibus ſingulas ab vnguibus. Sunt omnes ſex. Omnes ſimul fiunt XLIII.

Annoſasque vias tardus vix perficit orbis.
Hoc opus arcanis ſi credam poſtmodo Muſis,
Tempus, et ipſe labor, patiantur Fata, docebit.

Circuli. Signorum partes, quorum praedicta figura,
Annum expleturi praedicunt quatuor orbes.
Interualla trium transuerſus colligat vnus;
Nec par eſt illis ſpatium; duo namque feruntur
Inter ſe aequales; duo quorum eſt maxima forma;
Et totidem rurſum praedictis ante minores.
Hi ſemper diſtant; illos communia ſigna
Committunt; qua ſe tangunt, pars aequa rotarum
Diuiditur, binos vt ſi quis deſecet arcus.

Lacteus. Diſſimilis cunctis Liquida ſub nocte videtur,
Sidera cum reddunt ſinceros eminus ignes,
Lactis ei color eſt, mediis et lucet in vmbris.
(Lacteus hic orbis nullo minor orbe rotatur.)

Tropicus Cancri. Celſior ad Borean qui vergit circulus, altos
Et peragit tractus vicinis haud procul Vrſis,
Per Geminos currit medios, veſtigia tangit
Aurigae, plantamque tegit Perſeida laeuam,
Transuerſae Andromedae ſecat et latera vtraque tactu
Et totam absque humero dextram; tum candidus ora
Cycnus habet, pariterque feri pernicia crura.

Hâc

Hâc Ophiuchi humeros vaſtos fulgere notabis.
Effugit at Virgo; totus Leo: totus in ipſo
Cancer; ab auerſis omnem ſecat ille Leonem
Clunibus, hirſutique jubam per pectoris exit,
Cancro qui fulgent oculi, inter regula currit.
Hunc octo in partes ſi quis diuiſerit orbem,
Quinque ſuper terras ſemper fulgere notabit,
Abdi tres vndis, leuibusque latere ſub vmbris.
Hoc Cancro tetigit cum Titan orbe, timeto
Aeſtatem rapidam, et ſoluentes corpora morbos.
Tunc habet aetherii curſus faſtigia ſumma,
Erectoque polo Phoebus non applicat vnquam
Candentes currus. Aduerſo nititur orbe,
Dum tangat metas, pronus deuoluitur inde.

Hic Boreae proprior; contrarius excipit Auſtros; Tropicus Capricorni.
Aegoceros metas hyemis glacialibus Auſtris,
Aeſtatisque tenet flagranti ſidere Cancer.
Hoc medium ſidus findit deuexior orbis;
Fundentis latices genua implicat; illigat illum
Intorta priſtis cauda; velocia crura
Contingit Canis, et Leporem iam deſecat imum;
Deſecat et ſacrae ſpecioſa apluſtria puppis;
Centaurique humeros, et Scorpium vltima cauda
Spicula torquentem; magnus micat arcus in illo.
Inde Auſtro propior ſol eſt Aquilone relicto,
Et gelidas hyemes hebetato lumine portat.

Huius

Huius tres coelo partes assurgere cernes,
Quinque latent vndis et longa nocte feruntur.

Aequinoctialis. Hos inter medius nullo minor orbis habetur,
In quo cum Phoebus radiatos extulit ignes,
Diuidit aequali spatio noctemque diemque;
Bis redit haec facies librato sidere mundi,
Cum ver foecundum surgit; cum deficit aestas;
Signa Aries Taurusque aequo tanguntur ab orbe;
Sed princeps Aries toto fulgebit in orbe,
Tauri armum subit et flexi duo sidera cruris.
At medium Oriona secat, spiramque priorem
Hydri, et Craterem laeuem, Coruique querentis
Vltimi deficiunt nigra quae sidera cauda.
Illic et Chelas transuerso lumine quaeres.
Hic etiam celsi genua aspicies Ophiuchi;
Nec procul inde Aquila, at toto capite incubat ardens
Pegasus, et longae spatio ceruicis inhaeret.
Hos orbes, quorum tractus et signa docemus,
Rectus per medios decurrens traiicit axis.
Tres interuallis paribus sine fine rotantur,
Nec mutare vias possunt, nec iungere sulcos.
Quartus in obliquum tres vnus colligat orbes
Partibus extremis diuersos implicat; vnum
Inter vtrumque secat medium deuectus in illum.
Nam si Palladiâ doctus formaret ab arte,
Distantes orbes melius religasset ab vno.

Sed

Sed tribus idem ortus omni naſcentur ab aeuo,
Atque eadem occaſus remanent certiſſima ſigna.

Quartus ab Oceano tantum veſtigia mutat, Zodiacus.
Obliquo currens ſpatio, quantum Capricornus
Aeſtifero diſtat Cancro, quam latus ad auras
Aetherias ſurgit, tam ſacris mergitur vndis.
In ſex ſigniferum ſi quis diuiſerit orbem,
Aequales partes ſuccumbit regula binis
Inferior ſignis, ſpatii tantumque tenebit
Vna, ſui lateris quantum a Tellure recedit;
Nec tamen humanos viſus fugit vltimus orbis.
Haec via ſolis erit bis ſenis lucida ſignis.
Nobilis hîc Aries aurato vellere, quondam
Qui tulit in Tauros Phryxum, qui prodidit Hellen,
Quem propter fabricata ratis, quem perfida Colchis
Sopito vigile inceſto donauit amori.
Corniger hîc Taurus, cuius decepta figura
Europe, thalamis et virginitate relicta,
Per freta ſublimis tergo, mendacia ſenſit
Litora, Cretaeo partus enixa marito.
Sunt Gemini, quos nulla dies ſub Tartara miſit;
Sed coelo ſemper nautis laetiſſima ſigna
Ledaeos ſtatuit iuuenes Pater ipſe Deorum.
Te quoque foecundam meteret cum cominus Hydram

Alci-

Alcides auſum morſu contingere bello
Sidere donauit, Cancer, Saturnia Iuno,
Numquam oblita ſui, numquam ſecura nouercae.
Hinc Nemaeus erit iuxta Leo; tunc pia Virgo;
Scorpios hinc duplo, quam cetera, poſſidet orbe
Sidera, per Chelas geminato lumine fulgens.
(Quae mihi dicta canant magnum ſcelus Orionis!)
Inde Sagittifero lentus curuabitur arcus,
Qui ſolitus Muſas venerari ſupplice plauſu
Acceptus coelo Phoebeis ardet in armis.
Cochlidis inuentor, cum vis Titania flatu
Bellantem eſt mirata Iouem, pietatis honorem,
Vt fuerat geminus forma, ſic ſidera cepit.
Hic, Auguſte, Tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentes, patriamque pauentem,
In coelum tulit, et maternis reddidit aſtris.
Proximus infeſtas olim quas fugerat vndas
Deucalion paruam defundens indicat vrnam.
Annua concludunt Syriae duo numina Piſces
Tempora; at hinc iterum praedictus naſcitur ordo
(Lanigeri et Tauri, Geminorum, poſtea Cancri,
Tunc Leo, tunc Virgo, tum Scorpius, Aquitenensque,
Et gelidus Capricornus, et imbriferi duo Piſces.
Aeui perfecti diuiſus tollitur orbis.)
Saepe velis quantum ſuperet cognoſcere noctis,

Et

Et ſpe venturae ſolari pectora lucis,
Prima tibi nota Solis erit, quo ſidere currat;
Semper enim Thoebus ſigno radiatur in vno.
Caetera tum pronis ardentia ſuſpice flammis,
Quid cadat, aut ſurgat, ſummoue feratur ab orbe,
Quantoue exſiliunt ſpatio, cum caerula linquunt;
Namque aliud pernix, aliud maiore trahetur
Mole alio, Oceanum tardo linquentia paſſu.
Quod ſi nube caua ſolis via forte latebit,
Occulet aut ſignum conſcendens vertice coelum
Altus Athos, vel Cyllene, vel candidus Haemus,
Gargaron, aut Ida, Superisue agitatus Olympus,
Tunc dextra laeuaque ſimul redeuntia ſignis
Sidera ſi noris, numquam te tempora noctis
Effugient, numquam veniens Tithonius ortus.

Orientia et Occidentia Cancro oriente.

Cum primum Cancrum Tethys emittit in auras,
Excipit Oceanus Minoae ſerta coronae,
Occidit et dorſo Piſcis caudaque priore
Mergitur in totos humeros Ophiuchus, et Anguis
Vltima cauda micat, tortus habet illa timendos.
Nec multo Arctophylax hîc longe ſubiacet aſtro,
Lumine qui primo cum Scorpius occidit vndis,
Occulitur pedibus; durat tamen arduus orc,
Dum rigidum Aegoceri ſignum freta lucida terret.

Side-

Siderea vix tum ſatiatus luce Bootes
In terras abit, et noctis plus parte relinquit
At contra nullo defectus lumine, totis
Orion humeris ſplendebit, magnaque Diui
Vagina et claro caelatus baltheus igni.
Cornua et Eridanus liquido feret vtraque coelo.

Oriente Leone.

At cum prima iuba radiarit Flamma Leonis,
Quicquid parte micat coelo, hoc naſcente ſub vndas
Omne abit, atque ferì venientis effugit ora.
Tota Iouis merſa eſt pennis ſtellantibus Ales;
Quique genu poſito defeſſus conditur vndis,
Summa genu ſubuerſa tenet; qua ſe Lyra verſat,
Crure tenus redit in coelum; vaſti caput Hydri,
Et pernix Lepus, et Procyon, et Sirius ipſe,
(Totiusque Canis rabidi veſtigia prima.)

Oriente Virgine.

Accipe quae vitent exorſae Virginis ora:
Delphinus notis iam tum defluxerit vndis;
Et Lyra dulce ſonans; et flammis cincta Sagitta;
Et niueus Cycnus properarit tangere fluctus,
Vtraque penna volans caudam vix lucet ad ipſam;
Nigreſcitque Padus, terrae qui proximus amnis.
Tum caput abſcondet Sonipes, tum tota latebit
Ceruix; at contra ſublimior Hydra feretur
Cratera tenus; et ſurgent apluſtria puppis
Argoae, totusque Canis; ſed cum pia Virgo
Naſcitur, illa ratis media plus arbore lucet.

Surgen-

Surgentes etiam Chelas ſua ſigna notabunt: Oriente Libra.
Exilit Oceano nunc toto crine Bootes,
Quem claro veniens Arcturus nunciat ore;
Celſaque puppis habet; cauda minus attamen Hydra;
Nixa genu ſpecies flexo redit ardua crure,
Partibus haud aliis; nocte eluctata ſuprema
Bis ſolet illa vna coelo ſe oſtendere nocte;
Nam ſi Phoebeos currus, dum longa venit nox
Occaſu ſequitur, rurſum fugit Oceanum ortu
Crure, ſimul Chelae fulgent; cum Scorpius exit,
Haud cunctatus abit; cum Chiron ſurget ab vndis,
Arcusque ipſa pio coelo referetur imago,
Iam totis radiat membris miſerabile ſidus;
At cum tantus abit, quantum Lyra ſurgat ab vndis,
Argo ſi pia ſuo coelo refertur imago,
Imperfecta redit coelo tum tota Corona,
Et Chiron pius ad caudam cognoſcitur imam.
Pegaſus abſcondit toto tunc pectore pennas;
Nec lucet cauda praemerſus pectore Cycnus.
Abditur Andromedae vultus; ſed maxima Piſtris
Oceano inſequitur venientis Virginis ora;
Criſta ſuper coelo fulget, caput abditur ipſi.
Regalis Cepheus altis intactus ab vndis.

Oriente Scorpio.

Scorpius exoriens, cum clarus fugerit Amnis,
Scorpius Oriona fugat, pauet ille ſequentem.
Sis vati placata, precor, Latonia Virgo;
Nam ego non primus, veteres cecinere poetae
Virginis intactas quondam contingere veſtes
Auſum hominem Diuae ſacrum temeraſſe pudorem.
Deuotus poenae tunc impius ille futurae,
Nudabatque feris anguſto ſtipite ſiluas,
Pacatamque Chion dono dabat Oenopioni.
Haud patiens ſed enim Phoebi germana repente
Numinis vltorem mediâ tellure reuulſa
Scorpium ingenti maiorem contulit hoſtem.
Parcite, mortales! Numquam leuis ira Deorum!
Horret vulnus adhuc et ſpicula tincta veneno
Flebilis Orion, et quamquam parte retecta
Teli paene fugit, tamen altis mergitur vndis,
Scorpius ardenti cum pectore contigit ortus.
Nil ſuper Andromedae; nil Priſtis luce fruetur;
In caput atque humeros rapit orbis Caſſiepeiam,
Decliuemque trahunt aeterni pondera mundi,
Corruptaque cadit forma, certauerat olim
Qua ſenis aequorei natis, cum litore Canchli
Doridos et Panopes ſpectaſſet ſtulta choreas.
Illa abit Oceano. Totius ſerta Coronae
In coelum redeunt. Totum ſe liberat Hydros.

Cru-

Cruribus exſpectat Chiron obſcurior Arcum,
Corpore iam vaſto, iam toto vertice clarus
Tum fera, quam dextra portat Centaurus, in auras
Exſilit, et claris aperitur flexibus Anguis;
Innixusque genu laeua minus aequora linquit.

At cum prima ſubit facies remeabilis Arcus, Oriente Sagittario.
Iam ſicca Oceano Chiron pernicia crura
Expulit, et celſis Ophiuchus fulget in aſtris.
Nil trahit obſcurum Serpens, ſed trunca recepta
Deſinit eſſe manu rediens deformis imago.
Iam Lyra cum ſuperis; et Cycni dextera penna;
Radit tellurem rediens cum ſidere Cepheus;
Tum Canis abſcondit totius corporis ignes;
Et latet Orion; et ſemper tutus in vndis
Eſt Lepus, Argoaeque ratis, qua flexile ſignum
In puppim formatur, adhuc apluſtria lucent;
Mergitur et Perſeus, et Caprae nobile lumen.

Aurigam totum abſcondit veniens Capricornus, Oriente Capricorno.
Atque omnem ornatum venerandae numine puppis.
Tum Procyon obſcurus abit; redit armiger vncis
Vnguibus, ante omnes gratus Tibi, Iuppiter, ales;
Omnibus et ſtellis Cycnus redit, et leue Telum,

Et paruus Delphinus, et apta Altaria ſacris.
(Eminus exſurgit Minoïa nota Corona.)

Oriente Aquario.

Hydrochous coelum ſcandens ſimul euocat, ore
Et ceruice tenus fidentem Pegaſon alis.
Auerſum Chirona trahit nox atra ſub vndas,
Oceanus caudam tingit, nondum capit ora,
Non vaſtos humeros, non pectora triſtia ſetis.
Hydram plus mediam tondit, pars tertia lucet

Oriendibus Piſcibus.

Hanc Piſces addunt orti, geminumque Biformem;
Cum geminos Piſces Aquilonis prouocat aura,
Ille etiam ſurgit, qui triſtes reſpicit Auſtros;
Piſcibus ille ſimul ſurgit, ſed liberat ortus,
Cum pernix Aries in coelum cornua tollit.
Pisces educunt Cepheida, laetior illa
Nereidos, pontumque fugit, coeloque refertur.

Oriente Ariete.

Ortus Lanigeri properabunt condere ſacrum
Thuribulum; patrio fulgebit in aethere Perſeus.
Perſea cum pennae reddunt, iam Plias ab vndis
Effugit, et dextro Tauri cognoſcitur armo.
Fixus et in curru trahitur ſine curribus vllis
Myrtilus; haud totum cernes; non integer ipſe
In coelum redit, at pars dextera mergitur vndis;
Vertice lucebit; teneros manus efferet Hoedos;
Laeua Iouis nutrix humero radiabit in ipſo

Proxima

Proxima telluri naſcetur planta ſiniſtra.
Cetera cum Geminis perfecto ſidere ſurgent.

Tauro Piſtricis pariter criſtaeque refulgent — Oriente Tauro.
Caudaque; vicinum terris iam cerne Booten — 710.
Et cum ſe genibus demiſit pars Ophiuchi
Signum erit, Oceano Geminos remeare relicto

Totaque iam Piſtris lucebunt ſquamea terga; — Orientibus Geminis.
Eridani et primos deprendat nauita fontes, — 715.
Coelum conſpiciens, dum claro ſe mouet ortu
Orion; habet ille notas, quae tempora noctis
Significent, ventosue truces, fidamue quietem.

GERMANICI CAESARIS
PROGNOSTICORVM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

Grandine permixtas Aries niuibusque caducis
Spargit vicinas ſupra iuga triſtia nubes.
Taurus portat aquas et ventos excitat acres.
Fulmina tunc crebro iaculatur Iupiter, et tunc
Intonat emiſſis violentior ignibus aether.
At Geminis leuiter perſtridunt caerula venti,
Rarus et in terras coelo demittitur humor.
Omnia miteſcunt tranquillo ſidere Cancri.
Siccus erit Leo, praecipue cum pectora feruent.
Virgo refert pluuias et permouet aera ventis.
Lenius eſt Librae ſignum; vix rorat in illo.
Scorpius aſſiduos coelo minitabitur ignes;
Lentior in pluuias veniet; magis arua quieta;
Atque truces venti denſa niue ſaepe rigebunt.
Rara Sagittifero deſcendunt flumina terris.
Aegoceros aliis parcit, ſed frigora durat,
Inſtabilique gelu falli veſtigia paſſus.
Qui fundit latices coelo quoque permouet imbres.
Omnia miſcentur cum Piſcibus; aſpera ventis
Aequora

Aequora turbatos voluunt ad Sidera fluctus;
Imbribus incumbit coelum, ſolemque recondit;
Grandine pulſatur tellus; niue moenia durant.
Haec vt quisque Deus poſſedit numine ſigna,
Adiungunt proprias vires. Torpere videntur
Omnia Saturno; raros ille exprimit ignes,
Et ſiccas hyemes adſtrictis perficit vndis;
Grandine durantur pluuiae; niue grando putreſcit,
Et rigor accedit ventis; mitiſſimus ille —

* * * * * * * * * * * * * *

FRAGM. II.

Aetherium venit Taurum ſuper imbribus atris
Et tonitru, crebraque abſcondit grandine terras.
Temperat in Geminis annum, nec crede ſereno,
Nubila nec diuturna putes, cum ſidere Cancri
Fulſerit ardentis, tantum hoc nil ſidere certum
Flagrantis placide lucis vis temperat annum.
Cum poſuit ſedem Nemeaei finibus aſtri,
Virgineque et Libra, ſemper pendentia tantum
Nubila continua magis in ſtatione manebunt.
Tunc quoque nulla fides caelo, cum Scorpion acrem
Stat ſuper; incerta nanque omnia lege feruntur:
Heu quantis terras tum Iuppiter imbribus omnes

Obruet! heu glomerata cadet quam denſa per aethram
Immitis grando! caelum quam ſaepe ſonabit!
Cum ſpatium attigerit tendentis ſpicula ſigni,
Non terris imbres, ponto non flamina deerunt.
Et caeli terret ſonitus mortalia corda,
Cum ſedem Aegoceri Cithereius attigit ignis.
Horridus at gelidos portendit Aquarius imbres,
Hibernaeque cadunt pluuiae, concretaque grando.
* * * * * * * * * * *
Piſcibus a geminis ſub prima recurrerit aſtra
Heſperus, haec tibi ſigna refert, cum luce priore
Ingreditur Venus alma polum; ſed vbi Heſperus ignes
Prouocat aetherios, et noctem ducere terris
Incipit, exoriens ecce haec Citherea mouebit.
Vere caueto imbres, et fulmina culmine ab alto,
Phryxeum rutilo pecus vt radiauerit aſtro,
Nubila, commixtusque fragor pluuialibus vndis,
Flaminaque aſſiduo terris inſtantia pulſu,
Et caelo diri deiecti grandinis ictus.
Ver magis infidum, Tauri cum ſidere fulſit,
Apportat. Geminis eadem inconſtantia praeſto eſt;
Cum dederit ſoles, inducit nubila caelo;
Nubila cum fuerint, ſubitos mirabere ſoles;
Et modo cum vento, gelido modo protinus imbre

Lucens

Lucens alterna ſuperabit nube ſerena.
Si Venus ingreſſa eſt ſpacioſi ſidera Cancri,
Pacem mundus habet; non vlli corpore ſoles
Peſtiferi incendunt, non ſidera denſa ſolutos
Aſtringunt artus alieno tempore; lenis
Omnia pacato tum ſidere temperat aer.
Ac rapidis idem ne ſolibus aeſtuet orbis,
Efficiet, magni cum ſpectat ſigna Leonis,
Virgine erunt pluuiae, plenaque in nube fragores,
Concaua quos reddunt incluſo nubila vento.
Attrahit autumno pluuias, eademque repellit,
Nubibus aſſiduis Chele neque frigora prima,
Extremum autumni ſuperent glacialia Librae.
Scorpius at raris, ne quid caua terra queratur,
Horrebit pluuiis. At diris omnia nimbis
Continuisque fluent, cum per ſinuoſa tenetur
Cornua Centauri rapida diſtena Sagitta.
Aegoceros imbres, et crebro lumine ruptos
Nubibus elidet ſonitus, tremuloque nitore
Flagrantis teli mortales numina vincent.
Haec eadem ſundens praedicit Aquarius imbrem.
Extremi ſaeuis maria increbreſcere ventis
Oſtendunt Piſces, Veneris quos ſtella notauit.
Et quoniam certis extat via cognita ſignis,
Accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis,
Si modo Phoebei flammas euaſerit axis,
Matutina ferens ſolitos per ſidera curſus.

Cum pecudis villis auratum fulſerit aſtrum,
Ventorumque graues, et dirae grandinis irae,
Non intermiſſo quatiendi tempore ſurgent.
Quin pluuias alias etiam in regione notabis
Affore; non minimus nanque eſt tunc imber in aruis.
Aſt vbi ſe Taurus ſinuatis cornibus effert,
Grandini ſigna facit. Gemini tranquilla ſereni
Et placidum nautis ſpondent caelumque fretumque,
Nubilaque atque imbres, aeſtus ac frigora miſcent.
Certior ardor erit, quanuis iuuet aura Fauoni,
Cum vaſti calida radiabit ſede Leonis.
Templa ſed Aſtraeae ſimul ac poſſederit ignis,
Omnia mixta feret, pluuias meditabitur; ingens
Vndique grando venit, rumpuntur culmina nimbis.
Centauri attigerit cum iam Cyllenius arcum;
Aut vbi conſurget Capricornus et ipſe biformis,
Aut ſubitos caelo deducet crebrius imbres,
Fulminis aut iactu magnum perrumpet Olympum.
Nulla ſerenato Capricornus nubila caelo
Comparat; at gelidos flatus, caelique fragores,
Non alio melius ſigno praedicere poſſis.
Piſcibus haec eadem quanuis cognoſcere fas ſit,
Quandoquidem exoritur mundo Cyllenius ignis.

Quid

Quid faciat primo Mundo cum lumine Solis,
Tempus et occaſu moneat, quae diſcere, Phoebi.
Ver erit hibernis totum execrabile nimbis,
Et crebro tonitru ninget, florentia rura,
Spesque nouae ſegetis quatientur grandinis ictu,
Vretur caelum, magni cum regna Tonantis
Ingrediens pecudis redit intrans aurea terga,
Hinc et Agenorei ſtellantia cornua Tauri,
Quidue ferant Gemini, rapido quid ſidere Cancer,
Si penitus quaeras: Taurum ſaeuire videbis,
Grandine nec contra ferri ratione probanda
Aut Cancrum, aut Geminos: calidus veſtigia ſeruat
Haec, quae dicta Leo, ſaeuisque caloribus ardet.
Flatibus at Gemini miſcent tranquilla ſereni,
Spiciferaeque manu tendenti nubila Libra
Diſſentit Diuae; ſed enim haec ventura ſerena
Nunciat, et ventis ceſſat mare, ceſſat et aër.
Scorpios in pluuias rarus, ſed nubibus atris
Creber agit nimbos, et ſaeua tonitrua portat,
Clara Sagittiferi tetigit cum lumina ſigni.
Aegocero ſemper caelo leuis excidit imber.
Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Euris,
Brumalesque dabit pluuias, atque igne perenni
Cum ſonitu quatiet nubes; ſi cura laboris
Non fruſtrans animum certo me limite ducat.
Haec eadem tibi ſigna dabunt non irrita Piſces.

SCHO-

SCHOLIA VETERA,

QVAE SVPERSVNT,

AD GERMANICI CAESARIS PROGNOSTICA.

Solem per ſeipſum conſtat moueri, non cum mundo verti, ſed in zodiaci circuli obliquitate curſum peragrare, paulo ſuperius diximus; qui cum per trecentos ſexagintaquinque dies, et quadrantem zodiacum luſtret, et ſingula tricenis diebus denisque horis ac ſemiſſe, id eſt dimidia hora, transcurrat incremento dimidiarum horarum quarto anno vnum diem complet, quem biſſextum nuncupant, qui dies conficitur ex quadrantibus. Nam cum duodecies ſemis ſex horas integras faciant, id eſt quadrantem; hic quadrans quater ductus vigintiquatuor horas perficit, idem vnum diem cum ſua nocte complet, et in quarto biſſextum, vt praeſati ſumus, efficit. Sol interea dum igneus ſit, prae nimio motu conuerſionis ſuae amplius incaleſcit. Cuius ignem dicunt philoſophi aqua nutriri, et e contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere, vnde videmus eum ſaepius madidum atque rorantem. Tunc autem eclipſin patitur, quod Latine defectio dicitur, quoties Luna XXX. ad eandem lineam, qua Sol vehitur, peruenit, eique ſe obiiciens eum obſcurat, vnde deficere nobis videtur, cum ei orbis Lunae opponitur. Signa enim tempeſtatis vel ſerenitatis hoc modo aſtrologi mundi cognoſcenda eſſe dixerunt. Virgilius nanque ait, ſi Sol in ortu ſuo maculoſus ſit, atque ſub nube latens; aut ſi dimidia pars eius apparuerit, imbres futuros. Item Varro ait, Si exoriens concauus videtur, ita vt e medio fulgeat, et radios faciat, partim ad aquilonem, partim ad auſtrum, tempeſtatem humidam et ventoſam futuram innuit; item, ſi Sol, inquit, rubeat in occaſu, ſincerus dies erit; ſi palleat, tempeſtatem ſignificat. Nigidius quoque ait, Si pallidus Sol in nigras nubes occidat, aquilonem ventum ſignificat. Hunc etiam Graeci Apollinem appella-

pellauerunt, a quo se spiritum accipere arbitrantur. ἀπόλλων enim Graece, Latine *perdens* dicitur, quod feruore suo omnem succum virentium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam diuinationis deum esse voluerunt, siue quod Sol omnia obscura manifestat in luce, siue quod in suo processu, et occasu eius orbita multimodos significationum monstret effectus. Sol dicitur, aut ex eo quod solus sit, aut quod solito per dies surgat et occidat. Hunc etiam sine barba pingunt, quia occidendo et nascendo semper est iunior, siue quod nunquam in sua virtute deficiat, vt Luna, quae crescit aut minuitur. Huic quoque illam ob causam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat, id est verni, aestatis, autumni, et hiemis: aut quod quadripartito limite diei metitur spacium. Vnde et ipsis equis condigna nomina posuerunt, id est Erythraeus, Aethon, Lampros, et Philogaeus. Erythraeus Graece ruber dicitur, quod a matutino lumine rubicundus exurgat. Aethon lucidus dicitur, quod tertia hora instante lucidior fulgeat. Lampros vero lucens vel ardens dicitur, quod fit dum ad vmbilicum diei contra arcticum conscenderit circulum. Philogaeus Graece terram amans dicitur, quod hora nona procliuior vergens occasui pronus incumbat.

Luna terris vicinior est, quam Sol, siue quam caetera errantia sidera. Vnde et breuiore orbe celerius peragit cursum suum. Nam iter, quod Sol trecentis et sexagintaquinque diebus et sex horis peragit, Luna viginti septem diebus et octo horis percurrit; singula vero signa Sol tricenis diebus et denis horis ac semisse. Luna autem binis diebus, et semis hora, besse vnius, perlabitur. Vnde fit, vt quantum spatii in zodiaco Luna percurrit, tantum Sol tredecim diebus expleat. Hanc quidam philosophorum dicunt proprium lumen non habere, globique eius vnam partem esse lucifluam, aliam vero obscuram et paulatim se vertendo diuersas formas efficere.

Alii

Alii contra aiunt, Lunam globum ſuum habere, ſed ignem a Sole concipere, et quantum percutitur ardeſcere, et quantum a Sole diſcedit augeri. Cum vero contra ſteterit, feritur ex aduerſo et velut ſpeculum, non vim, ſed imaginem reddit, vnde et deſectum patitur, ſi inter ipſam et Solem vmbra terrae interueniat. Hac enim creſcente vniuerſa gignentia pubeſcunt, tenueſcente tenuantur; humor etiam et ſpiritus omnis augeſcit, tumeſcit oceanus. Quod diuerſo caeli et vagantium ſtellarum temperatur, atque deteritur et infra fluit, id excipit Luna et Soli tradit. Quo et animalia vigeſcunt, et humus quodammodo animatur genitali calore, et vt ita dixerim, viua plurimum valent in originibus, quam in ortu ſunt; languent in occaſu. Ortum facit in ſtella, quam Sol praeterit, deinde ſtatione matutina cum a quinto loco Solis ſteterit, in eodem manet ſigno, donec ab eodem Sole moueatur, quae contraria eſt Soli. Mane occidit, oritur ſimul nocte, et vocatur Chronicos. Deinde rurſus altero latere, a quinto ſigno deprehenſa poſtmeridiana, ſtationem facit, donec ingreſſo Sole idem ſignum ſub radiis eius deliteſcens in totum occidat. Aſpiciunt inter ſe ſtellae ex tertio ſigno, quod dicitur Trigonum, et habent maxime conſuſionem; item a quarto ſigno, quod Tetragonon et Centrum vocatur, et in alterutrum maxime praeſtant effectum. Item ex contrario, quod eſt ſeptimum ſignum et Diametron vocatur, quae maxime aduerſum caetera diſſident. Vel leuiter aſpiciunt, vt ſextum, quod dicitur Hexagonon. Signa tropica peregrinis nationibus praeſunt, et omnino motibus et conſiliis ſubinde variantur, atque permutantur. Biformia generatione rerum omnium repetitionem ſignificant, et interim dilationem. Solida vehementer et inſtanter efficiunt, et ad exitum vel proſpera vel aduerſa perducunt, ſicut aſpiciuntur a ſtellis, vel fauentibus, vel repugnantibus. Iam vero quia de eius curſu vel ordine ſub breuitate diximus, reſtat, vt quid de ea Gentiles ſenſerint,

edica-

edicamus. Lunam gentiles Dianam, germanam Solis, quem Apollinem nuncupabant, fuiſſe dixerunt, et ſicut a Sole ſpiritum, ita ſe a Luna corpus accipere arbitrabantur. Dicebant enim eam viarum praeſidem, et virginem, eo quod in via nihil pariat. Idcirco igitur ambo ſagittas habere dicuntur, quod ipſa duo ſidera de caelo radios vsque ad terram emittant; ideo faces, quia Luna illuminat, Sol et illuminat et exurit; ideo bigam Luna dicitur habere, ſiue propter velocitatem, ſiue pro eo quod nocte et die apparet; ideo vnum Equum album et alium nigrum dicitur habere, eo quod hieme et aeſtate plus luceat, quam vere et autumno. Diana autem Luna dicta eſt, quaſi diana, eo quod die ac nocte apparet ipſa, et Luna eo quod luceat, et Triuia eo quod tribus fungatur figuris, de qua Vergilius ait, *Tria virginis ora Dianae;* nam eadem Luna, eadem Diana, eadem Proſerpina vocatur, id eſt caeleſtis, terreſtris, et infernalis. De qua quidam, *Denique cum Luna eſt, ſubluſtri ſplendet amictu; Cum ſuccincta iacet calamis, Latonia virgo eſt.* Lunam voluerunt etiam apud inferos Proſerpinam, ſeu quod nocte luceat, ſiue quod humilior currat et terris praeſit; vnde bigam boum habere dicitur, illo videlicet pacto, quod detrimenta et augmenta non ſolum terra, ſed et lapides vel cerebra animantium, et quod magis incredibile ſit, etiam laetamina ſentiunt, quae in Lunae incrementis eiecta vermiculos parturiant. Ipſam Dianam ortam nemoribus volunt, ſimili modo, quod arborum ac fruticum ſucco augmenta inducat. Denique crementis Lunae abſciſſa ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fiſtulaſcunt. Nemoribus quoque adeſſe dicitur, quod omnis venatio plus nocte quam die fiat. Endymionem vero paſtorem amaſſe dicitur, duplo ſcilicet modo: ſeu quod primus hominum Endymion curſum Lunae inuenerit, vnde et triginta annos dormiſſe dicitur; quia nihil aliud in vita ſua, niſi huic repertioni ſtuduit, ſicut Mnaſeas in primo libro de Europa ſcribens tradidit:

ſiue

siue quod Endymionem amasse fertur, quia nocturni roris humor, qui est siderum, quique ipsius Lunae animandis herbarum succis insudetur, et pastoralibus prosit successibus. Praeterea signa tempestatis vel et serenitatis in ea videri posse antiqui dixerunt. Nigidius ait, si Luna in summo circulo maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbres futuros significat. Si in medio, tunc cum plena sint in eo cornicula, serenitatem. Caeterum si rubet quasi aurum, ventos ostendit. Fit enim ventus ex aëris densitate, qua obducti Sol et Luna rubescunt; item si cornua eius tetra fuerint nebula, tempestas futura est. Aratus autem dicit, Si aquilonium cornu Lunae est porrectius, aquilonium imminere. Item si cornu australe sit erectius, notum imminere. Quarta autem Luna index futurarum certissima habetur aurarum. Vnde et Vergilius, *Si in ortu quarto: namque is certissimus auctor.*

A Bruma in fauonium Caesari nobilia sidera, significant. III. cal. Ianuarias matutino Canis occidens, quo die Atticae et finitimis regionibus Aquila vespere occidere traditur. Pridie nonas Ianuarias Caesari Delphinus matutino exoritur, et postero exoritur Fidicula, quando Sagitta vesperi occidit. Item quinto idus Ianuarias eiusdem Delphini vespertinus occasus et continui dies hiemis Italiae, cum Sol in Aquarium sentitur transire, quod fere XVIII. cal. Febr. euenit. VIII. Febr. Regia stella appellata Tuberoni, in pectore Leonis occidit matutino, et pridie non. Febr. Fidicula vesperi occidit.

A Fauonio in aequinoctium Caesari significant IV. cal. Mart. quatriduum varie, et VIII. cal. Mart. hirundinis visus, et postero die arcturi exortus vespertinus. Item nonas Mart. Caesar Cancri exortu id fieri obseruauit. VIII. Idus Mart. aquilonis Piscis exortus, et postero die Orionis exortus, et in Attica Miluus apparere obseruatur. Idibus Martiis Caesar ferales sibi notauit Scorpionis

nis occaſus. III. cal. Aprilis Italiae Miluus oſtenditur. XII. cal. Apriles Equus occidit matutino.

Aequinoctium vernum VIII. cal. Aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum Caeſari ſignificant. III. non. April. in Attica Vergiliae veſpere occultantur. Item poſt pridie nonas Apriles in Boeotia et Chaldaeis Orion et gladius eius incipiunt abſcondi. Caeſari VI. Idus Aprilis ſignificat imbres Librae occaſus. XIV. cal. Maias ſucculae occidunt veſpere, ſidus vehemens, et terra marique turbidum. XVI. cal. Maias, in Attica occidunt veſperi, Caeſari. XV. cal. Mai. quatriduum ſignificant. XII. cal. Mai. Aſſyriis ſucculae occidunt veſperi, quod vulgo appellatur ſidus parilicium, quoniam XI. cal Maias vrbis Romae natalis habetur, quo fere ſerenitas redditur; claritatem obſeruationis membrorum augmento, Hyadas appellantibus Graecis, quod noſtri a ſimilitudine cognominis vocabulum eis ſtellis propter ſuccos impoſitum arbitrantur: imperiti appellavere Succidas. Caeſari VIII. cal. Maias notantur dies. VII. cal. Maias Aegypto Hoedi exoriuntur. VI. cal. Maias Boeotiae et Atticae Canis veſpere occultatur, et Fidicula mane oritur. V. cal. Maias, Aſſyriis Orion totus abſconditur. Quarto autem cal. Maias Aſſyriis Canis.

VI. non. Maias Caeſari Succulae matutino exoriuntur, et VIII. Idus Maias Capella pluuialis. Aegypto autem eodem die Canis veſperi occultatur. Sic fere in VI. Idus Maias, qui eſt Vergiliarum exortus, decurrunt ſidera.

A Vergiliarum exortu ſignificant Caeſari poſt pridie Idus Maias Arcturi occaſum matutinum. III. idus Maias Fidiculae exortus. XII. cal. Iunias Capella veſperi occidit et in Attica Canis. XI. cal. Iunias Caeſari Orionis gladius occidere incipit. III. no. Iunias Aſſyriis Aquila oritur veſperi. VII. idus Iunias Arcturus matutino occidit Italiae. IV. idus Iunias Delphinus oritur in Aegypto. XI. cal. Iulias eiusdem Orionis gladius Caeſari occidere

incipit. VIII. cal. Iulias, longiſſimus dies totius anni, et nox breuiſſima Solſtitium conficit.

A Solſtitio ad Fidiculae occaſum, VI. calend. Iulias Caeſari Orion exoritur: Zona autem eius Aſſyriis, IV. no. Iulias, Aegypto vero eadem die Procyon aeſtuoſus matutino oritur, quod ſidus apud Romanos non habet nomen, niſi Canicula, quam volumus intelligere minorem Canem, vt in aſtris pingitur ad aeſtum maxime pertinens, ſicut paulo poſt docebimus. IV. non. Iulias Chaldaeis corona occidit matutino. Atticae Orion totus eadem die exoritur. Pridie idus Iulias, Aegypto Orion deſinit exoriri. XV. cal. Auguſtas, Aſſyriis Chiron exoritur. Deinde poſt triduum fere vbique confuſum inter omnes ſidus, indicans quod Canis ortu vocatus, Sole partem primam Leonis ingreſſo cum fit Solſtitium, quod ſidus accendit Solem et magnam aeſtus obtinent cauſam. XVI. cal. Auguſt. Aegypto Aquila occidit matutino, Eteſiarumque Prodromi flatus incipiunt, quod Caeſar X. cal. Aug. ſentire Italiam exiſtimauit: Aquila Atticae matutino occidit. VIII. idus Aug. Arcturus medius occidit.

III. idus Aug. Fidicula occaſu ſuo autumnum inchoat, aut annotat; ſed vera ratio id fieri inuenit pridie idus Aug. Equus oritur veſperi, et Caeſari. Aegypto Delphinus occidit. XI. cal. Septembres Aſſyriis ſtella, quae Anteuindemiator appellatur, exoriri mane incipit, vindemiae maturitatem promittens, cuius argumento erunt agni colore mutati, et Aſſyriis quinto cal. Septemb. Sagitta occidit, Eteſiaeque deſinunt. Andeuindemiator Aegypto nonis Septembribus oritur. Atticae Arcturus matutino, et Sagitta occidit mane. V. idus Septemb. Caeſari Capella oritur veſperi: Arcturus vero pridie idus Septemb. imbres vehementiſſimos ſignificat, terra marique. Ratio eius haec traditur, ſi Delphino occidente imbres fuerint, non defuturi ſunt per Arcturum. Eius ſigni ortum ſeruat hirundinum habitus. Nanque deprehenſae intereunt. XVI. cal. Octob. Aegypto Spica quam

tenet

tenet Virgo, oritur matutino, Eteſiaeque deſinunt. XI. cal. Octobres commiſſura Piſcium occidit, ipſumque Equi ſidus VIII. cal. Octob. III. cal. Octobr. Hoedi oriuntur cal. Octobribus Capella matutino exoritur. VI. nonas Octobr. Atticae Corona exoritur mane. V. nonas Octob. Heniochus occidit matutino. IV. non. Octob. Caeſari Corona exoriri incipit, et pridie non. occidunt Hoedi veſperi. VIII. idus Octobr. Caeſari fulgens in Corona ſtella exoritur et tertio idus Vergiliae veſperi exoriuntur. XVIII. cal. Nouembr. ſucculae veſperi oriuntur. Pridie cal. Nouembr. Caeſari Arcturus occidit, et Succulae exoriuntur cum Sole, quarto nonas Nouemb. Arcturus occidit veſperi, et idus Nouembr. Atticae Vergiliae occaſu ſuo hiemem inchoant. Quinto idus Orionis gladius occidere incipit. Deinde III. idus Vergiliae occidunt, occaſum matutinum Vergiliarum Heſtodes. natura huius quoque nominis Heſtodis aſtrologiam tradidit fieri.

In aequinoctio autumni confitetur quod Thales XXV. die ab aequinoctio, Anaximander, XXXI. Euctemon XLVIII. nos autem, ſequentes obſeruationem Caeſaris, XLV. die ab aequinoctio dicimus fieri.

Ante omnia autem duo eſſe nomina caeleſtis iniuriae meminiſſe debemus. Vnum quod Tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellae, caeteraque ſimilia intelliguntur, quae cum plenilunio acciderint, vi maiore impelluntur. Haec ab horridis ſideribus exeunt (vt ſaepius diximus) veluti Arcturo, Orione, Hoedis. Alia ſunt illa, quae ſilente caelo, ſerenis noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt publica: et magnae ſunt differentiae a prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis caliginem impellentibus: omnibus vero ſterilitatem. De his nunc dicemus, quae ante nos a nullo ſunt prodita. Prius cauſas reddemus eorum, quae ſunt praeter lunarem, et quae paucis caeli locis conſtant. Namque Vergiliae primatum tenent ad fructus, quarum exortu

aeſtas incipit, occaſu hiems ſemeſtri ſpacio intra ſe, et meſſes vindemiasque, et omnium maturitatem amplexantur. Eſt praeterea in caelo, qui vocatur Lacteus circulus, etiam viſu facilis: huius defluuio velut ex vbere aliquo fata cuncta lacteſcunt, duorum ſiderum obſeruatione: Aquilae in ſeptentrionali parte, et in auſtrina Caniculae, cuius mentionem ſuo loco fecimus. Ipſe circulus fertur per Sagittarium et Geminos, ſolis centrum infra aequinoctialem circulum ſecans, commiſſuras eorum obtinente, hinc Aquila, illinc Canicula. Id o effectus vtriusque ad omnes frugiferas pertinet terras, quoniam in his tantum locis ſolis terraeque centra congruunt. Igitur horum ſiderum diebus, ſi purus atque mitis aër genitalem illum lacteumque ſuccum transmiſerit in terras, laeta adoleſcunt fata; ſi luna, qua dictum eſt ratione, roſcidum frigus aſperſerit, admixta amaritudo, vt in lacte puerperium necat. Modus in terris huius iniuriae, quam fecit in quacunque conuexitate comitatus vtriusque cauſae, et Ideo non pariter in toto orbe ſentitur, vt nec dies. Aquilam diximus in Italia exoriri XIII. cal Ianuarias: nec patitur ratio naturae quicquam in ſatis ante eum diem ſpei eſſe certae. Si vero interlunium incidat, omnes hibernos fructus laedi neceſſe eſt. Rudis fuit priſcorum vita, atque ſine literis, non minus tamen ingenioſam fuiſſe in illis obſeruationem apparebit, quam nunc eſſe rationem. Tria nanque tempora fructibus metuebant, propter quod inſtituerunt ferias, diesque feſtos: Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa conſtituit anno regni ſui XI. quae nunc aguntur, ad VII. cal. Mai. quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat, Sole Tauri partem decimam obtinente, ſicut tunc ferebat ratio: ſed vera cauſa eſt, quod poſt dies XIX. ab Aequinoctio verno, per id quatriduum varia gentium obſeruatione in quarto cal. Maii Canis occidit, ſidus et per ſe vehemens, et cui praeoccidere Caniculam neceſſe ſit. Idem itaque Floralia quarto cal. eiusdem inſtituerunt,

ſtituerunt, vrbis anno DXVI. ex oraculis Sibyllae, vt omnia bene defloreſcerent. Hunc diem Varro determinat. Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges et omnia quae florebunt laedi neceſſe erit. Vinalia priora quae ante hos dies ſunt, IX. cal. Mart. deguſtandis vinis inſtituta, nihil ad fructus attinent, nec quae adhuc diximus, ad vites oleasque, quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit, ad ſextum Idus Maii, vt docuimus. Aliud hoc quatriduum eſt, quod neque rore fordere velint; exhorrent enim frigidum ſidus Arcturi poſtridie occidens, et multominus plenilunium incidere. Quarto nonas Iunias iterum Aquila exoritur veſperi, decretorio die florentibus oleis vitibusque, ſi plenilunium incidat in eum, equidem et ſolſtitium octauo cal. Iunias in ſimili caſu dixerim et Canis ortum poſt dies a ſolſtitio XXIII. ſed interlunio accidente, quoniam vapore conſtat culpa, acinique praecoquuntur in callum. Rurſus plenilunium nocet ad quartum nonas Iulias, cum Aegypto Canicula exoritur, vel certe XVI. cal. Aug. cum Italiae item quarto cal. Aug. cum Aquila occidit vsque in X. cal. eiusdem. Extra has cauſas ſunt Vinalia altera quae aguntur XIII. cal Septemb. et Varro, a Fidicula incipiente occidere mane determinat: quod vult initium autumni eſſe et hunc diem feſtum tempeſtatibus leniendis eſſe inſtitutum. Nunc Fidiculam occidere ſexto Idus Aug. obſeruatur. Intra haec conſtat caeleſtis ſterilitas; neque negauerim poſſe eam permutari arbitrio legentium locorum aeſtimantium naturas, ſed a nobis rationem eſſe demonſtratam ſatis eſt; re iqua obſeruatione cuiusque conſtabunt. Alterutrum quidem fore in cauſa, hoc eſt plenilunium, aut interlunium, non erit dubium, et in hoc mirabilem admirari benignitatem Naturae ſuccurritiam; primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non poſſe, propter ſtatos ſiderum curſus, nec niſi paucis noctibus anni: idque quando ſit futurum facile noſci, ao ne per

omnes menſes timeretur, earum quoque lege diuiſum aeſtate interlunia, praeter quam biduo ſecura eſſe hieme plenilunia, nec niſi aeſtiuis breuiſſimisque noctibus metui, non diebus item valere. Praeterea tam facile intelligi, vt formica minimum animal interlunio quieſcat, plenilunio et etiam noctibus operetur. Auem Param oriente Sirio ipſo die non apparere, donec occidat, ediuerſo Virionem prodire ipſo Solſtitii die. Neutrum vero Lunae ſtatum noxium eſſe, ne noctibus quidem niſi ſerenis, et omni aura quieſcente; quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores; ſic quoque non ſine remedio. Sarmenta aut palearum aceruos, et euulſas herbas, fruticesque per vineas camposque cum timebis, incendito, fumus medebitur; hic e paleis et contra nebulas auxiliatur, vbi nebulae nocent. Quidam tres cancros viuos cremari iubent in arbuſtis, vt carbunculi non noceant. Alii ſiluri carnem leuiter vri a vento, vt per totam vineam fumus diſpergatur. Varro auctor eſt, quod ſi Fidiculae occaſu, quod eſt initium autumni, vna pica conſecretur inter vites, minus nocere tempeſtates. Archibius ad Antiochum Syriae regem ſcripſit, ſi fictili nouo obſerata obruatur rubeta rana in media ſegete, non eſſe noxias tempeſtates.

(Vertices extremos circa quos caeli ſphaera voluitur, Polos nuncupauere, e quibus vnus eſt ſeptentrionalis, qui boreus appellatur, qui nunquam occidit. Alter auſtralis, qui terrae obiectus a nobis nunquam videtur. Et auſtronotus dicitur, quam quidam dicunt eſſe Tethyn Oceani vxorem, nutricem Iunonis, quae fingitur in Oceano prohiberi occidere. Haec habet ſtellas, in capite ſeptem non claras, in vtraque aure duas, in armo vnam, in pectore claram vnam, in pede priori vnam, in femore poſteriori duas, in pede extremo poſteriori duas, in cauda tres. Sunt omnes XX.)

III.

RVFI FESTI AVIENI

ARATEA

ARATI PHAENOMENA,

RVFO FESTO AVIENO PARAPHRASTE.

Carminis inceptor mihi Iuppiter; auſpice terras
Linquo Ioue; excelſam reſerat dux Iuppiter aethram;
Imus in aſtra Iouis monitu; Iouis omine caelum,
Et Iouis imperio mortalibus aethera pando.
Hic ſtatio, hic ſedes primi patris; iſte paterni
Principium motus; vis fulminis iſte coruſci,
Vita elementorum, mundi calor, aetheris ignis,
Aſtrorumque vigor, perpes ſubſtantia lucis;
Et numerus celſi modulaminis; hic tener aer;
Materiaeque grauis concretio; ſuccus ab alto
Corporibus caelo; cunctarum alimonia rerum;
Flos et flamma animae, qui diſcurrente meatu
Mundi primigenii penetralia dura reſoluens
Impleuit largo venas operatus amore,
Ordinis vt proprii foedus daret; iſte calorem,
Quo digeſta capax ſolidaret ſemina mundus,
Inſeruit. Rite hunc primum, medium, atque ſupremum

Vox ſecreta canit ſibi; nam permixtus vtrinque,
Et fultus ſeſe geminum latus, vnus et idem eſt
Actor agendorum, propriique patrator amoris,
Et mundi vere paſtor ſacer. Hic chaos altum
Lumine perrumpit; tenebrarum hic vincula primus
Soluit, et ipſe parens rerum fluitantia fixit.
Hic diſperſa locis ſtatuit primordia iuſtis.
Hic digeſtorum ſpeciem dedit; iſte colorem
Impoſuit rebus, ſexuque immixtus vtroque,
Atque aeui pater gemini; ſimul omnia luſtrans
Sufficit alterno res ſemine. Rerum opifex hic;
Hic altor rerum, rex mundi, celſa poteſtas
Aetheris atque Erebi; rapida inclinatio coeli;
Inſociabilium diſcretio iuſta deorum;
Cuius et extremum tellus opus; ignea cuius
Lumina ſunt late, ſol, et ſoror; ille diei
Tendat vt infuſi rutilum iubar; altera noctis
Vt face flammanti tenebroſos rumpat amictus.
Nec deſit genitis pater vllo in tempore rebus.
Iſtius ille anni pulcher chorus, alta vt hebeſcat
Terra gelu, ver vt blandis adrideat aruis,
Puluerulenta ſiti tellurem vt torreat aeſtas,
Et grauis autumni redeat foetura parentis.
Hoc duce per tumidi ferimur freta gurgitis; iſto
Praeceptore ſolum grauibus verſamus aratris;
Iſte modum ſtatuit ſignis; hic rebus honorem

Infun-

Infundit; tenebris hic interlabitur aethrae;
Viſcera et aethereos animat genitabilis artus.

Denique ne longum marcentia corda iacerent,
Mundanique ortus mens immemor, omnia ſenſim
Vilia conciperet, neque ſe ſubduceret vnquam
Fontis in aeterni primordia, quo velut amnis,
Quem feſtina citis vrget Natura fluentis,
Lapſu continuo ruiturae in corpora noſtra
Prorumpunt animae, ſeriemque per aethera nectunt,
Hic primum Cnidii radium ſenis intulit aſtris,
Mortalemque loqui docuit conuexa deorum:
Cur Hyperionios Nepa circunflecteret ignes?
Autumni reditu cur ſub gelido Capricorno
Bruma pruinoſi iuga triſtia ſolueret anni?
Cur ſpacium lucis madidae cum tempore noctis
Libra celerque Aries dimenſo pondere Olympi
Aequarent? Qua parte Polus ſublimior alto
Cardine caeruleas Thetidis non tangeret vndas?
Quis Polus vmbrifero lateat decliuis in axe,
Et vaga palanti cur ſigna errore ferantur?
Quae rurſum ingenio numerisque Solenſibus idem
Iuppiter efferri melius dedit incola Tauri,
Muſa vt Cecropios ſuperaret et Aonas agros.

Me

Me quoque nunc ſimilis ſtimulat furor, edere verſu
Tempora, cum duris verſare ligonibus arua
Conueniat; cum veliuolo dare carbaſa ponto;
Et cum viticomo crinem tondere Lyaeo.
O mihi nota adyti iam numina Parnaſſei!
O per multa operum mea ſemper cura Camoenae!
Iam placet in ſuperum viſus ſuſtollere caelum,
Atque oculis reſerare viam per ſidera; maior,
Maior agit mentem ſolito deus, ampla pateſcit
Cirrha mihi, et totis ſe Helicon inſpirat ab antris.

Arctos. Omnia quae flammis pingunt radiantibus aethram,
Nox agit, et verſo ceu fixa trahuntur Olympo.
At non cuncta tamen Signorum in lege putanda;
Nam numeris et honore carent; micat omnibus ignis,
Et rutilo cunctis flagrat coma flammea crine;
Sed quia non certa formarum luce notantur
Omnia ſideribus, caſſum fit caetera volgus.
Mobilis en etiam mundi ſe machina verſat,
Ponderis et proprii trahit inclinatio caelum;
Sed non axis item curui vertigine fertur
Aetheris, vt ſtilus inſtabili conuoluitur orbi,
Ipſe manens tenuisque procul ſacra viſcera caeli
Perſorat, et mediae molem terrae tenet; illum

Non

Non prolixa dies, non incumbentis Olympi
Curſus agit, motatue loco labor, vt ſemel haerens
Conſtitit, et ferri ſe circum cuncta remiſit.
Terminus extremo diſpar polus. Oceano pars
Sublime erigitur, ſubit altera merſa ſub vndas
Pars Erebum, et nigri iacet haec vt conſcia Ditis:
Hîc notus; horriferis aquilonibus illa rigeſcunt;
Ac teres in gemina ſtridit vertigine cardo.
Alter in obtutum facilis latet; alter et alto
Deprimitur barathro. Sed qua ſublimior axis
Tethyos vndoſae linquit cetoſa fluenta,
Contemplare ſacras vt mundus ſubiicit Arctos.
Sic aſtrum dici Cnidius dedit; Auſone easdem
Voce feras Vrſasque et Plauſtra vocare ſolemus:
Fabula nanque, Vrſas; ſpecies dat, Plauſtra videri.
Has pater omnipotens nemoroſi in valle Lycei
Adſuetas duris quondam venatibus, aethrae
Intulit, et rapto genitricis flore ſacrauit.
Vel ceu fama dehinc docet altera: Creta vbi fluctu
Tunditur inſanis late circunſona Cauris,
Iuppiter has idem rerum memor indultarum,
Et cuſtoditae referens pia dona ſalutis,
Cum puer agreſtes inter Curetas, et inter
Dictaeae longum latuit crepitacula rupis,
Scandere

Scandere flammigerum victor permisit Olympum,
Nescia signa salis, nocturnique insscia casus,
Hospita et insanis aquilonibus: haud tamen ollis
Ora vel aduerso sunt obuia pectora motu:
Versa Lycaoniis sed suspectatur in vrsis
Forma super, pariterque polo vestigia librant,
In spinam et flammis ardentia dorsa iacentes.
Sic Iouis altrices teretem prope cardinis axem,
In caput, inque humeros Helice Cynosuraque versae
Praescia venturis dant semper signa procellis.
Nanque Helice Graios; Tyrios Cynosura per altum
Parua regit; non vlla facem succenderit vnquam
Stella prior, neque flammigeros eduxerit ortus
Ante alia, immerso cum iam Titanius orbe
Imbuerit tremulo Tartessia terga rubore,
Cressia quam flammas inter primordia noctis
Maior agat, vultusque sacros ostendat Olympo.
Illa licet paruo iaceat Temone per aethram,
Verior in fidem tamen est currentibus aequor.
Cardine nam certo conuertitur; huic, mora longos
Pigra tenet gyros, quae, ceu remorata parumper
Flectitur, ac tardo cohibet cunctamina lapsu;
Sed quia Sidoniis dux est Cynosura carinis,
Rectior vndoso cursus sulcatur in aestu.

Inter

Inter vtramque dehinc praeclari nominis Arctον Draco.
Ceu circunflexo ſinuantur flumina lapſu,
Squammeus agmen agens *Draco* voluitur, atque obit ambas
Spirarum curuis anfractibus. Hunc quoque, vbi artus
Longius effuſum ſpacioſa volumina tendunt,
Compta Lycaoniis includunt Plauſtra choreis.
Qua caput eſt Helices, fundunt ſeſe vltima monſtri
Agmina, et hac caeli vix cauda in parte quieſcit.
Altera qua ſpirae ſinus eſt, ſublime reponit
Verticis, et curuo ceu circuncluſa Dracone,
In dorſum alterius dorſo iacet Anguis; ab ore
Vertitur, ac longe poſtremam lapſus in Arcton,
Rurſum maioris repetit confinia ſigni.
Nec quae ſtella caput flammarum inſignit honore,
Sola micat, ſolaue rubent incendia criſta;
Sed ſetoſa duplex adolet duo tempora fulgor,
Et duo ſub geminis oculi fulgoribus ardent.
Vnicus ignis item mento aeſtuat, ipſaque forma
Verticis in nutum veluti curuata parumper,
Qua per dimenſos demittitur ordo meatus,
Flectitur, atque Helices caudam ſpectare videtur,
Cuius in extremum ſpacio propiore per aethram,
Sibila protenti ſuccedunt ora Draconis.
Quin ſuper illa etiam ſumma confinia caudae
Stella

Stella ſubit, dextri quae temporis igne coruſcans,
Aemula vicinis accendit lumina flammis;
At decliue caput vertexque obliquior aſtris,
Hac in parte ſacri procumbere cernitur axis;
Qua pater Oceanus rutili reparator Eoi,
Occaſus ortusque ſalo moderante coercet,
Et gemina alternae miſcet diuortia metae.

Engonaſin. Inde pruinoſo ſi lumen ab vsque Dracone
In conuexa feras, oculosque in proxima mundi
Declines, qua parte globo tumet altior ortus,
Illa laboranti ſimilis ſuccedet imago,
Protinus expertem quam quondam dixit Aratus
Nominis, et cuius latuit quoque cauſa laboris;
Panyaſi ſed nota tamen, cui longior aetas
Eruit excuſſis arcana exordia rebus.
Nam dura indomiti memorat ſub lege tyranni
Amphitryoniaden primaeuo in flore iuuentae,
Qua cedunt medii longe ſecreta diei,
Heſperidum veniſſe locos, atque aurea mala,
Inſcia quae lenti ſemper cuſtodia ſomni
Seruabat, carpſiſſe manu; poſtquam ille nouercae
Inſaturatae odiis ſerpens victoris ab ictu
Spirarumque ſinus et fortia vincula laxans
Occubuit, ſic membra genu ſubnixa ſiniſtro
Suſtentaſſe ferunt, ſic inſediſſe labore
Deuictum, fama eſt; ac tum Tirynthius Aethra

Incly.

Inclytus et ſolio fultus ſublime paterno eſt.
Iuppiter hanc ſpeciem, miſeratus acerba laborum,
Reddidit, et talem cerni permiſit Olympo.
En manus ipſa Dei violenta in verbera pendens
Erigitur, dextraeque dehinc impreſſio plantae
Tempora deculcat maculoſi prona Draconis.

Poplite ſuccidui qua ſideris ampla pateſcunt Corona.
Terga dehinc, merſumque iacet ſublime humerorum,
Aſpice ceu rutilis vibret lux Gnoſia flammis:
Haec quondam Bacchi monumentum fulget amoris;
Haec Ariadnaei capitis teſtatur honorem.
Trina ter illuſtrant hanc lumina; parsque Coronae
Serpentem vicina ſubit, qua ſibila in Arcton
Ora Draco inclinans ſtridet flabris aquilonis;
Poſt tergum Nixi pars voluitur, ac velut haerens
Rurſum deſeſſi reſeratur nuncia ſigni.

Iſtius extremo ſub vertice, vertice quippe Ophiuchus.
Sideris Innixi, clarum noſces Ophiuchum.
Triccaei ſidus ſtat nominis, et cui pingui
Thure Epidaureae fumant altaria ſedis.
In ſtyga decurſis Parcarum ab origine fuſis
Merſerat Hippolytum ſors vltima; iamque per imas

Cocyti tenebras et ſtagna nigrantia Ditis,
Portitor ille Charon Theſidae fata vehebat.
Hic immaturi ſed enim miſeratus acerbum
Leti ſupplicium, Neptunique aſpera iuſſa,
Algentes artus Erebo procul intimo ab vsque
Suſcitat, atque animae rurſum tepefacta calore
Viſcera mundanas reuocat medicator in oras.
Non tulit Omnipotens, ortu cuiquam generato
Deucalioneo fas eſſe, nouiſſima fata
Vincere, et incaſſum decurrere penſa ſororum;
Moxque triſulca polo iaculatus fulmina celſo,
Et ſuper aëriae vibrans incendia flammae,
Morte repertorem medicinae audacis in vmbras
Deiicit; at gnati reparans ſolatia Phoebo,
Aſperaque extincti miſeratus fata nepotis,
Surgere nocturno iubet inter ſidera motu.

Hic ergo inſignes ardens venas Ophiuchus,
Hic rigidos artus formae Anguitenentis honore
Arduus, hic tantos humeris vibrantibus ignes
Euomit, vt pleno cum Luna niteſcit in orbe,
Menſtruaque ingenti iam tempora diuidit ortu,
Nequaquam lentis obſcurior ex humeris lux
Marceat; at manibus non compar flamma rubeſcit;
Nam ſuffuſa leui reſplendent vltima luce;
Sed cerni ſunt prompta tamen; poſtremaque parco
Igne

Igne micant. Ille angue manum conſertus 235.
vtranque
Erigitur, ſerpensque dehinc elabitur ambas
Flexilis, et medium cingit ſpiris Ophiuchum;
Quem ſuper haerentem plantarum mole duarum
Scorpios in geminas effuſus viſcera parteis,
Afflictusque oculos, maculoſaque pectora preſſus, 240.
Suſtinet. Attiguas euoluitur Anguis in auras,
Agmine non aequo, neque tanta volumina com-
par.
Nam qua dextra manus ſinuoſo affigitur Angui,
Parcius ab domino terga explicat, altera porro
Plurimus, ac multo per laeuum pondere lapſus 245.
Funditur, et rutilo qua lux ſedet ignea mento,
Vsque Ariadnaeae ſeſe vicina coronae
Lubricus inclinat. Poſt ſpiram brachia quondam
Formidata truci ſuſpexeris Orioni.
Heic conceſſa enim curuis minitatio Chelis. 250.
Huc falcata Chii repſerunt cornua monſtri,
Sidereae nimium facis indiga; nanque hebes ollis
Ignis, et obtuſo marcent incendia crine.

Calliſto rutilat ſtellis, quibus vsque ferinam Bootes.
Prona fit effigiem, quo cardine torquet et axem 255.
Semper in occiduis attollens lampada flammis
Arctophylax, ſiue, vt veteres cecinere, Bootes,
Famoſa Arcadici teſtans commenta tyranni.
Et licet inſtanti ſimilis, ſimilisque minanti

Terga Helices iuxta premat arduus, haud tamen vnquam
In picturatae plaustrum procurrere matris
Fas datur, antiqui quoniam contagio in illo
Criminis et veterum prohibetur culpa malorum
Nec minus in membris lux olli maxima vibrat
Omnibus, ardet apex capiti, micat ignea late
Dextera flammam, humeri flammam mouet instar
Inter vtrunque femur, qua se confinia lucis
Diducunt pedibus, maior qua luminis auras
Verberat, et rutilo sidus magis aestuat astro.
Nam locus Arcturo sacer adscribitur, illic
Aurea qua summos adstringunt cingula amictus,
Ebria flammanti consurgit stella rubore.

Virgo. Qua protenduntur vestigia summa Bootis,
Quaque per immensum circumflagrantibus astris
Circulus obliquo late iacet Astriger orbe,
Contemplare sacros subiectae Virginis artus.
Quam, Te, quam memorem? Siue est genitor tibi summus
Iuppiter ex Themide in terras demissa parente;
Seu patris Astraei clarum es genus, aurea cuius
Sidera sunt proles, et qui pro munere morum
Inculpabilium nomen dedit omnibus astris;
Aut Pelusiaci magis es dea littoris Isis,
Digna Poli, consors et cura latrantis Anubis;

Seu

Seu tu diua Ceres, ſic nam tibi flagrat ariſta,
Et, ceu Siriaco, torretur ſpica calore:
Protentata manu; ſeu Tu pernicibus alis,
Nec ſat certa gradum, viduataque vertice ſummo
Fluxa polo vertis veſtigia, lubrica vt aeuum
Sors agat, et ſubitis obrepat mobile fatum
Temporibus; precor, in terras procul aethere ab alto
Flecte oculos, placidamque meis venerabilis oro
Pande ſacris aurem. Tu cum ſincera priorum
Vita hominum nullis ageret ſub legibus aeuum,
Aureaque innocuos ſeruarent ſecula mores
Sponte ſua, nec criminibus via prompta pateret,
Inter confuſos populorum libera coetus
Verſabare libens, nullique obnoxia culpae
Corda inhibens, media caſto res more tenebas.
Nullus telluri limes datus, indice nullo
Culta ſecabantur, neque iam diſcretio campum
Metiri in dominos monſtrauerat; omnia rerum
Vſurpantis erant; promiſcua rura per agros;
Praeſtiterat, cunctis communia cuncta videri.
Denique cum placidas crebro Dea viſeret vrbes,
Tectaque iuſta virum paſſim ſuccederet, illa
Feruentis late pelagi natura, ſalumque
Fluctibus inſtabile, et glauci vada turgida ponti,
Qua ſenior cano nutrit ſub gurgite Nereus
Delphinos virides, et phyſeteras anhelos,
Ignorata ſuo ſecluſaque fine iacebant.

Nulla fides vndis, tumido commercia fluctu
Nulla petebantur: neque longis nauita terris
Inſinuare ratem ius fecerat, exul vt oris
Omnibus externas veheret per inhoſpita gazas
Aequora, et inſano penderet ſaepe profundo.
Omnia ſed cunctis naſci dabat aurea terris
Iuſtitia, et nullo diſcreuerat aëre regna,
At poſtquam argento deformis viluit aetas,
Rarius in terras os inclinabat honeſtum
Iam Dea, vix ſummos adlabens denique monteis,
Cum cedente die Phoebus ſub nocte propinqua
Occiduus pronos vrgeret in aequora currus,
Vſurpandam oculis ſeſe dabat adcurrentum,
Non vt feſſa virûm repararet gaudia vultu,
Sed crepula vt late vomeret conuicia voce.
Parcite, vile genus, lachrimis, aiebat, obortis!
Cauſa querelarum veſtrum eſt ſcelus, aurea quondam
Iudice me veſtri vixerunt ſecla parentes.
Degener in vobis animus; ſolertia vobis
Peruigil; arte noua vitam traducere mos eſt.
Omne aeuum ſtudiis excuditis. Hinc quoque rurſum,
Proh pudor atque dolor! naſcetur vilior aetas;
Et lacerata genas ibit Bellona per vrbes
Saucia, vt infidas agitent certamina mentes.
Haec vbi permoeſto rauco congeſſerat ore,
Alite procurſu ſeſe in conuexa ferebat
Protinus,

Protinus, atque oculos fugiens exoſa ſequentum
Linquebat coetus hominum. Ruit haec quoque rurſum
Viuendi ſeries; ac ſucceſſere pudendo
Aerea ſecla habitu: fraus ilicet, et furor ardens,
Atque cruentus amor chalybis, ſegnisque libido,
Et maleſuada lucri rabies ſubit; omnia terror
Degener, ac moeſtae facies formidinis implet.
Secreti indomitus vada gurgitis vltima verſat
Tiphys; Agenoreo color hinc mentirier oſtro
Incipit, Aſſyriumque bibunt noua vellere ſuccum,
Ebria vt externo ſplendeſcat lana veneno.
Sic iuſta in populos mox Virginis inculpatae
Exarſere odia, et caelum pernicibus intrat
Diua alis, ſpaciumque ſibi ſubuecta per auras,
Vnde procul terras ſumma vix cerneret aethra,
Propter anhela libens late capit aſtra Bootis.
Iſtius extremis humerorum partibus vrget
Stella facem, qualique rubent incendia flamma,
Quae ſubiecta procul caudam maioris ad Vrſae
Vertice brumalis circunuoluuntur Olympi:
Talis vtrunque modo ſimul et fulgore micat lux
Plurima; quippe procul clare fax ardet in Arcto.
Nec contemplandi labor anxius; omnia primis
Obuia ceu vibrant obtutibus; vnus ab ore
Quae ſunt prima fere veſtigia, praeminet ignis;
Altera, qua pedibus regio eſt clunalibus, ardet
Stella itidem, genibusque dehinc ſe tertia promit,

Aemula qua rutilae flagrant confinia caudae.
Non tamen his ſpecies, non ſunt cognomina certa,
Sed permixta ſimul vulgi vice conuoluuntur.

Gemini. Illa quidem ſupero conſerta relabitur axe,
Inſcia piſcoſi ſemper ſalis. Ipſius autem
Subiectos capiti Geminos tibi cernere fas eſt,
Spartanam, Geminos, ſobolem, prolemque Tonantis
Egregiam, et proprio poſt reddita numina caelo.
Nam Lacedaemoniis Mars cum caluiſſet Aphidnis,
Caſtora Cecropii tulit inclementia belli.
At frater lucemque et fata ſuperſtitis aeui
Exoſus, ſortem lachrimis efflagitat aequam:
Protinus alternae germanos tempore vitae
Iuppiter attolit, caelique in celſa receptans
Aeternae flagrare facis iubet ignibus ambo.

Cancer. Aluo Helices Cancer ſubuoluitur; aſtraque Cancro
Iuno nouercales vt ſemper proderet iras,
Praeſtitit. Hic etenim, Lernaei gurgitis Hydram
Vreret Alcides cum flammiger, auſus in ipſum
Repere victorem, qua duro concaua dorſo
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras:
Hos dixere Aſinos ortos Theſprotide terra,

Et

Et ſidus, Lenaee, Tuum. Diſterminat aer
Craſſior hos. Itidem qualis praeſepibus eſſe
Forma ſolet, diſpar Chelarum flamma coruſcat.
Nanque tribus ſtellis adoletur dextera Cancro;
Laeua duas pigro ſuccendit fomite flammas.

Qua poſtrema pedum rutilant veſtigia in Arcto, Leo.
Maxima flammigeri mundus trahit ora Leonis.
Membra dehinc longi qua ſeſe ſemita caeli
Plurima protendit, torrentur fomite acuto
Singula, et aſſiduis ardet Leo viſcera flammis.
Hic Hyperionii flagrat via ſolis, et iſto
Se duce caerulei referunt momenta caloris.
Tunc ſucciſa Ceres ſtatim cum mergite culmi
Conſtruitur, flauos tondentur ſemina crines
Omnia, et aduectas late coquit area meſſes.
Tunc et Threicii repetunt animoſa Aquilones
Flabra polo; tunc Oceanum ſtata flamina caeli
Propellunt pelagus; longis hoc tempore in anni
Ocia ſunt remis; pontus vehit ipſe carinas.

Aurigatorem par ſit quoque cura videre; Auriga.
Nanque tuas aures implebit fabula ſolers
Cretaei pecoris. Haec lac memoratur alumno
Infudiſſe Ioui Capra, nutrix dicta Tonantis,
Stelligero ſubuecta polo eſt. Ille impiger autem
Pulcher Erichthonius currus et quattuor olim

Iunxit equos, pronus qui non procul in Geminorum
Laeua iacet, fuſoque ſuper ſe corpore tendit
Plurimus, adque Helices caput inclinatur ab ore.
Ille quidem in ſpacium membra explicat; at Capra laeuo
Fixa humero clare ſuſtollitur; ipſius autem
Fine manus paruas Hoedorum ſuſpice flammas.
Qui poſtquam Oceano ſeſe expediere ſonoro,
Saeua procelloſis immittunt flabra fluentis,
Vt ſpumoſa truci pulſentur littora fluctu,
Et vaga caeruleas inuoluant aequora puppes.

Taurus. Nec minus Aurigae qua ſunt veſtigia curui,
Cornigeri late tenduntur pectora Tauri.
Illic ſetoſam pecoris perquirere frontem
Eſto memor, flexo iacet illic crure, minaces
In terram figens oculos; tum caetera ſigna
Flammarum ſimilem procul inter ſidera formam
Oſtentare valent; gemino ſic cornua ductu
Erigit aetherii vigor ignis et ignis vtrinque
Sic camuris ardet protractibus; haud tibi ſignis
Perquirenda aliis pecoris frons aequa reſurget
Oceano. Proprio Taurum deprenderis ore:
Cornua ſic vera ſub imagine curua dehiſcunt:
Sic mediam creber pecori frontem aſperat ignis:
Sic Hyades Tauri toto procul ore coruſcant.
At Boream laeuo qua Taurus acumine pulſat,
Deſuper

Deſuper Aurigae dexter pes imminet aſtro.
Vna pedem Aurigae dextrum cornuque ſiniſtrum
Stella tenet pecoris; ſimul in conuexa feruntur;
Sed prior occidui Taurus ſubit aequoris vndas.

Nec mea muſa ſenem tacitum Cephea relin- Cepheus.
quet:
Iaſidem quoque ſumma poli Cephea reuoluunt;
Illum quinetiam rutilae pater intulit aethrae,
Donauitque polo. Tergum Cynoſuridos Vrſae
Poſt habitat, geminasque manus a pectore tendit.
At diducta pedes tantum hinc menſura ſeniles
Diuidit, extremo quantum pede diſtat ab Vrſa.
Non eget huius enim ſedes ſacra luminis hilum.

Rurſum decliui ſi viſum tramite vergas, Caſſiepeia.
Prima tibi vt flexi linquatur ſpira Draconis,
Infortunatam ſpectabis Caſſiepeiam.
Sed nec multa tamen, cum caelum lumine toto
Luna replet, tetram vt ſuperet fax aurea noctem,
Occurret genitrix oculis quaerentibus. Abſunt
Lucida moerenti; tenuis rubet ignis, et aegra
Lux hebes eſt matri: vix qualem Caria quondam
Nouerat intrantem per clauſtra tenacia clauem.
Formatur ſtellis diſtantibus; inque humeros vix
Tenditur anguſtos; natae fera fata retundunt.

Nanque ſubeſt, teretisque poli ſimul orbe Andromeda.
rotatur
Andromeda, ingenti quae ſemper luce coruſcans

Sponte

Sponte oculos in membra rapit; face denique vertex
Ardet anhelanti, geminamque per aëra fundunt
Lucem humeri, et ſummis lux aeſtuat ignea plantis.
Ignea quinetiam per caelum cingula flagrant
Andromedae, et toto vibrant in corpore flammae.
Sed tamen hic etiam viuax eſt poena dolenti;
Nam diducta vlnas magna diſtendit in aethra,
Vinculaque in caelo retinet quoque; tenuia quippe
Brachia contortis adſtringunt vincula nodis.

Equus. Rurſus odorato qua vertex crine tumeſcit,
Andromedae capiti ſuccingitur indiga pleni
Aluus Equi, ſummo qua fax in vertice vibrat
Virginis, inque auras cornu vice ſurgit acuti.
Ipſa ſub abſciſſo late micat aurea ventre
Cornipedis; ſimul hunc lux indiſcreta reneclit;
Communique rubent duo ſemper ſidera flamma.
Treis latus atque armos aliae pecoris pinxere,
Et ſpacio diſiuncta pari fax acmula flagrat.
Plurimus ignis ineſt, vaſto globus aeſtuat orbe.
Sed non et capiti ſimilis rubor, ipſaque ceruix,
Quanuis procero ſurgat iuba maxima collo,
Languida marcenti vix eſt ſpectabilis igne.
Vltima quae mento ſeſe explicat, haud minor illa

Quat-

Quattuor eſt primis, quae formam lumine claro
Cornipedis ſimulant. Non hic Equus integer artus,
Non quadrupes caelo ſuſtollitur; at tenus aluo
Erigitur media; nam caetera pone negantur,
Et quatit aetherias primis modo cruribus auras.
Nanque hunc Aonio quondam memorant Helicone
Inclita poſt Lyciae redeuntem bella Chimaerae,
Myſtica qua rupes doctis obmurmurat antris,
Herbarum carpſiſſe comas, et gramine odoro
Expleuiſſe famem; ſed cum ſitis arida fauces
Vreret, ac nullo manaret gurges hiatu,
Illiſiſſe pedem, cornuque excita repente
Lympha camoenalem fudit procul Hippocrenen.
Aones hoc latici poſuerunt nomen equino
Paſtores. Strepit haec placido inter ſaxa ſuſurro,
Atque Helicone cadens ſeſe ſitientibus herbis
Inſerit, Aſcraeas donec vaga gurgite valles
Viuificet. Rigat hac animas et Theſpia pubes
Semper, et in latices inhiat gens fontis alumni.
Aſt Equus alterno redit inter ſidera motu,
Oceanique ſalo caput exerit. Haud tibi magni
Cura laboris erit caelo ſpectare ſereno
Cornipedem; micat ille procul flagrantibus aſtris,
Et perfuſa recens educit pectora ponto.

Tunc

Aries. Tunc celer ille Aries, longi qui limitis orbe
Aethera percurrens, nunquam Cynoſuridos Vr-
ſae
Segnior ablapſu conuertitur, haud procul aſtro
Viſus Equi; magno celſum ſecat aëra motu.
Parcior hic rutilae ſemper facis, indigus ignis
Spectatur iuſti. Nam quanti luminis aſtra
Eſſe ſolent, aciem quibus aurea Luna retundit,
Marcida Lanigeri tantum ſe forma ſub auras
Exerit; in tenui quanquam primordia Phoeben
Orbe habeant, nullomque decus Dea proferat
ore.
Sed licet hunc oculis fruſtra ſectere per aethram,
(Nam ſemper propriis caret ignibus) en tibi
propter
Andromedae claro rutilantia cingula in aſtro
Suſpectanda patent. Vocat ingens baltheus vltro
Quaerentem, non longa Aries ſtatione remotus,
In conuexa redit; paruo ſe tramite ſubter
Diſtinet, et medio caelum citus ordine currit,
Vltima Chelarum qua brachia, quaque coruſco
Circulus axe means rutilum ſecat Oriona.

Deltoton. Eſt etiam Graio quod ſemper nomine noſtri
Deltoton memorant. Simile eſt latus; iſtud
vtrinque
Porrigitur; ſummum ſigno caput angulus arctat,
Et geminum ſuprema iugum vicinia mordet.
Tertia,

Tertia, quae ſtantes ſuſtentat linea ductus,
Parcior, haud ſimili ſeſe ſub limite tendit,
Et contracta modum gemina face flammigera-
rum
Stellarum ſuperat. Quin et qua ſubter in aſtro
Lanati marcent pecoris, pluuioque tepeſcunt
Iam vicina Noto, minor iſtic linea luce
Et fulgore facis praeuertitur; at locus olli
Poſt tergum Andromedae: ſic ſe tulit ordo di-
catus.

Hinc ſi vicino flectaris lumina viſu, Piſces.
Inque Notum ſenſim Boreali ab cardine ductus
Inclinere oculos, proles tibi Dercia, Piſces
Surgent Bambicii; ſedes data quippe duobus
Piſcibus, ingenti qua celſam circulus aethram
Orbe ſecat; tendit qua pennae extrema ſiniſtrae
Ales equus; mundo qua pectora Laniger alto
Vrget, et aduerſo ſurgentem corpore Taurum
Reſpicit: hîc medio ſignantur ſidere Piſces.
Quorum alius rigida conſurgit in aëra forma
Celſior, et Borean proprior ſubit, alter aquarum,
Troicus haurit aquas, funditque vbi Ephebus ab
vrna,
Pone auidus, iacet in notialia nubila pronus.
Sed tamen hî late ſtellis ex ordine fuſis
Nectuntur caudas, et lenta trahuntur vtrâque
Vincula, per caelum coeunt quae ſingula rurſum,

Et

Et rutilo confixa quasi super igne tenentur,
Caelestem memorat quem solers Graecia Nodum.
Ex humero Andromedae laeuo quoque noscere Piscem,
Qui rigidum celsi suspectat cardinis axem,
Persacile est; vlnae nam proximus iste sinistrae
Caerulus erigitur.

Perseus. Quin et vestigia propter
Persea sub volucri par est tibi quaerere forma.
In caput inque humeros rotat aegram machina mundi
Andromedam; Threici nam sub flabris Aquilonis
Nititur alato vindex pede, maxima cuius
Dextera moerentis solium prope Cassiepeiae,
Tenditur, ingentique dehinc vestigia passu
Puluerulenta quasi cano procul aere pandit.

Pleiades. Pleiades femoris pariter sub fine sinistri
Perseus protollit. Locus has habet arctior omnes
Connexas. Lentae facis haud procul istas
Ostentat rutili lux sideris; aegra sororum
Lumina; nec claro flagrat rubor aureus astro.
His genitor, vero si fluxit fabula fonte,
Poenus Atlas, subiit celsae qui pondera molis,
Caeliger, atque humero magnum super aethera torquet.
Fama vetus septem memorat genitore creatas

Long-

Longaeuo; ſex ſe rutila inter ſidera tantum
Suſtollunt. Septem fert fabula priſca ſororum
Nomina; ſex ſeſe tenui ſub lumine reddunt:
Electra, Alcyoneque, Celaeno, Taygeteque,
Et Sterope, Meropeque ſimul, famoſaque Maia.
Prole Deo. Cerni ſex ſolas carmine Mynthes
Aſſerit; Electram caelo abſceſſiſſe profundo
Ob formidatum memorat prius Oriona.
Pars ait Idaeae deflentem incendia Troiae,
Et numeroſa ſuae lugentem funera gentis,
Electram tetris moeſtum dare nubibus orbem,
Saepius obſcuris caput vt ſit cincta tenebris;
Nonnunquam Oceani tamen iſtam ſurgere ab vndis
In conuexa poli, ſed ſede carere ſororum,
Atque os diſcretum procul edere, deteſtatam,
Germanosque choros ſobolis lacrymare ruinas,
Diffuſamque comas cerni, crinisque ſoluti
Monſtrari effigie. Diros hos fama cometas
Commemorat triſti procul iſtos ſurgere forma,
Vultum ardere diu, perfundere crinibus aethram,
Sanguine ſub pingui rutiloque rubere cruore.
Quin Meropen alii, poſtquam Siſypheia vincla
Et thalamos ſcaeuo ſortita eſt omine Diuûm,
Indignam aëria credunt mage ſede fuiſſe.
Sic anceps numeri fit fabula, ſexque per aethram
Vergilias cerni tenet vſus; ſed ſimul omnes
Arctauere globum; ter in auras angulus exit

Flammiger, et mixtis Atlantides ignibus ardent.
Nec tamen eſt famae ſimilis vigor; ampla ſorores
Fabula nobilitat; modus ollis parcus, et ignis
Vix tenui longe face ſit ſpectabilis; iſtas,
Alterno redeunt cum bina crepuſcula mundo,
Seu nox aſtrales adolet cum caerula flammas,
Seu matutinus cum ſidera diſiicit ortus,
Conuolui caelo ſummae pater annuit aethrae.
Nec minus arenti cum crine attollitur aeſtus,
Et cum cana comas redit anno bruma rigenti,
Tempora deſignant. Nam ſi ſe gurgite tollunt
Vergiliae, curuas in flaua noualia falces
Exercere dies; ſi condunt aequore flammas,
Tellurem preſſo proſcindere tempus aratro.

Lyra. Eſt Chelys illâ dehinc, tenero qua luſit in aeuo
Mercurius, curua religans teſtudine chordas,
Vt Parnaſſeo munus memorabile Phoebo
Formaret neruis opifex deus. Hanc vbi rurſum
Concentus ſuperi compleuit pulcher Apollo,
Orphea Pangaeo docuit geſtare ſub antro.
Hic nam fila nouem docta in modulamina mouit,
Muſarum ad ſpeciem Muſa ſatus; ille repertor.
Carmina Pleïadum numero deduxerat. At cum
Impia Baſſaridum carpſiſſet dextera vatem,
Et deuota virum tegeret Libethra peremptum,
Intulit

Intulit hanc caelo miſeratus Iuppiter artem
Praeſtantis iuuenis, pecudes qui et flumina vates
Flexerat. At nixi qua ſemet ſidera porro
Suſtollunt, laeuum propter Chelys haec femur adſtat.
Aduolat aſt aliud latus Ales, et ore canoros
Tenditur ad neruos, media eſt Lyra ſede dicata
Cycneo capiti, et curuo contermina ſigno.

Nanque et ſidereis Cycnus ſecat aethera pennis Cycnus.
Donatus caelo, non claro lucidus aſtro;
Sed tamen os flagrans, et guttura longa coruſcans.
Grandibus haud equidem ſtellis, non his tamen atris
Obſcurisue micat; trahit in conuexa volatum
Perfacilem, et dextro late Cepheida dextram
Radens remigio, ſumma ad veſtigia laeuam
Declinatur Equi. Sic magno praepes Olympo
Subuehitur; ſubit occidui ſic marmoris vndas.

Nam poſt Cornipedem flagrant duo ſidera Piſces, Aquarius.
Piſces Bambycii. Caput autem ſubter equinum
Laomedontiadae ſe dextera tendit Ephebi.
Ipſe dehinc longos inſignis Aquarius artus,
Adſtat ad hirſuti caudam pulcher Capricorni.

Capricornus.

Imus vbi auſtrali deſcendit circulus axe
Signifer, inque Notum rutili cadit orbita ſolis,
Hiſpida ſetoſi marcet ſpecies Capricorni.
Hic iam Threicio veniens a cardine Phoebus
Vertit iter, pulſusque Deum, mirabile dictu,
Brumalis redigit; non tum mihi longa phaſelis
Aequora tententur; non tum freta turbida pinu
Quis petat; anguſto decurrit tramite nanque
Parua dies, vaſtoque dehinc deprenſus in alto,
Nequicquam pigrae clamarit ſidera lucis.
Interea totis Notus acer ſaeuiet vndis,
Excitumque ſalum verret Notus. Aurea ſolis
Cum nota cornigeri ſidus pepulit Capricorni,
Tum dirum caelo frigus redit; aſpera nautis
Tunc ſunt fluctiuagis; tamen iſti ſaepe malorum
Immemores agitant totos in fluctibus annos,
Mergorum et focae ſimiles; trahit vnda pauentes,
Ac retrahit; quaerunt oculis diſtantia longe
Littora, et in pontum reagunt lucra ſemper hiantes.

Sagittarius.

Par metus ex pelago tibi ſit quoque, ſole Sagitta
Cum leuis adflatur; cum lux in arundine flagrat
Ignis mundani; cum tela extrema coquuntur;
Cumque Sagittiferi torret vapor aureus Arcus.
Tum quoque ſi piceam ſpectaris ſurgere noctem,
Informem terris tellurem vt veſtiat alis,

Littus

Littus ama, fuge ſolers caerula tegmina noctis,
Exitiumque ſali, rabidique pericula ponti
Anteuehi, iam ſolue memor vaga carbaſa malo,
Iam prolixarum iaceat rigor antennarum.
Menſis at infauſti vel duri ſideris index
Scorpius exoriens ſit tempore noctis adultae.
Hic matutino veniens procul aequore telum
Exigit e pelago, telum trahit vltima cauda.
Cunctatur pigro poſt tergum ſidere iuxta
Arcitenens, tardos et gurgite liberat artus.
Tum Cynoſura et iam maturae in tempore noctis
Altius in Boream ſuſtollitur; abditur autem
Orion redeunte die; tum brachia Cepheus,
Protentasque manus, mediamque immergitur aluum.

Quin norunt aliam ſuperûm conuexa Sagittam; Sagitta.
Sed tamen haec arcu tereti caret, inſcia nerui;
Inſcia nam domini eſt; telum ſuper aduolat ales,
Ales Olor; ſed Threicio conterminus axi
Cana pruinoſas extendit colla ſub Arctos.

Armiger hanc etiam Iouis aduolat, armiger ignis Aquila.
Aetherii, ſed membra minor. Procul hic tamen alto
Cum redit a pelago, et mouet in conuexa volatum,

Fine tenebrarum, ſummaeque in margine noctis,
Spumoſum late mare ſubruit, omnia caeli,
Omnia terrarum mox flabra procacia verrunt.

Delphis. Tum curuus caudam ſubit inter ſidera Del-
phis,
Dux Neptune tui quondam ſuper aequor amoris.
Hic nam detruſae in latebras procul Amphitrites,
Arduus occiduos humeris vbi ſuſtinet axes
Pleiadum genitor, perruperat hic vagus omni
Gurgite dilectam domino maris vltimo ab orbe.
Mollis dorſa tulit. Breue ſigno corpus in aſtris,
Et ſuper hirſutum ponto ſurgit Capricornum.
Hic medios artus teter ſtupet; altera porro
Quattuor illuſtrat facibus rubor aureus, atque
Bis gemino diſcreta ſitu micat ignipotens lux.
Omnia quae Soli et rigido interfuſa Aquiloni,
Aetheris incurui moles rotat, inque frequentes
Occaſus ortusque trahit moderator Olympi,
Sunt digeſta mihi; quae rurſum limite abusque
Seſe Hyperionio, pluuialis concaua in Auſtri
Dimittunt, tetram donec Notus ambiat aethram,
Dicere Romuleo connitor carmine ſolers.

Orion. Subtrahit obliquo qua ſeſe circulus orbe
Signifer a Borea inque auſtrales ſe gerit vmbras:
Sub medii iam mole Poli fera pectora Tauri
Suſcipit Orion, Neque quisquam nocte ſerena
Trans-

Transierit; celſo late ſe cardine pandit,
Auratumque rubens dimittit baltheus enſem.

Talis et ipſe virum gemina ad veſtigia cuſtos Sirius.
Inſequitur. Sic flammigero diſtinguitur aſtro
Aetheriae Canis ille plagae, cui plurimus ardor
Aeſtuat in mento; multus rubor imbuit ora;
Stridit anhelanti face peſtifer; aëra motu
Torret, et immodici terras coquit ignibus aſtri.
Hic varios ardet ſtellis rutilantibus artus;
Sed non eſt ſimilis cunctis vigor; vndique quippe
Aluus coeanea eſt; mento grauis effluit ardor;
Qui formidato ſub nomine Sirius aethram
Vrit. Huic rutilos ſi ſol adflexerit axes,
Quantus corporibus, quantus labor imminet agris!
Marcebunt ſata cuncta diu; nanque indiga ſucci
Si qua iacent, cedunt valido penetrata calori;
Ac decoctorum languebunt germina florum.
Illa autem, interno quae ſunt animata vigore,
Sirius attollit, blandusque illabitur herbas,
Sirius et dulci nutrit tepefacta ſereno.
Hunc hunc flammanti cum primum vibrat ab ortu,
Auribus atque animo capimus procul; altera ſi qua
Stellarum fulgent rutilant, vt quae plurima longo
Bellua fert lateri, neque multa luce coruſcant,
Et deſignandis tantum ſunt addita membris.

Lepus. Paruulus in ſtellis Lepus eſt quoque; nanque vbi magnus
Emicat Orion gemina ad veſtigia ſubter
Vrgetur curſu rutuli Canis; ille per aethram
Effugit inſtantem, premit igneo Sirius ore.
Auritum primis emittit gurges ab vndis;
Ille minax pauidum ſupereditur, et procul idem
Cum Lepus occiduum ſeſe inclinauit in aequor,
More latebrarum repetens freta, Sirius alto
Defluit ab caelo, merſumque per humida quaerit.

Argo. Magnus Iaſoniam cauda Canis extrahit Argo
Puppe refulgentem. Neque enim ſe Theſſala cymba
Solenni in faciem monſtrat more. Extima puppis
Surgunt oceano: velut alto a gurgite nautae
Cum portum tenuere, auidi volitantia raptim
Sipara conuertunt; tergumque in curua remulco
Littora certatim ſubeunt ſimul. Illa marinas
Iam defuncta vias procul imi littoris algas
Pone ſubit, terramque tenens ſecura quieſcit.
Sic Argo rutilam tantum inter ſidera puppin
Ducit et occultat rigido tenus altera malo.
Sponte gubernaclum puppis dimittit in vndas
Celſior, ac merſo deſcendit in aequora clauo.

Cetos. Diſtantem Andromedam prolixi tramite mundi,
Perterret Cetos. Nam Threicii prope flabra Andro-

Andromedam Boreae celſo rotat aethere cardo.
Bellua dira Noto vehitur; trahit Auſter in arcton
Ora inimica ſalo; nam qua ſe laniger alto
Caelo Aries tollit, qua Piſcibus aſtra duobus
Augentur, rutilat ſubter Nereia Piſtrix
Efflua percurrens non multi fluminis aſtra.
Illa memor longae formidinis, illa ſuorum
Inter ſigna tenax, horret ſqualentia monſtri
Terga procul, pauidumque ſuper caput inſerit vndis.

Quin eſt caeruleo Flumen quoque gurgite manans Flumen.
Aſtra inter ſedesque Deum. Pars Aequor id eſſe
Credidit; Auſonii nanque hunc dixere priores
Eridanum, Venetos late qui lapſus in agros
Alpino Adriacos impellit gurgite fluctus.
Hic fuſum caelo quondam Phaethonta ſub vndas
Excepit ſenior, leue cum ſenſere iugales
Aetherii rectoris onus, cumque ignifer axis
Tramite ſub mundi mortales ſpreuit habenas.
Disdata tum late texere incendia terras.
Aſtra vorax ignis, flammae ſola cuncta coquebant;
Donec fata ſui miſeratus Iuppiter orbis
Redderet aetherii Phoebo moderamina curſus.
Illum prolixis durae Phaetontides vlnis
Planxerunt; rediit ſupero pax aurea mundo;

Eridanumque ſenem nutu Iouis omniparentis
Aſtra receperunt. Pharia pars altera Nilum
Commemorat, largo ſegetes quod nutriat amni,
Arentisque locos vnda foecundet alumna;
Vel quod de medii prolapſus parte diei
Vaſtus in aequoreas pelagi ſeſe inferat vndas.
Iſte pedem laeuum rutili ſubit Orionis,
Fuſaque quae geminos adſtringunt vincula Piſces,
Eridani coeunt anfractibus; hic procul ille
Tenditur effuſi vi gurgitis; hic quoque criſtae
Cedit apex, ſumma qua lux Piſtrice coruſcat
Deſuper, et flamma caudarum cingula figit.

Piſcis Maior. Inter demiſſum procul in vada caerula clavum
Puppis Iaſoniae depictaque terga carinae,
Et Piſtrim vndicolam, Leporis qua tenditur aluus,
Stellarum creber rutilat rubor. Haud tamen iſtis
Vel lux multa micat, vel fit memorabile nomen.
Nulla etenim forma flammarum Iuppiter ignes
Diſcreuit, nullos ſimulant hae corporis artus.
Qualia digeſto mundus ſacer ordine voluit
Semper in antiquum retrahens iter omnia ſecum
Seclorum ſerie longa, iſtas denique ſignant
Interualla faces; ſimilis quoque lux habet omneis,
Par modus; occaſu pariter referuntur et ortu;
Ne ſpectanda forent ponto quod ſola carerent.

Caetera

Caetera deſcriptis aptantur ſingula membris
Formarum; flagrans Leporem qua Sirius vrget,
Languida, nec certo ſub nomine cuncta feruntur.
Vltra ſetoſi rurſum ſpeciem Capricorni,
Cardinis immerſi qua ſunt auſtralia flabra,
In Piſtrim horrificam conuerſus viſcera piſcis
Subuehitur. Notium vocat iſtum Graecia piſcem.
Stellae aliae mundo, qua pulcher Aquarius inſtat,
Et qua criſtato conſurgit bellua dorſo,
Vsque ſub aërii rutilantia ſidera Piſcis,
Sunt mediae flammae, ſteriles, ac lucis egenae.
Nam paſſim ignoti vice vulgi ſemet in aethram
Protollunt; dextram ſed tantum propter Ephebi,
Pocula quem Diuûm menſis geſtare loquuntur,
Efflua ſe ſpecies liquidarum fundit aquarum
Partes in geminas. Lux illic clara duabus
Eſt ſolum facibus; non hae ſpacioſa per aethram
Interualla tenent, neque lumen lumine forte
Collidunt; vni Phrygium nam ſubter Ephebum
Ardet apex; alii, qua curuam bellua caudam
Terminat inſignis, lato vomitur globus igni.
Cunctis nomen Aqua eſt. Stella quoque denique propter
Ora Sagittigeri, qua ſe veſtigia prima
Cornipedis ſimulant, circumuoluuntur Olympo,
Queis face ſub tenui tenebroſus marceat ignis.

Ecce

Ara. Ecce venenatae qua Scorpius agmine caudae
Plurimus erigitur, tepidumque ſupermicat Auſtrum,
Paruulus hic Aram locus exprimit. Hanc ſatis arcto
Tempore ſuſpicies mundo rutilante referri.
Nam polus aduerſo qua tollitur axe Bootes,
Quantum ſuſpenſo vada linquit turbida caelo
Oceani, tantum in ſibimet contraria tendit.
Arcturum vertex leuat arduus, imbriſer Auſtri
Aram cardo premit; breuis olli ſemita caeli,
Occaſusque celer; tamen iſto luciparens nox
Fata hominum miſerata prius, miſerata labores,
Certa procellarum ſtatuit producere ſigna,
Ne tibi, cum denſo conducitur aëre caelum,
Inter nimbiferas nubes ſpectabilis extet
Ara poli, longa vt glomerent circumque ſuprague
Foeta pruinarum ſe vellera, qualia triſti
Coguntur vento, terraque excita per aethram
Nubila conceptos effundunt deſuper imbres.
Non Arae, non ſit tali ſub tempore vertex
Clarior; hoc nam ſaepe Notum praenoſcere ſigno
Nox docuit; noctis ſiquis praecepta ſequatur,
Incaſſum zephyri voluunt mare; ſi quis at iſta
Reſpuat, incautas percellent flabra carinas.
Vix, ſi ſera Iouem ſubeat miſeratio rerum,
Pigra ſalus nautis redeat fluitantibus alto.

Certior

Certior aſt ollis veniet ſpes, axe ſupremo
Si Boreae ſtringat rutili coma fulguris auras.
His ſignis Auſtri raptabunt flabra fluentum,
Donec de Boreae rutilum iubar emicet axe.
At ſi Centaurum medio ſub tramite caeli
Videris, vt fluctu tantum diſcedat Eoo,
Quantum adit occaſum, ſit tectus deſuper autem
Nube humerum, et caelo ſint omnia ſigna priora,
Eurus erit, verret ſalſi vada gurgitis Eurus.

Contemplator etiam geminae rutilantia formae — Centaurus
Viſcera, quae ſignis ſubtexit membra duobus.
Nam qua parte hominem quadrupes ſuſtollit equino
Ventre ſuperſtantem, verſatur Scorpius ingens;
At qua cornipedem media vir fundit ab aluo,
Curua venenati ſe tendunt brachia ſigni.
Ille autem dextram protendere viſus ad Aram
Caelicolum, iuſtae perſoluit munera vitae,
Agreſtemque manu praedam gerit. Hic vbi celſo
Pelion adſurgit dorſo, nemoroſaque late
Inſerit aeriis iuga nubibus, arbiter aequi
Degerat Alcidae legum poſt bella magiſter.

Deſuper ingenti ſeſe agmine porrigit Hydra, — Hydra.
Quae prolata ſalo longe latus explicat aethra,
In Cancrum protenta caput, caudamque feroci
Centauro inclinat, tranſit ſpacioſa Leonis

Viſce-

Viſcera, et ingenti ſub Virgine ſumma quieſcit.
Quinetiam ſpirare putes, ſic agmina caelo
Lubrica conuoluit, ſic ſpiras pendula torquet,
Sic et flammigero linguam iacit ore triſulcam.
Spirarum medio geſtat Cratera coruſcum,
Vltima caeruleum ſuſtentant agmina Coruum,
Ales vt intento fodiat vaga viſcera roſtro.

Procyon. Vltimus eſt Procyon Geminorum ſubditus aſtro,
Ore micans rutilo, trina face viſcera lucens.
Iſta volutatos cernuntur cuncta per annos;
Haec vehit Oceanus pater omnia, merſaque rurſus
Hauriet Oceanus; trahit ingens machina caeli
Cuncta ſuper. Pingunt rutilam ſua ſidera noctem.

Planetae. Quinque itidem ſtellae, ſimilis quibus haud ſit imago,
Nec quas formarum ductus notet adfixarum,
Per biſſena poli volitant rutilantia ſigna.
Nullus eas aliquo pacto deprendere certet:
Tam vaga per totam cunctis via defluit aethram,
Semper et aduerſo referuntur tramite mundi.
Mundus ab Eoo trahitur reparabilis alto,
Pronus Atlantei procul in vada caerula ponti.
Illae in ſubiecti cogunt iter aetheris orbem,
Nitentes in ſumma poli, motuque feruntur
Aduerſo Solis radiis: ceu cum vada cymbam

Prona

Prona vehunt, ſi quis prora nitatur ab alta
In puppim proferre pedem, via carpitur olli
Curſibus inceptis contraria. Vis tamen iſtis
Obuia labentis ſemper ſuſtollitur aethrae,
Vnicaque in Solis adolent incendia flammis.
Longa volutandis tamen ollis tempora currunt,
Pigraque ſe referunt, ſedes ſortita priores,
Omnia. Non illas animis audacibus ergo,
Carmine non caeco tentabimus. Hoc ſatis vnum
Muſa mihi, ſatis hoc longi labor egerit aeui,
Si defixarum curſus et ſigna retexam.

Quattuor aerios Zonae cinxere meatus; Circuli.
Quattuor has curſus et tempora noſſe volentem
Scire ſat eſt. Quin ſigna etiam ſunt quattuor iſtis
Plurima, quae zonis haerentia conuoluuntur.
Ipſae inconcuſſa retinentur ſede per annos,
Mutuaque implexae ſibimet conſortia mordent:
At modus in binis protenditur. Aurea pepli
Sidera nocturni ſi ſuſpectare libebit;
Nec ſcindunt medium Phoebeia lumina menſem,
Langueat vt ſtellis ſpecies hebes, omnia caeli
Illuſtrante Dea ac flammas ſuperante minores;
Orbe ſed haud pleno ſinit igni feruere acuto
Sidera, candentis ſpeciem ſuper inſpice Lactis
Protendi caelo; color olli nomen ab ortu
Primigeno ſtatuit; ſic Zonam Graecia ſolers

Con-

Concelebrat, noſtro ſic Baltheus ore vocatur.
Non iſti forma ſimilis, ſimilisue colore
Circulus eſt alius; modus et menſura duobus
Eſt compar ſolis; alios duo parcior arctat
Linea, nec multa trahit iſtos ambitus aethra.
Horum alius duri qua ſoluunt flabra Aquilones,
Et qua praecipitant borealia flamina ſeſe,
Axe Lycaonio iacet obuius. Hîc Geminorum
Sunt capita; hîc genua Aurigae defixa quieſcunt.
Circulus hic idem retinet pede Perſea laeuo,
Atque ſiniſtro humero cubito tenus; hic quoque dextram
Suſtinet Andromedae, manus extima deſuper acri
Subrigitur Boreae, cubito inclinatur in Auſtrum
Moerens Andromeda; hîc celeris veſtigia ſumma
Perſtringuntur Equi, perſtringitur Ales ab ipſo
Verticis extremo; ſecat hic humeros Ophiuchi
Circulus, et ſecum flagrantia dorſa reuoluit.
Erigone tepidum ſeſe ſummittit in Auſtrum,
Virgineusque pudens Zonae ſuperimminet artus.
Sed Leo, ſed Cancer Borealis tramite caeli
Viſcera protendunt, ac circulus ima calentis
Pectora perque aluum procul in poſtrema Leonis
Succedit: ſecat aſt alius per viſcera plana,
Et medio ſubter caua tegmina diuidit orbem,
Lumina recludens altrinſecus. Orbita porro

Iſta

Iſta poli partes ſi diſcernatur in octo,
Quinque ſuperuoluit ſe partibus; at tribus alti
Intrat ſtagna ſali; ſol iſtinc flammiger aethram
Iam relegit, pulſusque deus ſemel ordine facto
Flectitur aeſtiuo, neque celſum ſemita in axem
Sideris erigitur, via rurſum nota iugales
Suſcipit, inque Notum rutili redit orbita ſolis.
Circulus iſte quidem Cancro tenus adiacet axe
Semper in occiduo. Procul alter cardine in Auſtri
Diuidit imbriferi corpus medium Capricorni,
Idaeique pedes pueri, poſtremaque caudae
Caeruleae Piſtris; breuis hîc Lepus; hîc Canis artus
Conditur extremus; hîc Theſſala cernitur Argo;
Hîc Centaureae fera molis terga ſecantur;
Iſte venenatae diſiecta volumina caudae
Amputat; hîc arcu protenditur ampla Sagitta.
Vltimus hîc Phoebo locus eſt, vbi lapſus in Auſtrum
Pellitur, albenti cum canent tempora bruma:
Sideris hic meta procul iſtuc caelite curſu,
Axe ſereniferi deſcendit Sol Aquilonis.
Partibus iſte tribus tantum ſe circulus effert;
Quinque latet, creperi ſuccedens ſtagna proſundi.
Inter vtrumque dehinc quantus iacet ambitus illi
Zonarum, in cani ſpeciem quae lactis in aethra

Cernitur ingenti ſe tramite linea tendens
Diuidit ima Noti, diſcernit et alta Aquilonis.
Hîc luci modus et tenebris ſub lege magiſtra
Penſatur; nox aequa diem ſubit aemula; Phoebus
Lumina ſubſtituit paribusque reuoluitur horis,
Vel cum ſumma aeſtas coquit agri viſcera hiantis,
Vel cum floricomo iam tellus vere mouetur.
Aſt iſti celſae qua tramite panditur aethrae
Indicium eſt Aries; hunc totum linea quippe
Suſtinet; hîc Tauri curuantur crura minaçis;
Et rutilat ſtellis hîc baltheus Orionis.
Spira Anguis leuis hîc, Craterque; tenacia Corui
Ora inhiant; hîc ſunt flexarum denique flammae
Chelarum; genua hîc rigidi vibrant Ophiuchi.
Nec Iouis armigero caret Alite; nanque per ipſum
Fulua Aquila eſt caput; hîc Equus eminet, hîcque comanti
Ceruice erigitur clarae dator Hippocrenes.
Treis omnes recto contentos tramite caeli,
Diſtantesque pari ſpacio ſibi transigit axis,
Omnibus et mediis vt circunfunditur idem.
Deſuper obliqua eſt aliis via Quartus at iſte
Stringitur arctatus Zonarum mole duarum,
Quas ab diuerſa mundi regione locatas
Cire repercuſſi momentum diximus aſtri.
Hunc alius medium medius ſecat. Haud Dea Pallas,

Vel

Vel licet haec cunctos praecellat acumine Diuos,
Compingat parili ſic lubrica plauſtra meatu,
Implicet vt ſpaciis ſibimet diſtantibus orbes,
Qualia deuexo nectuntur ab ordine cuncta,
Vrgenturque viam ſimilem noctesque diesque
Lucis ab exortu procul in vada Calpetana.
Nanque Tithoneo cum ſunt elata profundo,
Rurſus in occiduos merguntur ſingula fluctus
Ordine partito. Similis naſcentibus ortus.
Scandendi lex vna mouet. Par denique lapſus
Omnibus, et ſimili conduntur ſidera caſu.
Ille autem oceani tantum deſcendit in aequor,
Quantum ab caeruleo diſtat Cancro Capricornus;
Et quam multus item eſt, vbi gurgite protulit ortum,
Tantus in aduerſas itidem eſt cum labitur vndas
Signifer. In ſpacium, quantum deducitur orae
Ambitus extremae, puncti vice terra locanda eſt;
Vnde acies oculis cum tenditur, haec quoque puncti
Sedem habet. Hoc ſigno procurrit miſſa per auras
Signiferi in ſummum, medio de tramite ſi quis
Dirigat obtutus agiles procul, hosque locorum
Defeſſos longo ſpacio tener amputet aër,
Id, quod contenti viſus abſcinditur, vltro,
Si qui in ſigniferi patulum circunferat orbem,

Sex olli partes magnae dabit ambitus orae.
Aſt hae dimenſa ſpacii ſic lege locantur,
Binaque deciſis includunt partibus aſtra.
Olli Cancer ineſt, Leo flammifer, Attica Virgo;
Brachia ſunt itidem Chelarum, et Scorpius ipſe;
Arcitenens; ſetoſa dehinc ſpecies Capricorni
Voluitur; auratam protendit Aquarius vrnam.
Tum duo ſunt Piſces, Aries, Taurus, Geminique.
His ſe biſſenis ſol admouet, hisque recurrens
Omnibus abſoluit totos reparabilis annos.
Quem cum ſigniferi graditur ſol aureus orbem,
Singula frugiparos attollunt tempora vultus.
Illius oceano quantum ſubmergitur alto,
Tantum telluris ſupereminet. Omnibus iſte
Noctibus illabens pelago ſex inſerit aſtra,
Sex reparat. Tanto nox humida tempore ſemper
Tenditur, extulerit quantum ſe circulus vndis.
At ſi ſcire velis, mora lucem quanta retentet,
Et quanto nox atra ſibi trahat ocia lapſu,
Quae procul oceano conſurgunt ſigna notato;
Horum ſemper enim comes eſt Titanius vni.
Horum prima oculis memor incunabula quaere;
Luminis ipſa vagi captans venatibus ipſa;
Ipſa notans mundo. Quae ſi ſe nubibus abdent,
Aut

Aut ſi non ſurgent, vt tellus ſaepe tumeſcit,
Occultata iugo praetentaque rupe latebunt,
Prompta via eſt, aliis venientum tempora ſignis
Noſcere. Nanque ipſo deprenderis indice cuncta
Oceano, magnam qui circumplectitur vndis
Tellurem, curuet celando vt littora mundo,
Latius atque ſinu patuli ſalis hauriat aſtra,
Iſtius indicium praebebunt cornua ſemper,
Vel matutino qua perſtrepit aëre fluctus,
Acer Atlantei vel qua furit aequoris aeſtus.
Nam non obſcurae, cum Cancer commouet ortum,
Oceano ſtellae circunuoluentur vtroque
In freta labentes, aut quae ſe rurſus eoi
Parte ferunt mundi. Minoae clara Coronae
Serta cadent; Auſtri tergo cadet incola Piſcis.
Hunc medium pendere tamen, mediumque ſub vndas
Cedere per ſpinam rutila labente Corona
Semper ſuſpicies; at tergi plurima verſum
Ventre tenus ſummo ſupera inter ſidera cernes;
Os et colla dehinc et pectora vaſta per aequor
Merſantur; premit ab genibus celſos Ophiuchum
Vsque humeros Cancer; Cancer premit ortus et Anguem,
Agmine qua vaſto fluitat caput, aſpera ceruix
Qua tumet, et ſpiris qua turgent pectora primis.
Parte nec Arcturus diſtabit multus vtraque;

Iam minor in ſuperis, iam viſcera plurimus alto
Conditur; hunc etenim conſortem quattuor aſtris
Oceanus recipit. Satur hic vix luminis almi
Cedit, et incipiens tandem conuexa relinquit.
Tum iam plus mediis nox inclinabitur horis,
Cum labente die Phoebo comes ibit in vndas.
Iſta quidem vaſti conduntur gurgitis alto:
Contra autem illius concedit ſideris ortu
Orion rutilans ardentia cingula late,
Et flagrans humeros, et ſplendens enſe coruſco,
Eridanumque trahens alio ſe littore promit.
Adueniente dehinc villoſo colla Leone,
Omnia, quae Cancro ſeſe emergente per aethram
Extulerant, abeunt. Quin et Iouis Ales in vndas
Conditur, et totis raptim petit aequora pennis.
Sed Nixus genibus replicato in ſe ipſe reſidens
Poplite iam ſuperi celatur corporis artus.
Non tamen iſte genu, non laeuam gurgite plantam
Occulitur, non oceanus vorat omnia ſigni.
Proſerit Hydra caput, claro Lepus exilit ortu,
Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis.
Erigone ſalſis cum vultum exegerit vndis,
Aëris vt patuli iam conſcia permeet aethram,
Aſtrorum numeroſa premit. Nam Virgine eoo
Conſurgente freto, cedit Lyra Cyllenaea,
Cedit Delphinus pelago, ceditque Sagitta,
Primaque pennarum pars canum condit Olorem;

Vix

Vix iam cauda ſalum ſuperat; vix lumine parco
Eminet Eridanus, ponti procul efflua tingit.
Celatur Sonipes caput impiger, ardua ceruix
Tethyos ima petit ſalſae, iuba tota madeſcit.
Hydra ſuperpoſitum procul in Cratera mouetur
Parte alia, et liber veſtigia Sirius ardet
Vltima, caeruleo producens aequore puppim.
Illa micat, maloque tenus ſeſe exerit Argo,
Cum iam virgineos aether vehit altior artus.
Nec cum flagratas emittunt marmora Chelas,
Sideris expertes et clara luce carentes,
Non eſt nota dies, aut eſt ignobilis ortus.
Nanque his indicium proprio fert ore Bootes
Plurimus exoriens, Arcturumque eminus alto
Cardine ſuccedit. Iam celſo Theſſala puppis
Aethere ſubuehitur; iam mundo funditur Hydra
Longior, extremaeque polum ſubit indiga cau-
dae,
Curua Chii caelo cum ſurgunt brachia ſigni.
Inſpice ceu dextra referatur ab aequore planta,
Inque Genu tantum nixus pede proferat ortum.
Iſte Lyrae rutilat conterminus, atque ſub vndis
Hic tenebris petit occidui vaga caerula ponti,
Et mox oceano reparatur clarus eoo.
Cum Chelis igitur pede tantum promitur vno.
Ipſe dehinc verſus procul in caput, vltima monſtri
Terga manet; manet Arcitenens, dum ſpicula
caelo

Exerat, et ſupera vibret bellator in aethra.
Hoc ſidus reuehunt Chelae, crus Scorpius ipſe,
Caetera cum medio, laeuam, et caput, oraque ſurſum
Arcus agit. Tribus hic tandem remorantia membra
Partibus erigitur; tria totum denique ſigna
Abſoluunt pelago. Mediae tum ſerta Coronae,
Et quae Centauro diffunditur extima cauda,
Prima venenati cum repunt brachia monſtri,
Surgunt oceano iam gurgite, et vltima Cycni.
Et caput acris Equi premit aequora. Iam procul iſta
Marmoris occidui penitus petiere profundum,
Hauſta ſalo. Caput Andromedae freta vaſta receptant;
Ac formidatam deuexi cardine mundi
Fluctigeni ſpeciem monſtri ſuperinuehit Auſter.
Sed Boreae de parte trucis velut aggere ab alto
Proſpiciens ſuperi ſubiectus verticis axe,
Intentusque procul ſpecie, vaga brachia Cepheus
Exerit, et ſaeuam pelagi monet adfore peſtem.
Illa tamen verſa in fluuium poſtrema profundum
Tingitur ab ſpina capiti quae proxima ſummo eſt,
Vndisque ſuccedens Cepheus et verticem et vlnas
Merſatur patulus. Quin et cum Scorpius acer
Naſcitur oceano, quicquid per ſidera aquarum
Ad ſpeciem Eridanus pater expuit, abditur alta Tethye,

Tethye, et occidui tegitur Padus aequore ponti.
Scorpius ingentem perterritat Oriona
Proſerpens pelago. Vetus, o Latonia virgo,
Fabula, nec noſtro ſtruimus mendacia verſu
Prima; neque obduri compage germinis aetas
Prima dedit populis. Caecus mos mentis acerbae,
Immodicusque furor ſceleris penetrauerat oeſtro
Impia corda viri; tabuerunt dira medullis
Protinus in mediis incendia; plurimus ardor
Pectore flagrauit. Tenet improbus ille, procaxque,
Te, Dea, Te dura valuit contingere dextra?
Cum ſacrata Chii nemora, et frondentia late
Brachia lucorum, cum ſiluae colla comasque
Deuotae Tibimet manus impia demolita eſt,
Audax vt facinus donum foret OEnopioni:
Digna ſed immodico merces ſtetit illicet auſu.
Nam Dea nubiferi perrumpens viſcera montis,
Dirum antris animal ſaeuos vomit hoſtis in artus.
Ergo vt falcatis monſtrum petit Oriona
Morſibus, et totas in membra ferocia chelas
Intulit, ille male mali poenas luit. Iſta furori
Praemia debentur; ſunt haec contermina laeſis
Semper Numinibus. Metus hic, metus acer in aſtro
Permanet, et primo cum Scorpius editur ortu,
Orion trepido terrae petit extima curſu.

Nec minus Andromedae quicquid volitabat in aethra;
Et ſi quid Piſtris reliquum conuexa vehebant,
Hoc oriente ruunt. Omnes procul in vada terror
Ingerit, et cunctos pauor vnus in aequora cogit.
Cepheus ipſe caput diſtentaque brachia vaſto
Induitur ponto; tellurem cingula radunt
Extima, et oceano merſantur pectora rauco
Sola ſenis; reliquum polus aſt a littore verſat
Semper in occiduum. Genitrix quoque Caſſiepeia
Sidera praecipitis ſequitur labentia natae,
Deformemque trahit procul in vada caeca ruinam,
Prona caput, ſolaque, et ſolio veſtigia ab alto
Suſtollit miſeranda ſuper; quatit ira furorque
Doridos et Panopes poſt fata nouiſſima matrem;
Ac memor has poenas dolor exigit. Omnia fluctus
Haec ſimul occiduos ſubeunt. Tamen altera mundus
Sufficit, inque vicem lapſorum multa reportat.
Tempore nanque iſto reliquae ſe ſerta Coronae
Expediunt pelago; poſtremique agminis Hydra
Erigitur caudam; caput et turgentia membra
Centauro exuperant; manus effert dextera praedam
Siluarum; nam prima ferae veſtigia in ollis
Arcum ſera manent; Arcu redeunte per aethram
Protolli incipiunt; reliquum Serpentis et artus
Angui-

Anguitenentis item fert primis fluctibus Arcus.
Amborum capita, et palmas geminas Ophiuchi,
Ac primam rutili ſpiram Serpentis eoo
Scorpius oceano ſurgens agit. At pede Nixi,
Quem procul auerſum ſemper ſalis altera mittunt,
Tunc artus medii, tunc pectora vaſta humerusque,
Dexteraque vlnarum ſpumoſi gurgitis aeſtu
Procedunt. Pariter caput et manus altera porro,
Tota ſagittiferi cum vibrant aſtra, feruntur.
Mercurialis item Lyra voluitur; altaque Cepheus
Cardine ſuſtollens veſtigia gurgite nondum
Pectora liber agit, ſed pectora merſus in vndas,
Plauſtra Lycaoniae pulſat pede deſuper Vrſae.
Tempore non alio magni Canis ignea cedunt
Sidera; protentum freta iam procul Oriona
Hauſerunt pelago; toto Lepus occidit aſtro;
Tum quoque et oceano fugientem Sirius vrget.
Sed non Aurigam, cum gurgitis ille profundi
Ima petit pedibus, Capra mox Hoediue ſequuntur;
Iſta polo rutilant, illum vada liuida condunt;
Haec membris diſcreta aliis, extantiaque alte
Laeuum humerum et ſummae ſeſe attollentia palmae
Cernuntur, donec labenti congrada ſoli,
Sidere deuexo freta late caerula turbent.

Nan-

Nanque manum Aurigae reliquam, celſumque coruſci
Verticis, et dorſo quae ſpina attollitur alto,
Deprimit hirſuti ſidus ſurgens Capricorni.
Membra Sagittigero cedunt poſtrema reuecto.
Iam non alatus remoratur ſidera Perſeus
Aeris in ſpaciis; neque clauum vendicat Argo
Alluuione ſali; Perſeus pede denique dextro,
Atque genu liber, merſatur caetera ponto.
Argo quod curuis puppim ſuperattrahit oris,
Tingitur, et duro tingit vada caerula dorſo.
Ipſa dehinc manet exortum Cilicis Capricorni;
Totaque tum pelago caelo deſcendit ab alto;
Aequora tum Procyon, greſſum ſectatus herilem,
Intrat, et oceano permutat celſa profundo.
Haec habet occidui plaga gurgitis; iſta ſonoro
Supprimit vnda ſalo. Rurſum procul erigit aethra
Cycnum, Aquilamque Iouis. Surgunt flammata Sagittae
Sidera, perque Notum rutila cum Numinis Ara
Delphinum patulas promit Capricornus in auras,
Sed matutino cum ſurgit Aquarius orbe,
Os Equus atque pedes nouus exerit. Ecce cadentis
Parte poli trahit occiduum nox atra ſub aequor
Centaurum cauda; ſed non caput, aut humerorum
Vaſta ſimul recipit. Perſiſtit pectore celſo
Cor-

Cornipedis ſpecies, et caelum vertice fulcit.
Ora dehinc Serpens et prima volumina tantum
Conditur. Ingentis late tamen agmina caudae
Pone trahit. Subit iſta ſalum; ſubit aequora rurſum,
Integer oceani cum ſe Centaurus in vndas
Iecerit, atque nouo vibrarint ſidere Piſces.
His in ſumma poli ſurgentibus, ille per Auſtrum
Piſcis item, plantâ quem pulcher Aquarius vrget,
Redditur; haud toto tamen hic ſe corpore promit;
Sed manet alterius venientis tempora ſigni;
Parte latet, partem ſupera in conuexa ſonoris
Fluctibus abſoluit pelagi; ſic brachia moeſtae
Andromedae, ſic crura dehinc humerique nitentes
Paulatim recauo redeunt maris, aurea caelo
Poſtquam adolent Piſces incendia, denique Piſces
Cum rutilant, mundo dextram haec attollitur vlnam,
Laeuaque virginei rurſum ſe corporis edunt.
Phrixei et poſtquam pecoris proruperit ortus,
Auſtralem hic Aries Aram procul admouet vndis
Gurgitis occidui. Qua lux redit, excitat idem
Perſea proceri ſuſtollere verticis aſtra,
Et claros fulgere humeros. At caetera nondum
Sunt exempta ſalo, quin totum hoc inuida veri
Natura ambigua rerum ratione reliquit:

Exti-

Extimus an reliquos Aries produceret artus
Perſeos, an Tauro freta pelleret adſurgente.
Hoc vna caelum ſubit integer; haud ſuper vlla
Viſcera, naſcentis neque Tauri deſerit aſtra.
Quippe huius flammis Aurigae ſidus inhaeret;
Nec tamen hunc totum ſuſtollit Taurus in aethram.
Aurigam ſalſis euoluunt fluctibus omnem
Surgentes Gemini. Tauro Capra, plantaque laeua,
Atque Hoedi euadunt. Tum primum rurſus ab vndis
Cetoſa in ſuperum referuntur viſcera caelum.
Nam caudae et criſtae rigor arduus aëra celſum
Tunc repetunt; diri cum ſidera gurgite monſtri
Voluit praecipitis teres inclinatio mundi,
Eminus ingentem condit pars prima Bootem.
Quattuor hic etenim ſignis ſurgentibus altum
Vix penetrat pelagus, neque ſumma totus ab aethra
Labitur Arcturus, manus olli quippe ſiniſtra
Iuge manet, celſisque ſuper ſubducitur Vrſis.
At cum iam pedibus repetit fluctus Ophiuchus,
Vt genua oceanus vaſto procul aequore condat,
Signum erit eoa Geminos procedere parte.
Nec lateri Piſtrix cuiquam vicina videtur,
Sed iam tota ſuper ſuſtollitur: expuit atram

Iam

Iam pelagus ſpeciem, nec adhuc membra extima ſorbet.
Quid ni naſcentis ſuſpectat nauita ponto
Agmina prima Padi caelo tum ferueré aperto?
Vicinasque faces rutili manet Orionis,
Curricula vt ſolers vero mox indice diſcat
Certa tenebrarum, poſſitque fideliter aſtro
Explicare Notis et tuto carbaſa ponto?
Credo, ni deſit magnorum congrua cura,
Prompta via eſt ipſo cognoſcere talia ſemper
Praeceptore Ioue, et caelo tibi ſigna magiſtro
Omnia ducentur: monet alta Iuppiter aethra
Singula nos; facilis veram dedit arbiter artem,
Ne tempeſtatum primordia caeca laterent.

PROGNOSTICA.

Nonne vides, primum cum Phoebe in cornua surgit
Tenuia, et angusto lumen iacit ore per aethram,
Decèdente die, pronoque ab tramite solis,
Promat vt ingressi solers tibi tempora mensis?
Nanque facem quarti sibimet profitebitur ignis,
Corpora cum primo perfundens lumine nostra,
In subiecta soli tenuem porrexerit vmbram.
Ast orbis medii si cedat Cynthia forma,
Octauos ortus, octauaque plaustra docebit.
Denique cum toto Dea iam surrexerit ore,
Integer vt magni resplendeat ambitus orbis,
Effluxisse sibi medii iam tempora mensis,
Monstrabit caelo. Pleni cum rursus egena
Oris eat, tanto procedens lumine formae,
Inserit aëriis quantum Dea nubibus ignem,
Esse senescentis sibimet dispendia mensis,
Illa docet, quibus in rutili confinia fratris
Tertia vix mundo supereſt via. Cum minus autem
Vmbrarum excludit, sunt tales quattuor ortus
Marcentis Lunae, quales sub mense renato
Quattuor exurgunt languentis luminis vmbrae.

Atque

Atque his octonas includunt ordine luces.
Interiectorum numerum quoque noſſe dierum,
Prompta via eſt; proprio ſemper Dea proditur ore,
Scandat quanta polum, quoties temone iugales
Strinxerit, et quanto iam tramite liquerit vndas.
At decedentis poſtrema crepuſcula noctis,
Bis ſex ſigna tibi quae verſat Signifer orbis
Monſtrabunt; curſu nam Phoebus ſingula mutat
Semper, et alterno ſuccedit in omnia lapſu
Conficiens iter aetherium. Nunc igneus iſtud
Aſtrum adolet flammis; alii non aurea Titan
Lumina miſcetur, vel cum deuexus in vndas
Labitur, et rebus formam abſumpſere tenebrae;
Vel matutino redit incunabula linquens
Cum pelago, et rebus ſuffudit luce colores.
Sic diuerſa diem comitantur ſidera ſemper.
Non ego nunc longo redeuntia ſidera motu
In priſcas memorem ſedes; habet iſta priorum
Pagina, et incerta rerum ratione feruntur.
Nam qui Solem hiberna nouem putat aethere volui,
Vt Lunae ſpacium redeat, vetus Harpalus, ipſam
Ocyus in ſedes momentaque priſca reducit.
Illius ad numeros prolixa decennia rurſum
Adieciſſe Meton Cecropia dicitur arte;
Inſeditque animis, tenuit rem Graecia ſolers,
Protinus, et longos inuentum miſit in annos.

Sed primaeua Meton exordia ſumpſit ab anno,
Torreret rutilo cum Phoebus ſidere Cancrum,
Cingula cum veheret pelagus procul Orionis,
Et cum caeruleo flagraret Sirius aſtro.
Hoc ex fonte velut deduxit tempora Lunae
Nauita, quo longum facili rate curreret aequor,
Aequora ruris amans telluri farra parenti
Crederet; ingenti petat haec indagine ſemper
Seu qui vela ſalo, ſeu qui dat ſemina terrae.
Nec mora diſcendi, breuis hic labor, et breue tempus
Poſcitur; innumeros habet autem induſtria fructus.
Vtilitas te certa manet, praenoſcere motus
Si libet aerios, et tempeſtatibus ipſis
Edere principium. Te primum ſponte procellis
Arcebis rabidis; Te rurſum principe fluctus
Vitabunt alii, ſi certis ſingula ſignis
Tempora diſcernas. Nam mundi cardine verſo,
Vt ſtata rauciſoni redit indignatio ponti.
Saepe etenim quanquam tranquillae noctis amictu
Mitia protenti requieſcant terga profundi,
Doctus ſecuram ſubducit ab aequore claſſem
Nauita, et Actaea retinet ſtatione phaſelum,
Cum matutinae praeſenſit ſigna procellae.
Nanque alias caelo cum tertia lumina Phoebus
Exerit, ille ſali furit implacabilis horror,
Adſore quem pelago comitem ſibi dixerat aſtrum.

Crebro

Crebro quinta dehinc lux commouet Amphitriten;
Saepe inopina mali clades ruit. Omnia certis
Indiciis tibi Luna dabit, ſeu lucis vtrinque
Caeſa facem, ſeu cum teretem concreſcit in orbem.
Sol quoque venturas aperit tibi ſaepe procellas,
Sidera producens, et cum ſale ſidera condit.

Nec minus ex aliis aderit cognoſcere motus
Aequoris, et magnos coeli callere tumultus,
Quos det certa dies, qui longi tempore menſis,
Aſtrorumque vice et mundi ratione trahantur.
Aeris immadidum quiddam tellure creatum
Spiramenta vomunt, vis hoc cum fundit in auras
Venarum, occulte patulo praetexitur agro
Inſubiectum oculis, terramque ſupernatat omnem,
Multaque materia eſt, quam cum calor ignicomantum
Hauſit ſtellarum, ſuperas ſubducit in auras,
Et concreta diu compingit nubila mundo.
Si minor haec madidi ſubſtantia ceſpite ab imo
Subrigitur, tenues nebulae caligine fuſa
Tenduntur caelo. Vis autem ficcior olli
Cum fuit, in celeres diſſoluitur vndique ventos,
Vicinumque ſibi flabris dominantibus vltro
Aera propellit. Si maior protinus humor

Conſurrexit humo, pluuias quoque nubila fundunt,
Et pluuiis late calor eſt pater. Hic ſuper imbres
Exprimit; eductum feruoris at obiice Mundus
Reſpuit humorem. Si moles magna vtriusque
Occurſet ſibimet velut obuia cominus agris
Compulſu aerio fragor intonat, amplaque late
Murmura diſcurrunt pariter crepitantibus auris.
Hic inflictus item, diuerſorumque per aethre
Saepe ſuperna furor illiſos fulguris ignes
Excludit, rutilis totamque volantibus aethram
Praeſtringit flammis, et caelum ſulfure odorat.
Omnibus his genitrix tellus, et ceſpite ab imo
Ducuntur ſuperi motus; ipſa ignea mundi
Lumina, flammigero Phoebus temone coruſcans,
Et quae noctiuagos attollit Luna iugales,
His peperere malis exordia. Nanque deorſum
Mouit humum cum forte calor, laxata repente
Spiramenta ſoli venas procul, altaque pandunt
Viſcera telluris; bibit imum terra colorem
Deſuper, et madidum tepefactus ceſpes anhelat.
Aeris hos motus, rabiemque volubilis vndae,
Flabra procellarum, mundani tramitis iras,
Praeſentire decet. Cape ſolers ſingula mente,
Praeceptisque virûm ſitientia pectora pande.
Cynthia cum primum coelo noua cornua promit,

Cau-

Cautus vtrinque Deam circunſpice; nanque re-
vectae
Nequaquam ſemper ſimilis lux imbuit ortum;
Sed ſpecies diuerſa trahit, varioque notatur
Formarum, primi cum ſurgit luminis igne,
Tertia cum rutilat; cum maior ſideris aethram
Scandit, et aerias quarta face luminat oras,
Ingredientis erit plene tibi nuncia menſis.
Haec caſtigato ſi tertia fulſerit ortu,
Pura ſit vt foedis ab ſordibus adfore dicet
Clara ſerena diu. Tenui ſurrexerit autem
Si face, et ignito ſuppinxerit ora rubore,
Turbida certantes conuerrent aequora cauri.
Luminis iſta dehinc ſi craſſior, atque retuſis
Cornibus ingreditur, ſi quarti ſideris ortu
Percuſſi tenuem praetendat corporis vmbram,
Imbribus aut Zephyris hebetabitur, arguet vltro
Flabra Noti, aut pluuias; nam craſſus deſuper
aer
Cornua caeca premit, Notus vuidus aera cogit.
Tertia ſi rurſum protollens Cynthia currus,
Sit ſubrecta faces et acumina tenta coruſcans,
Vt nec curua quaſi declinet cornua, nec tum
Fuſa ſupinatum diducat lumen in auras,
Occiduo Zephyrum praedicet ſurgere mundo,
Aut Libyae de parte Notum. Sin quattuor au-
tem
Cynthia curriculis caelum ſubit, atque coruſcos

Cornibus immodice proſtantibus exſerit ignes,
Vis prolixa ſalum ciet, ocyus omnia cauri
Marmora conuoluent, fera verrent flabra profundum.
Iſtius in Boream quod ſe ſuſtollit acumen,
Si curuum ſpecie velut annuat, adſore caelo
Saeua procelloſi praedicet flabra Aquilonis.
Nanque hoc vrgeri ſeſe adſerit atque grauari.
Indice rurſus eo veniet Notus, hanc vbi partem
Pone ſupinari conſpexeris, inque reclinem
Sponte habitum pandi; nam ſubrigit Auſter acumen
Inferiore plaga. Si Lunam tertius ortus
Proferat, atque Deae conuoluat circulus ora
Suffuſus rutilo, mox tempeſtate ſonora
Spumoſum late pelagus caneſcere cernes.
Maior et haec rauci verſabit gurgitis vndas,
Ipſa quoque immodice ſi vultum Luna rubeſcat.
Contemplator item, ſeu plenum luminis cum orbem
Cynthia diſtendit, ſeu cum teres ambitus olli
Ceditur, et mediae velut indiga lucis vtrinque
Suſtinet obductae ſibimet diſpendia formae.
Cornua prima replens, et cornua fiſſa dehiſcens
Induerit qualem procedens ore colorem,
Hunc perpende oculis, ipſo monitore dierum
Signa tene, ac totum diſcerne in tempora menſem.
Non vnum deprenſa diem tibi ſigna loquuntur,

Nec

Nec vulgo in cunctis adſunt praecepta diebus;
Sed quae ſigna nouo dederit nox tertia motu
Quartaue, ſuſtollat medios dum Cynthia vultus,
Durabunt caelo. Medio quae edixerit ore,
Ignes in plenos; hinc in diſpendia rurſus
Altera; prouiſae ſignantur tempora Lunae.
Illa dehinc, donec germani luminis ignis
Accedat Phoebae, menſis poſtrema notabunt.
Hoc quod protento vehit ingens mundus inani,
Aera nomen habet; quod ſpirat ceſpite tellus,
Nubila dicuntur; caelum ſuper aula deorum
Axi compactum conuoluitur. Hîc ſua certis
Sunt loca numinibus. Borealis verticis alta
Regia Saturni. Qua ſiccior annus anhelat,
Aeſtatis rutilo, calida ſtat Iuppiter aethra.
Immodicus terram qua deſuper ignis adurit,
Gradiuo incolitur. Brumalis pulſus habenas
Qua Solis redigit, pulchro Venus obtinet aſtro.
Aſt vbi demerſo latet ater circulus orbe,
Ceſſit Mercurio locus imbrifer. His ſuper amplas
Quinque tenens Zonas certo via feruida Solis
Limite decurrit. Tum Lunam nubila propter,
Exhalantis humi qua ſpiramenta madeſcunt
Ima vehunt caeli. Lux it dum fuſa frequenter,
Deſuper in nubes rutilantis lampada Lunae
Paſcitur humore, et varias Dea lumine formas
Exprimit inſerto; ſic crebro denique Phoebe
Nubibus ambiri, cum ſubſint nubila Lunae,

Creditur. Hanc quoties includere circulus ergo
Spectatur, proprio succedunt ordine signa:
Ille alias trino conuoluit tramite Lunam,
Et geminus plerunque meat; solet vnicus idem
Cingere. Si simplex circunuersabitur orbis,
Signa porcellarum certissima, signa sereni
Praeferet; abruptus subito praenunciat Euros;
Marcescens tenui sensim caligine, et aethra
Digestus patula, docet vndis adfore pacem.
Si duo se Lunae circunfudere, repente
Maxima vis pontum, vis verret maxima terras;
Maioresque dehinc agitabunt stagna procellae,
Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orbem,
Et magis immodica formidine saeuiet auster,
Zonarum teter fuerit si tractus in aethra,
Denique disrumpant si sese cingula Lunae,
Vltima tempestas ruet imi gurgitis aestum.
Solis quinetiam, Solis tibi cura videndi
Sit potior, Solem melius praeuisa sequuntur,
Astrorumque duci monstrata tenacius haerent:
Sine ille occiduas vergat decliuis in vndas,
Seu se luciferis reparabilis exerat oris
Istius ingentes radii, caliginis atrum,
Et nebulosarum tractus piceos tenebrarum
Lumine disiiciunt, cum per chaos vmbriferum vis
Flammea peruasit, cum se per noctis amictus
Inserit aëriae fulgor facis; ille calore
Pigra mouet, stimulat rutilis torpentia flammis;

Sol

Sol ſopita animat, Sol dura obſtacula primus
Curru adamanteo reſerat pater; efflua Phoebus
Igne inhibet; Phoebus radiis denſata relaxat.
At cum flammigeri cedit vis inclita Solis
Lucis egens, craſſaeque Deus latet obiice nubis,
Et caelo et pelago magnos ait adfore motus.
Non hic, cum primos educet gurgite vultus,
Ceu picturato diuerſos ore colores,
Proferat; haud etenim, tali tibi Sole reuecto,
Mitia iam caeli fas expectare ſerena.
Et ſi tranquillo conuexa cucurrerit Auſtro,
Indideritque facem ponto Deus integer, atra
Nube carens, purusque coma, et ſplendidus orbe,
Conuenit eoae faciem praeſumere lucis.
Sed non ora cauo ſimilis, medioque recedens
Ore quaſi; vel ſi radios diſcingitur vltro,
Figat vt auſtralem porrecto ſidere partem,
Ac Borean rigidi iaculetur luminis igne,
Et vento et pluuiis reparata luce carebit.
Denique per flammas procul atque incendia Solis
Ipſa Dei cedunt blandi ſi lumina, ſolers
Tende oculos, certa hoc ducentur ſigna magiſtro.
Et ne ſanguineus late rubor induat ora,
Quali pro tractu vaga nubila ſaepe rubeſcunt;
Aut ne labentem piceus color abdat amictu
Lampada, quaere diu. Si retro craſſior orbe eſt,
Vueſcet pluuiis tellus, inflataque celſas

Aggere deuicto ſuperabunt flumina ripas.
Ignea ſi fulgor praecurrit plurimus ora,
Flamina crebra ſalis quatient vada, flumina terras
Conuerrent omnes, et duri flabra Aquilonis
Siluarumque comas et celſa cacumina flectent.
Vis ſimul amborum ſi vultum Solis oberret,
Cuncta Noti quatient, imbres procul arua rigabunt.
Ecce alias primo naſcentis Solis in ortu,
Vel cum praecipites pelago Deus inſerit ignes,
Vt coëunt radii nebuloſe; caetera quippe
Pars Hyperioniae rutilat facis, haecque comarum
Vis confuſa micans mundo ſua lumina praeſtat.
Sic globus ater item liuentia nubila cogit,
Nonnunquam craſſo nebularum tectus amictu
In conuexa redit, tum caelo rurſus aperto
Cum ruit, oppoſita vultum caligine condit:
Omnibus his ſignis in terram defluit imber
Plurimus. Interdum tenuis praeuertere nubes
Viſa Deum. Haec celeris ſi praeſurrexerit ortu,
Ipſeque pone ſequens radiorum luce carere
Cernatur, nimbis ingentibus arua madebunt.
At matutini ſi Phoebum littoris acta
Maiorem ſolito produxerit, atque per aethram
Marcenti ſimilis defluxerit extimus orbis,
Alta dehinc ſcandens minuat iubar igniferum Sol,
Pura ſerena aderunt; nanque olli gurgitis aer
Craſſior in modicum ſurgens diffuderat orbem;
Et iam ſe tenero ſuſtollent tramite caeli

Obli-

Oblitum iuſti iubar attrahit. Hic quoque magnis
Cum madefacta dies ſub tempeſtatibus horret,
Pallidus ora cadens, promittet pura ſerena;
Diſploſis etenim per apertam nubibus aethram
Ora laboranti ſimilis languentia pallet;
Et disiectarum moles late nebularum
Indicat exuti faciem clareſcere mundi.
Quin naſcente die venturos conuenit imbres
Noſcere, cum proni procul ad confinia caeli
Deferri piceo ſpectaris nubila tractu.
Et cum declinant radii ſe partem in vtranque,
Lucis in occaſu, nox vt ferat algida rores,
Imber erit. Puras ſi Phoebus condat habenas,
Et Calpetano tranquillum gurgite lumen
Tingat, ac in lapſu nubes ignita ſequatur,
Noxque diesque dehinc venturi rurſus eoi
Nimborum expertes et tempeſtatum atrarum
Durabunt. Sed cum radiis marcentibus ardor
Languet, et in tenui tenduntur acumine fruſtra
Phoebei crines, nimbos aget atra procella.
Talis et obducti cernetur forma diei,
Qualem fraternos ſubtexens Luna iugales
Lucem hebetat; ſubit haec ſuperi ſacra luminaSolis
Inferior, mediaeque interſtans lampadis orbe
Arcet flammigerae radium facis; haud tibi rurſum,
Cum matutinos molitur lucifer ortus,
Ebria ſanguineae ſubuoluant vellera nubes.
Nanque grauis caelo fundetur protinus imber.

Nec

Nec ſi Sole procul rutila inter ſtagna morante
Emineant radii, radiòs quoque craſſior vmbra
Contegat, illi dies pluuiis ventoque carebit.
Quin erit imber item, ſi Solem circulus ater
Ambiat exortum; maior ſe denique nimbus
Vrgebit caelo, maior ſola perluet imber,
Circunfuſa adeo ſi cingula neſcia ſolui
Seruarent tetrae ſpeciem torpentia molis.
Saepe etiam Phoebo nubes percuſſa rubeſcit,
Et meditata Dei formam, procul igne recepto
Concipit effigiem, ſimulato luminis orbe.
Id qua parte poli ſpectaueris, adfore ab ipſa
Parte tene ventos; tamen haec, tamen omnia ſemper
Decedente die melius ventura docebunt.
Conuenit hic etiam paruum Praeſepe notare;
Id nubi nomen, quae Cancro obuoluitur alto,
Graecia docta dedit; duo propter denique Aſellos
Suſpice, quorum alius Septem vicina trioni
Aſtra adolet, tepidum procul alter ſpectat in Auſtrum.
In medio quod nube quaſi concreſcit adacta,
Id Praeſepe vocant. Porro hoc Praeſepe repente
Si ſeſe ex oculis procul auferat, ardeat autem
Congruus aerii late rubor ignis Aſellis,
Nequaquam tenues agitabunt ſtagna procellae.
At ſi ſideribus ſimilis lux duret, et illi
Tetra ſit effigies, cadet altis nubibus imber

Le-

Lenior, et parco mox tellus rore madebit.
Sed Boreae ſi parte trucis velut indiga iuſtae
Stella facis lento marceſcere cernitur igne,
Et procul alterius iuba late flagrat Aſelli,
Protinus Aethiopum ſurget conuallibus Auſter.
At regione Noti ſi lucem ſtella ſeneſcat,
Ingens Riphaeis Aquilo crepitabit ab oris.
Quin et terrenis cape rebus certa frequenter
Signa procellarum; nam cum traxere tumorem
Aequora prolixum, cum littora curua reſultant
Sponte procul, neque caeruleus colliditur aeſtus,
Aut cum proceris vertex in montibus vltro
Perſtrepit aerium, ventos inſtare docebunt.
Et cum parua ſulix trepido petit arua volatu,
Stagna ſinens, longasque iterat clangore querelas,
Indicat inſanis freta mox caneſcere ventis.
Denique cum caelo tenduntur pura ſerena,
Saeuitura polo ſunt flamina, primus in ipſa
Mox picturati conuertit pectoris artus
Sturnus edax, premat vt tenues vis obuia plumas,
Et ne poſt tergum pateat penetrabilis Euro.
Latipedemque anatem cernes excedere ponto
Saepius, et ſumma nebulam ſe tendere rupe;
Iamque ſuper latices florum volitare ſenectam,
Stellarumque comas rumpi procul aethere celſo,
Decidere in terras, rutilarum ſpargere crines
Flammarum, et longos a tergo ducere tractus:
Inde etiam ventos mox adfore praemonet vſus.

Quod

Quod ſi diuerſis ſe paſſim partibus ignes
Excutiant, verret pelagus ſine fine modoque
Turba procellarum, ſi duri limite ab Euri,
Si regione Noti, ſi lenis parte Fauoni,
Aut de Biſtonio mundi procul axe coruſcat.
Si repetunt veterem ranae per ſtagna querelam;
Vellera ſi caelo volitent; ſi diſcolor Iris
Demittat gemino ſe fornice; circulus albam
Si ſtellam teter velut ambiat; aequora propter
Si crepitent volucres; ſi gurgite ſaepius alto
Pectora merſentur; ſi crebro garrula hirundo
Stagna adeat; rutilae cum ſunt primordia lucis;
Si matutinas vlulae dant carmine voces;
Improba ſi cornix caput altis inſerit vndis,
Flumine terga rigans, ſi ſaeuit gutture rauco,
Plurimus abruptis fundetur nubibus imber.
Imber erit, totis cum bucula naribus auras
Concipit, et late pluuiis ſola cuncta madebunt,
Cum proprias ſolers ſedes formica relinquens
Oua cauis effert penetralibus, aſpera quippe
Tempeſtas, gelidusque dies, et frigidus aether,
Inſerit internis terrarum. Redditur aeſtus,
Pectora cum curuo purgat gallinula roſtro;
Agmine cum denſo circunuolitare videtur
Graculus, et tenui cum ſtridunt gutture corui;
Cum procera ſalum repetit clangore frequenti
Ardea; cum paruae defigunt ſpicula muſcae;
Et ſi nocturnis ardentibus vndique teſtis,

Con-

Concreſcant fungi; ſi flammis emicet ignis
Effluus, aut lucis ſubſtantia langueat vltro,
Conuenit inſtantes praenoſcere protinus imbres.
Denique cum patulum torrens Vulcanus ahenum
Scintillas flamma circumlabente relinquit;
Si Notus humentis Libyco trahit aethere nubes,
Siue imum ad montem nebularum craſſus amictus
Tendatur, ſummo nudentur vertice ſaxa;
Et qua pontus item freta per diſtenta quieſcit,
Nubila ſi longo ſe procumbentia tractu
Diffundunt caelo, Thetidi terrisque ſupinis
Pax aderit, nusquam mundo ruet effluus imber.
Sed cum tranquillo tenduntur craſſa ſerena
Sub Ioue, venturae praenoſcere ſigna procellae
Conuenit; et rurſum cum perfurit aeris horror,
Inſpice quam referant terris pelagoque quietem.
Inter prima tamen paruum Praeſepe notatur,
Arduus excelſo quod Cancer cardine voluit.
Hoc cum concretus tenuari coeperit aer,
Diſcutit impoſitae late ſibi molis amictum.
Nanque ſereniferi patet hoc in flabra Aquilonis
Cominus, et primo purgatur flamine venti
Tempore, tum proprium modulatur noctua carmen,
Tum veſpertinum cornix longaeua reſultat;
Tum corui crepitant, et ouantes gutture rauco
Agmina crebra vocant, tum nota cubilia laeti
Succedunt pariter, tum pennis corpora plaudunt.

Tunc

Tunc et Strymonias circunuolitare repente
Suſpicies per aperta grues, vbi mitior annus
Sponte procelloſum disiecerit aëra caelo.
Tunc quoque cum ſtellis hebes eſt lux omnibus vltro,
Nubila nec craſſos circunduxere meatus,
Vt iubar occulerent flagrantibus obuia flammis;
Nec caligo inhibet rutilantis lampados ignes,
Orbe nec expleto ſacra ſidera Luna retundit;
Sed iam ſponte ſua ſtellarum lumina marcent:
Conuenit hibernae praenoſcere ſigna procellae.
Nubila ſi caelo conſiſtere, nubila ferri
Sique ſuperfundi ſibimet ſuſpexeris vltro;
Gramina ſi carpit ſemeſa petacius anſer;
Si nocturna tibi cornix canit, heſperus aethrae
Cum redit; innumero ſi cantu graculus inſtat;
Si matutino fringuilla reſultat ab ore;
Si fugiunt volucres raptim freta turbida Nerei,
Orchilos infeſtus ſi floricomis hymenaeis
Ima petit terra; ſi denique paruus Eritheus
Succedit trepidus ſcrupoſae concaua rupis;
Cecropias ſi paſtus apes vicinus ad ipſa
Caſtra inhibet, florumque ſimul libamina moeſtae
Proxima decerpunt; ſi Threiciae per aperta
Sponte grues trepidant, nec ſeſe audacius aethrae
Committunt pinnis vt longos ſaepe volatus
Formauere ſuper; ſi ſoluit aranea caſſes,

Tenuia

Tenuia ſi toto vehit Auſter licia caelo,
Mox tempeſtates, et nubila tetra cientur.
Quid? maiora canam: Cinis en, cinis ipſe repente
Cum coit, albenti nix terras veſtit amictu.
Nix operit terras, rutilis vbi lumina prunis
Summa rubent, errantque breui caligine craſſae
Interius nebulae, et denſo iam ſomes in igni
Marceſcit penitus. Pluuios mox arguet Auſtros,
Induit immodicis cum ſemet floribus ilex:
[Indiga nam ſucci ligno natura rigenti eſt]
Et cum flore nouo, cum brachia glande grauantur
Vuentis caeli ſub nutrimenta latenter
Sponte operata docet. Quin et lentiſcus amara
Indicium eſt pluuiis. Ter ſoetum concipit arbos;
Terque nouos genitrix fructus alit; ipſaque trino
Flore renideſcens tria tempora prodit arandi.
Ter prorumpentis ſcillae teres erigitur flos,
Sulcandique ſolum ter monſtrat tempus adeſſe.
Sic et crabronum rauca agmina, ſi volitare
Fine ſub autumni conſpexeris aethere longo,
Iam veſpertinus primo cum commouet ortus
Vergilias pelago, dices inſtare procellas.
Sique ſues lentae, ſi lanae ſedula nutrix,
Si capra dumoſis errans in ſaltibus, vltro
In Venerem pergat; quippe ollis vuidus aer
Excitat internum per viſcera mota furorem
Et tempeſtates et nubila protinus atra

Adfore praecipies. Quin et gaudebit arator,
Quique ſolum iuſtis verſabit menſibus anni,
Plebe gruum prima; gaudebit tardus arator
Agmine pigrarum: ſic quadam lege Deorum
His comes eſt imber. Pecudes ſi denique terram
Lanigerae fodiant, caput at tendatur in Arcton,
Cum madidus nondum per marmora turbida condit
Pleiadas occaſus, cum brumae in frigora cedit
Frugifer autumnus, ruet aethra concitus imber.
At ne perruptis terrarum dorſa lacunis
Infodiant pecudes; ſi vaſto viſcera hiatu
Diſcutiant terrae, veniet vis aethere toto
Dira procellarum; nix omnes veſtiet agros;
Nix herbas laedet teneras; nix vret ariſtas.
At ſi contigerit plures ardere cometas,
Inualidas ſegetes torrebit ſiccior aer.
Nanque prorumpunt naturae legibus vltro
Spiramenta ſoli, ſi iuſtus defuit humor,
Arida per caelum ſurgentia deſuper aethrae
Igneſcunt flammis, mundique impulſa calore
Excutiunt ſtellas, et crebro crine rubeſcunt.
Contemplator item, ſi longo plurima ponto
Agmina feſtinant volucrum, ſolidamque frequentes
Succedunt terram, ſterilis deſaeuiet aeſtus,
Ac ſitient agri; nam qua circumflua tellus
Adluitur pelago, coquit altam ſiccior aer

Ceſpitis

Ceſpitis arentis ventis, citiusque calorem
Sentit humus ſuccincta ſalo; fuga protinus ergo
Eſt auium in terras; pauet hos vt viderit aeſtus
Agricola, et ſicco iam deflet mergite culmos.
Sed ſi tum modicum producant agmina ab vndis,
Nec trepido paſſim verſant conuexa volatu,
Laetitia eſt duris paſtoribus; adfore parcos
Praeſumunt imbres. Sic in contraria ſemper
Vota homines agimur, noſtrique cupidine fructus
Poſcimus alterius diſpendia. Denique et ipſa
Solers natura, et rerum genitabilis ordo,
Certa ſuis ſtudiis adfixit ſigna futuri.
Nanque et ouis cupido ſi gramina tondeat ore
Inſaturata cibi, decerpens latius agros,
Paſtor id indicium pluuialis frigoris edet.
Et ſi perſultans aries laſciuius herbas
Adpetat, aut ſeſe ſuſtollant ſaltibus hoedi;
Vel ſi iuge gregi cupiant haerere, nec vsquam
Matribus abſcedant, et ſi ſine fine modoque
Pabula delibent, cum tutas veſper adire
Compellat caulas, monſtrabunt adfore nimbos.
Bubus arator item trahit atrae ſigna procellae,
Lambere ſi lingua prima hos veſtigia forte
Viderit, aut dextrum proſternere corpus in armum.
Vel ſi prolixis auras mugitibus implent,
Paſcua linquentes vix veſpere. Dat capra moti
Rurſum ſigna poli, cum ſpinis ilicis atrae
Multa inhiat. Docet haec eadem ſus horrida coeno
Gurgitis illuuie ſi ſaepius inuoluatur.

Martius ipſe lupus villarum proxima oberrans,
Affectansque locos hominum, lectumque laremque
Sponte petens, craſſo conſurgere nubila caelo
Praemonet. Id parui commonſtrant denique mures,
Cum geſtire ſolo, cum ludere forte videntur.
Protendit tibimet canis id praeſentia, multam
Tellurem fodiens. Tamen haec, tamen omnia rerum
Adfore vel primo nimbos mox ſole docebunt,
Vel cum curriculis lux ibit cepta ſecundis,
Tertius aut verſo cum venerit ortus Olympo.
Non ſpernenda tibi ſunt talia, ſed memor vni
Adde aliud ſemper; ſi tertia denique ſigna
Proueniant, firmo venturum pectore fare;
Et transactorum ſolers componere menſum
Signa laborabis, ſi confluxere reperta.
Nequaquam trepidare pudor perſuadeat vllus.
Aſtrorum lapſus, aſtrorum protinus ortus
Diſcute, ſi caſus ſimiles et ſtella per aethram
Prodidit: exacti iam ſumma crepuſcula menſis,
Et ſurgentis item primordia conſcius artis
Fare ſacrae. Menſum confinia ſumma duorum
Caeca latent; luces haec ſemper ſemet in octo
Inſcia lunaris tendunt facis; ipſe fideli
Perquire ſtudio; et ſi quid tibi forte repertum,
Pluribus indiciis ſolers fulcire memento.

IV.

NOTAE

AD

M. T. CICERONIS ARATEORVM FRAGMENTA.

NOTAE
IN M. T. CICERONIS
PHAENOMENORVM ARATEORVM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

Ab Ioue] Edd. quaedam veteres: *Maiore.* Vitioſe.

FRAGM. II.

Dubitari poſſit, an hoc fragmentum ad Arati Phaenomena referri debeat; nam cum priori verſu nullus Arati graecus conſpirat. Reſpondet autem alteri Phaen. vſ. 10. Αὐτὸς γὰρ τάδε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν, et diſerte Priſcianus aſſerit, vtrumque verſum ex carmine Arateo Ciceronis deſumtum eſſe. Omnino monere me oportet, non ad verba ſemper transtuliſſe Aratea Ciceronem, et ſic verſus quoque prior, vt alii plures, ab eo adiectus eſt.

FRAGM. III.

Videtur Cicero apud Aratum Phaen. vſ. 19 legiſſe ἰόντες pro ἑόντες, vt cum Grotio dedi. Vide not. Vol. I. p. 381. Bene animaduertit Grotius, Ciceronem cum omnibus interpretibus male οἱ μὲν, quod eſt apud Aratum, expoſuiſſe ceu ſit διαιρετικὸν, cum ſit magis δεικτικὸν; reſpicit enim ad ἀστέρας, quorum mentio in verſibus Arati prioribus.

FRAGM. IV.

duplici de cardine vertex Dicitur esse Polus] *Duplici de cardine* dictum pro *duplicis cardinis*, vt *fulgor ab auro* pro *fulgor auri.* — *Dicitur esse polus*, metri explendi causſa fusius expressum pro *Dicitur polus.* Infra: *Dicitur esse Helice — Dicitur esse Bootes — Esse Catenae dicuntur.*

FRAGM. VI.

Occurrit hoc fragmentum quoque apud Cic. in Lucullo cap. 20. *Ego vero ipse et magnus quidem sum opinator (non enim sum sapiens) et meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam* Cynosuram

Qua fidunt duce nocturna Phoenices in alto

vt ait Aratus, *eoque directius gubernant, quod eam tenent*

Quae cursu interiore breui conuertitur orbe,

sed ad Helicen et clarissimos septemtriones, id est, rationes has latiore specie, non ad tenue elimatas.

Grotius legit: *Illa se fidunt*, ita vt *Illa* ad priorem versum pertineat; *Hac* enim, vt nunc legitur, ad *Helicen* spectare, et indigitari tamen *Cynosuram;* quare dicendum fuisset Ciceroni *Illa*, cui tamen repugnabat metrum. Apparet, Ciceronem laudantem versum in opere de natura Deorum *Hac* pro lubitu posuisse, sicut in loco supra ex Lucullo exscripto *Qua* posuit, et *nam cursu interiore* pro *quae cursu interiore.* Quomodo in ipso carmine integro ab eo scriptum fuerit, non amplius constat. Cf. Schol. ad Arati Phaen. l. l.

FRAGM. VII.

Citauit hoc fragmentum bis etiam Priscianus XIV. p. 493 sub fin. vbi de praepositionibus loquens ait: *Quaedam etiam syncopam passae sunt, vt* supra *pro* supera *et* infra *pro* infera *et* extra *pro* extera. *Nam antiqui trisyllaba ea proferebant, vt Cicero in Arato:*

Toruus

Toruus Draco ſerpit ſubter ſuperaque retorquens
ſeſe.

Retorquens pro vulgato *reuoluens* habet Priſcianus etiam in altero loco, vbi hunc verſum attulit. Edd. quaedam legunt *repit* pro *ſerpit*. Grotius maluit *ſinus e corpore flexo* pro *flexos*.

FRAGM. VIII.

Obſtipum caput a terete ceruice reflexum Obtutum in caudam maioris figere dicas] *Obſtipum caput* (λόξον κάρη) eſt obliquum, in alterum humerum reclinatum, *a terete ceruice reflexum*. Horat. Serm. II, 5, 92. *ſis Dauus comicus atque ſtes* capite obſtipo. Perſius Sat. III, 80. *non ego curo Eſſe quod Arceſilas aerumnoſique Solones* Obſtipo capite *et figentes lumine terram*. Male vulgo interpretantur *obſtipum* caput, fixum, immobile. Vide Grot. ad h. l. p. 72. Repoſuit idem recte *In caudam*. Apud Aratum: ἄκρην εἰς Ἑλίκης οὐρήν. Edd. quaedam *In cauda*. Male.

FRAGM. IX.

Occurrit hoc fragmentum etiam apud Hygin. Poet. Aſtron. IV, 3.

Hoc caput hic paullum ſeſe ſubitoque recondit] Hygin. *Quod caput*. Latet grauius mendum in hoc verſu; omnino enim ſenſus iuſtus ei non ineſt. Neque tamen apud Hyginum, neque in Ciceronis MSS. vlla eſt lectionis varietas. Dauiſius coniecit *ſummo aequore condit*, quae quidem coniectura mihi valde arridet. Bouherius malebat: *ſe ſubiecto aequore condit;* ſed nimis ieiuna tum euaderet locutio, nec Arati mentem aſſequeretur. Noluit hic dicere, caput Draconis aequor *ſubire*, ſed *ſtringere* potius. Idem opponere licet emendationi Grotii: *ſeſe ſubito aequore condit*. Repugnat etiam metrum, et quod antecedit *paullum*.

parte admiſcentur in vna] ſic quoque Hyginius. Cic. MSS. et ed. Victorii *partim*. Grot. *partem admiſcentur in vnam*. Ex Arateo Μίσγονται δύσεις τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλοισι, quid Cicero ſcripſerit, colligi nequit. Vtrum malis, parum refert. Edd. quaed. *miſcentur* pro *admiſcentur*.

Attingens defeſſa velut moerentis imago] Grotius exhibuit: *Quod tangens*. Non bene. *Attingens* poſitum pro *proxima* aut *vicina*. Obiecit Grotius Ciceroni, quod non recte hic expreſſerit Arateum μογέοντι ἀνδρὶ ἐοικὸς per *defeſſa velut moerentis imago*. Arbitrabatur Dauiſius, Ciceronem in mente habuiſſe figurae coeleſtis hiſtoriam ſecundum Panyaſin in ſcholiis ad Aratum, in Auieni paraphraſi, Eratoſthenis Cataſterismis cap. 4. et Hygini Aſtron. II, 6. relatam; quo tamen non opus eſt confugere. Multo minus emendandum cum Bouherio: *morientis imago*, quae lectio longius adhuc ab Arati verbis recederet. Expreſſit Cicero verſum Arateum eodem modo, quo Germanicus: *Effigies inde eſt defecta labore;* nec cauſam video, cur aliquid in Ciceronis verſu mutemus. Non recte videtur Grotius *moerentis* ad μογέοντι traxiſſe; reſpondet huic potius *defeſſa imago*. Cf. Schaubach V. cl. ad Eratoſth. Cataſter. p. 76. et ibid. Ill. Heyne p. 18.

FRAGM. X.

Engonaſin vocitant, genibus quod nixa feratur] Aliae edd. *dicunt* pro *vocitant* et *quia* pro *quod*.

FRAGM. XII.

Verba Ciceronis: *Propter caput autem Anguitenens* in aliis edd. leguntur: *Propter caput Anguitenentis*, tamquam eſſet hemiſtichium cum ſequenti verſu cohaerens. Dedit hemiſtichium Grotius.

FRAGM.

FRAGM. XIV.

Atque eo ipſo] Ita reſtitui e MSS. Cic. Vulgo: *Eius et ipſe.* Male.

ſub pectore cingit] Vulgo: *ſub pectora.* Corrigebat iam Grotius *ſub pectore*, et ita legunt quoque MSS. Cic.

nitens grauiter] Grot. *grauiter nitens.* Secutus ſum lectionem in Ciceronis edd. obuiam.

Nepäi] Eſt genitiuus antiquus. *Nepa* eſt Scorpius, nomine ex lingua Africana deſumto, teſte Feſto. Colum. II, 2. *Calend. April. Nepa occidit mane, tempeſtatem ſignificat.* Cf. Erasmum ad Adag. *Imitabor Nepam.*

FRAGM. XV.

ſubter praecordia fixa videtur] Aliae edd. *tenetur.*

ſub pedibus profert finita Booti] Seruauit hunc verſum Priſcian. Gramm. lib. VI. p. 192. *Cicero in Arato: ſub pedibus profert finita* Booti *pro* Bootis. Apud Ciceronem l. l. hic verſus non legitur, vbi ad ſequentem verſum fit transitus his verbis: *Cui ſubiecta fertur*, ſcil. Virgo.

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore Virgo] Seruius ad Virgil. Georg. I. vſ. 111. *Dicimus autem* hic ſpicus *et* hoc ſpicum. *Cicero in Arato: ſpicum illuſtre* gerens inſigni *corpore Virgo.* Occurrit *ſpicum* genere neutro ſaepius apud antiquiores ſcriptores latinos. Laudat Grotius Varronem Lege Maenia: *Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam; neque in mala non aliquod bonum.*

FRAGM. XVI.

Non reſpondent his verſibus graeci Aratei; diſerte tamen eos ex Ciceronis Arato excerptos eſſe, aſſerit Lactantius l. l. Occurrunt etiam ſimilis argumenti apud Auienum:

Omnia ſed cunctis naſci dabat aurea terris
Iuſtitia, et nullo diſcreuerat aëre regna.

Quare

Quare iam in notis ad Aratum Vol. I. p. 595 monui, videri mihi excidiſſe poſt verſum 113 verſum integrum vel etiam duos. Saltem Ciceronis verſus ad hunc Arati locum eſſe referendos, negari vix poterit.

FRAGM. XVII.

manu victum] MSS. quidam *vinctum;* non bene, vt recte Grotius monuit. Bos *manù victus* eſt χειροήθης, χειρόδμητος, manſuetus, manum patiens. Cf. not. ad Arat. h. l.

FRAGM. XVIII.

coelique in parte reſedit] Aliae edd. *recepta eſt*, quae lectio librarium chriſtianum redolet.

FRAGM. XX.

At natos Geminos] Apud Cic. l. l. *Et natos*, accommodatius ſermoni ibi inſtituto. Legendum tamen: *At natos.* Aratus: κρατὶ δὲ οἱ Δίδυμοι.

ſubiectus mediae eſt Cancer] Aratus: μέσσῃ δ' ὑπὸ καρκίνος ἐστί. Aliae edd. *ſubiectus medio — ſubiectus media.* Perperam.

FRAGM. XXII.

Videtur in hoc verſu paullo liberius excurriſſe Cicero; non Aratum preſſo pede ſecutus. Grotius in verſione metrica ipſa Phaenomenorum verſum non recepit; adiecit tamen illum ad calcem tamquam fragmentum, quod an ad Aratea pertineat, incertus haereret. Vide eius not. Syntagm. Ar. p. 82. Legit *amiſſis* pro *aſſumtis.*

FRAGM. XXIII.

ſub laeua Geminorum] Grot. *ſub laeua* is *Geminorum*, nexus cum ſuperioribus gratia.

obductus parte feretur] Grot. maluit *abductus;* nam κεκλιμένος apud Aratum cum *obductus* tum *abductus* ſignificare

ficare poteſt. Id quidem non nego; retinendum tamen puto *obductus*, vt ſit idem quod *acclinatus*.

Aduerſum caput huic Helicae truculenta tuetur] Ita dedi ex emendatione Grotii. Aratus: Ἑλίκης δέ οἱ ἄκρα κάρηνα Ἀντία δινεύει. Vulgo: *huic Helice*.

At Capra laeuum humerum clara obtinet] Codd. quidem mſſ. Ciceronis *humero*. Quodſi praetuleris, recipienda eſt Grotii emendatio: *At Capra laeuo humero clara obnitet*.

FRAGM. XXV.

connixus corpore] *Bouherius* ad Cic. de Nat. D. l. l. coniecit legendum *conuexus*, perquam abſurde. Vulgata lectio ſana eſt.

FRAGM. XXIX.

Hanc namque illuſtri] Sic Grotius ad Aratum propius. Apud Ciceronem l. l. *Hanc autem illuſtri*.

auſugiens] Aliae edd. *fugiens*. Grotius: *effugiens*. Cod. Palat. monente Grutero ad Cic. l. l. *haud fugiens*.

FRAGM. XXX.

ſummum contingit caput aluo] Ita MSS. et edd. veteres. *Dauiſius* emendauit *ſummâ*, quod apud Aratum legatur γαστέρι νειαίρῃ, quam emendationem adeo in textum receperunt Morelius et Grotius. Sed recte monuit Bouherius, *aluo* duas voces graecas γαστέρι νειαίρῃ ſatis exprimere, et Auienum quoque ita vertiſſe, vt Ciceronem *ſummum* ſcripſiſſe inde colligas:

— qua vertex crine tumeſcit
Andromedae capiti ſuccingitur indiga pleni
Aluus equi.

Aeternum ex aſtris] Grotius coniecit: Aethereum ex aſtris. Non placet; neque exemplum ab eo adductum ſatis quadrat Fragm. XXXI. vſ. 15.

Quem veteres ſoliti coeleſtem dicere nodum.

FRAGM.

FRAGM. XXXI.

cornibus haeret] *Bouherius* ad Cic. l. l. coniicit: *claret* aut *ardet*, parum feliciter.

FRAGM. XXXII.

vſ. 1. *Cominus hanc ſubter poſſis cognoſcere fultum*] Hoc verſu inchoant, quae feruntur Arati Ciceronis fragmenta ab Aldo ſeorſim excuſa. Vulgata lectio eſt: *E quibus huic ſubter.* Aliae edd. *E quibus hinc ſubter.* Grotius emendauit: *E quibus hunc ſubter.* Cod. Fragm. Cic. Lugd. Bat. *A quibus.* Eſt autem difficultas in verbis *E quibus* ſiue *A quibus*, quae quorſum in antecedentibus referenda ſint, non patet. Apud Aratum eſt: ζώνη δ' ἂν ὅμως ἐπιτεκμήραιο Ἀνδρομέδης· ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐστήρικται. Igitur Aries dicitur ſultus paullum ſubter zonam Andromedae. Ad hunc ſenſum Ciceronis verſus reſingendus erit, cum quid Cicero vere ſcripſerit, in tanta lectionis varietate haud facile ſuerit diuinare. Quare recepi emendationem Turnebi Aduerſar. IIX, 17. *Cominus hanc ſubter.* Legitur in aliis edd. *Paullum hanc ſubter*, quod tamen a ſcriptura codd. nimis recedit.

vſ. 2. *Nam coeli mediam partem terit*] Repoſui *Nam* cum Grotio. Aratus: Μεσσόθι δὲ τρίβει. Vulgo *Iam.*

vſ. 3. *qua prius illae Chelae, tum pectus qua cernitur Orionis*] Vulgo legitur: *vt prius illae Chelae, cum pectus quod cernitur Orionis*, nullo ſenſu. Aratus: ἧχι περ ἄκραι Χηλαί, καὶ ζώνη περιτέλλεται Ὠρίωνος. Grotius malebat: *vt prius illae Chelae, tum pectus quoque cernitur Orionis*, qua tamen medela vlcus non ſanatur. Equidem verſum ad Arati ſenſum reformaui, ita vt pro *vt prius* ponerem *qua prius*, et *pectus quod cernitur* mutarem in *pectus quâ* cernitur, quod poſterius iam propoſuit Turnebus l. l. Sic lectio ſaltem quoad ſenſum bene

ſe

ſe habet. Ceterum *pectus* eleganter dictum a Cicerone pro *cingulo*, vt eſt apud Aratum.

vſ. 4. *ſub pectore claro*] MSS. Cic. *clarae* (non *clara*, vt Grotius notauit), ita vt cum *Andromedae* iungenda ſit vox. Parum refert, vtrum praeferas.

vſ. 5. 6. Δελτωτὸν *dicere Graii Quod ſoliti, ſimili quia forma Litera claret*] Additi ſunt verſus a Cicerone praeter Aratum. Cod. Lugd. Bat. M. L. *quia tali forma litera daret.* Sed manifeſto *daret* vitioſe exaratum pro *claret.*

vſ. 8. *namque eſt minor*] Ita legit vetus codex, et correxerunt iam Turnebus et Grotius. Recte, vt geometricae rationes docent. Aratus: ἡδ' (ſcil. pars tertia) οὔτι τόση. Vulgo: *nam non minor illis.* Male. Recte quoque monuit Ioſ. Scaliger ad Manil. p. 47 pro vulgato: *At non tertia pars lateris* legendum eſſe: *At non tertia pars lateris*, id quod a me reſcribi debuit. *Latus* eſt *linea.*

vſ. 10. *flumen ad Auſtri*] Cod. Lugd. Bat. *flumen ad Auſtri.* Perperam.

vſ. 11. *Atque etiam vehementius illo*] Cod. L. B. *Atque cauſam.*. Male Idem et alii codd. et edd. *vehementius ille.* Aliae edd. *illi*, ſcil. Piſces. Legendum vtique *illo*, nempe Ariete, vti iam dederunt Grotius et edd. Ciceronis ſeriores.

vſ. 12. *paullo praelabitur ante*] Ita Grotius. MSS. et edd. vett. *Prolabitur.* Laudatur hic et ſequens verſus a Cic. de Nat. D. II, 43 ſub fin.

vſ. 13. *Et magis horriſonis Aquilonis tangitur alis*] Aliae edd. *horriferis*, quod fortaſſe verius. Germanicus: *ſub horrifero Aquilone.* Auienus: *Horriferis Aquilonibus illa rigeſcunt.* Sed codd. vett. *horriſonis.* Pro *alis* edd. quaedam *auris.* Minus bene.

vſ.

vſ. 14—16. *Atque horum e caudis duplices velut aere Catenae, Diſceſſuque diu verſae per lumina ſerpunt, Atque vna tandem in ſtella communiter haerent, Quam veteres*] Legebantur hi verſus in vulgatis edd. corruptiſſimi et vario modo. Aldus dederat:

Atque horum et caudis duplices eſſe cathenae
Dices aut diuerſa per lumina ſerpunt.

Seriores edd. quaedam: *At quae horum e caudis duplices velut eſſe catenae Dicuntur ſua diuerſae per limina ſerpunt.* Grotius reſtituebat recte *Atque* pro *At quae*, et *lumina* pro *limina*. Lectionem Grotianam ſecuti ſunt editores poſteriores. Neque tamen in hac ſanus eſt ſenſus. Suſpecta quoque ſunt: *Duplices* velut eſſe *catenae Dicuntur*. Itaque e cod. mſto pro *eſſe* repoſui *aere*. Quod alterum verſum prorſus immutaui, factum eſt quidem auctoritate codicis Pariſienſis, cuius lectionem a *Puteano*, Senatore quondam Regio, excerptam in notis ad h. l. attulit Gruterus. Idem Puteanus alius codicis Pariſ. lectionem memorauit hanc: *Dicet quae diu diuerſae per lumina;* qua etiam noſtrae lectionis veritas firmatur. In proximis verſibus pro *Atque vna tamen* et *Quem veteres*, quemadmodum edd. vett. habent, cum Grotio reſcripſi *Atque vna tandem* et *Quam veteres*.

vſ. 18. *ſi quaerere perges*] Edd. Ald. et Victor. *ſi qua exere pergcs*. Hinc exſculpſit Morelius lectionem: *ſi quaeſere perges*. Eſt autem *quaeſere* antiqua forma verbi *quaerere*, ſaepius apud Ennium atque etiam Apuleium obſoleta venantem obuia. Vide Grotium ad h. l. Dedit tamen archaismum Morelius ſine cauſa; nam ex Aldina ſcriptura *qua exere* etiam *quaerere* et facilius quidem exſculpere poteris. Praetulerunt *quaerere* Lambinus et Grotius.

vſ. 20. *E pedibus natum ſummo Ioue Perſea vides*] Edd. Ald. Victor. Lambin. *E pedibus vatum ſummo Ioue Per-*

Perſeus es, nullo ſenſu. Turnebus emendauit: *E pedibus varum*, quod non tam legiſſe videatur Cicero γαμβροῦ, ſed σκαμβροῦ. Nihil ad rem. Noſtram lectionem reſtituit Grotius. Conſentit cum ea lectio cod. mſti a Grutero collati et Lugd. Bataui, qui poſterior habet *viſa eſt* pro *viſes*.

vſ. 21. *Quos humeris retinet*] Cod. Lugd. Bat. et ed. Ald. *Quos humeros*. Non bene.

vſ. 22. *Quum ſumma ab regione Aquilonis flamina pulſant*] Poſcit ſenſus *Quum*, et habet ita quoque Cod. Lugd. Bat. Aliae edd. *Qua* ſiue *Quem*. In Aldina et nonnullis aliis edd. vett. *Quam*. Vitioſe. Laudatur verſus a Cic. de Nat. D. II, 44.

vſ. 25. *Puluerulentus vti de terra elapſu' repente In coelum victor magno ſub culmine portat*] Ex emendatione Grotii, quam confirmant codd. Gruteri et Lugd. Bat. Iam Turnebus emendauit:

Puluerulentus vti, de terra lapſu' repente
In coelum victor, magna ſub culmine portat

Cf. not. ad Arat. Phaen. vſ. 253. Vol. I. p. 406.

vſ. 26. *At propter laeuum genus*] Seruius legit: *Huius propter*, quod teſte Bouherio reperitur etiam in multis Mſtis. *Huius* a Cicerone tamquam vnius ſyllabae vox vſurpari potuit. Exempla vide ap. Waſe de eſſent. vet. poet. p. 103. Verſus laudantur ap. Cic. de Nat. D. II, 44.

vſ. 27. *omni ex parte*] Cod. Lugd. Bat. *omni parte*.

vſ. 32. *a vulgo*] Cod. idem *ac vulgo*.

vſ. 34. *Aeterno cunctas aeuo*] Idem pro *aeuo* habet *ſane*.

qui nomine dignant] Codd. mss. plures *ſignant*. Tuetur vulgatum Grotius. Occurrit *dignare* ſenſu actiuo ſaepius apud Accium, ipſum Ciceronem, quin etiam apud Virgilium Aen. III, 475.

Coniugio Anchiſe Veneris dignate ſuperbo.

vſ. 35. *Celaeno*] In quibusdam edd. vett. vitioſe *Celeno*. Eſt graece Κελαινώ.

vſ. 39. *Propterea quod et aeſtatis primordia clarat*] Lectio ante Grotium erat: *Propterea quod ad aeſtatis primordia clarent*, vel *claret*. Codd. quidam pro *clarent* legunt *ſignant*, quod haud dubie ex gloſſa profectum. Vt nos dedimus, emendarunt Turnebus et Grotius. Vterque docet *clarare* apud veteres occurrere pro *declarare*. Grotius etiam Horatium laudat, apud quem *clarare* ſit λαμπρύνειν. Reſpondet iam optime verſus proximus: *Et poſt hiberni praepandens temporis ortus*.

vſ. 42. *Inde Fides leuiter poſita et conuexa videtur*] Haeſerunt interpretes in vulgata lectione. *Turnebus* coniecit: *leuis appoſita et connexa*; parum ad rem. *Grotius* pro *conuexa* maluit *conuecta* συγκομισθεῖσα (non *confecta*, vt perperam notauit Bouherius ad Cic. de Nat. D. II, 44); ſed neque hoc ſatis placet. *Bouherius* proponit *conuerſa*; notum enim Aſtronomos Lyram ponere converſam, quae coniectura forſitan optima fuerit. Ceterum pro *Inde* Cod. Lugd. *Vnde*.

vſ. 43. *Mercurius paruis manibus*] Edd. vett. quaedam: *Mercurius paruus manibus*. Non bene.

quam dicitur olim in cunis fabricatus] Sic vtique legendum, monentibus Grutero, Grotio, aliis. Apud Aratum: παρὰ λύκνῳ. Cf. Theon ad h. l. Vulgo: *Infirmis fabricatus* ſcil. manibus, quae lectio ex vitioſa cod. Aldini ſcriptura orta eſt.

vſ. 45. *Quae genus ad laeuum Nixi delapſa reſedit*] Edd. quaedam vett. *Haec* et *Niſi* pro *Nixi*. Innuitur ὁ Ἐγγόνασι.

vſ. 47. *Namque eſt Ales auis*] Cic. de Nat. D. II, 44. *Inde eſt Ales auis*. Cod. Lugd. Bat. *Iamque eſt*. Noſtra lectio conuenit magis cum Arato: ἤτοι γάρ.

vſ. 53.

vſ. 53. *vngula vemens*] Ἀρχαϊκῶς pro *vehemens* omiſſa aſpiratione.

vſ. 55. *Ipſe autem labens vtrisque Equus ille tenetur Piſcibus*] Leguntur hic verſus et duo ſequentes mendoſiſſimi in ed. Aldina aliisque hanc ſecutis. Pro *vtrisque* Aldus habet *multis*, ſcil. Piſcibus; quod cum aſtronomicis rationibus repugnet, variae ſunt propoſitae emendationes. Morelius *binis* aut *geminis* legendum putauit, et ipſo *geminis* in textu exhibuit, approbante etiam Lambino; convenit enim hoc cum Arato: δὺ' ἰχθύες ἀμφινέμονται Ἵππου. Turnebus autem maluit *mutis*, quod mire placuit Grotio, mihi tamen valde diſplicet; nam quid *muti* piſces hoc loco? Praetuli itaque aliam Grotii emendationem: *vtrisque*, propius ad codd. ſcripturam accedentem, ſimulque Arateo verſui conſentaneam.

vſ. 58. *Serius haec obitus terrae viſit Equi vis.*] Apud Aldum legitur: *Serius haec obitus terraï iuſſit equinis*, ſine vllo ſenſu. Quare fuerunt, qui verſum omnino delendum putarent, et verſu ſubſequenti pro *Quam gelidum* legerent *Tum gelidum*. Sed reſtitui poteſt integritati verſus. Cod. Lugd. Bat. habet *terrae peruiſit*. — *Equinis* Turnebus ingenioſe mutauit in *Equi vis*, quod idem in mentem venit Grotio ſuſe ceteroquin de mente Arati in his verſibus omnino diſputanti.

v. 59. *Corpore ſetifero magno Capricornus in orbe*] Aldus: *Nam C. in orbe.* Sed Priſcian. lib. VI. *Capricornus*, inquit, *ſecundae inuenitur declinationis: Cicero in Arato:*

Corpore ſemiſero magno Capricornus in orbe

Idem in eodem:

Tum magni curuus Capricorni corpore propter
Delphinus iacet —

Bouherius ad Cic. de Nat. D. II, 44: „Interpretes Ciceronis litem mouerunt de lectione vulgata *ſemiſero*, cum Capricor-

pricornus non *semiferus*, sed *ferus* fuerit dicendus; et recte quidem illi. Credidi aliquando, scribendum *squamifero;* sed nunc legendum videtur *setifero*, quod Auieno etiam videtur lectum; dicit enim: *Hispida setosi marcet facies Caprjcorni.*" Praeclaram hanc Bouherii emendationem in textum migrare iussi.

vs. 60. *Titan Brumali flectens contorquet tempore currum*] Turnebus Aduersar. IIX, 17. *cum torquet;* sed recte Grotius vulgatum *contorquet* defendit. Idem quoque maluit *currum* pro *cursum*, vt vulgo. Vix dici potest *cursum contorquere.* Cod. Lugd. Bat. legit *curuum*, quod aperte vitiose exaratum est pro *currum*, et similem ortum habet mendum apud Priscianum, qui legit *coruum.* Receperunt quoque *currum* iam plures recentiores Arati Ciceroniani editores.

vs. 62. *caue te ponto*] Codd. mss. et Lugd. Bat. *caue te in pontum.* Male.

vs. 63. *longinquum spatium*] Codd. *longe quem spatium.*

vs. 66. *Ocyus ostendet*] Cod. Lud. Bat. *ostendit.*

vs. 68. *Tum fissum tremulo quatietur frigore corpus*] Ita Cod. Lugd. Bat. Malebat Grotius *fissum.* Vulgo: *fixum.*

vs. 69. *sed tamen anni iam labuntur tempore toto*] Aldus: *sed tamen iam anni*, inuito metro. Grotius coniecit; *sed tamen en anni.* Vulgatum bene se habet. Notandum autem, *anni* esse genitiuum, non nominatiuum pluralis, et *labuntur* referri ad *nautas.*

vs. 70. *Nec cui signorum cedunt*] Cod. Lugd. Bat. *Ne cui.*

vs. 72. *Atque etiam supero naui pelagoque vagato Mense, Sagittipotens solis cum sustinet orbem* * * * * * *] Sunt vtique hi versus deprauatissimi. Sensus qualis esse debeat, constat ex Arato: Multa in priori mense mari passus,

paſſus, arcum quando Sol incendit et rectorem arcus, ſub veſperam nauem reducito, fidens non amplius nocti. Patet hinc, excidiſſe in Ciceronis Arato verſum, quem Grotius ſic explere conatus eſt:

Subducas feſſam, veniet cum veſpera, nauim.

Dum autem ignoramus, quomodo ipſe Cicero haec expreſſerit, difficile eſt, etiam verſus exſtantes priores ad integritatem reuocare, inprimis cum codd. mire varient. Claud. Puteanus e cod. Pariſ. legit: *ſupera naui pelagoque vagantur.* Sic quoque Cod. Lugd. Bat. Turnebus: *haud ſupera naui pelagoque vagator.* Docet autem Lambinus, *vagato* ſaepius dici pro *vagator*, vt apud Lucretium. Grotius emendauit:

Atque etiam ſupero cndo mari pelagoque vagatus
Menſe, Sagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.

Diſplicet mihi in hac emendatione *mare pelagusque* coniunctum, licet etiam in vulgata lectione in *naui pelagoque* haeream. Igitur equidem ſatius habui, vulgatum reddere, quale reperi, niſi quod altero verſu cum Grotio exhibui *cum ſuſtinet* pro *tum ſuſtinet. Supero menſe* dictum pro *ſuperiori*, vt apud Aratum ἐπὶ προτέρῳ.

vſ. 74. *Nam iam comminus exiguo lux tempore praeſto eſt*] Vulgo: *Nam iam cum minus* etc. Turnebus et Grotius correxerunt: *Nam iam tum minus.* Sed recepi lectionem codd. Lugd. Bataui et Pariſ. a Puteano excerptam atque etiam aliis viris doctis probatam. Senſus eſt hic: Hoc tempore nauigatur toto anno, neque ſolum menſe, quo Sol eſt in Capricorno (i. e. Ianuario), verum etiam cum Sol eſt in Sagittario (Decembri). Iam tum enim dies breuiores ſunt.

vſ. 76. *Nam prope praecipitante licebit viſcre nocte, vt ſeſe emergens oſtendat Scorpius alto*] Ita reſtituit Grotius e codd. Vulgo: *Iam prope praecipiti ante licebit viſere nocti, Vt ſeſe oſtendens emergat Scorpius alte.* In

vulgata lectione posterioris versus male codd. conspirant; patet enim de mari alto sermonem esse. Vti posteriorem versum dedit Grotius, ita citatur quoque a Cicerone de Nat. D. II, 44. nec erat, quod eum illustraret.

vs. 78. *flexum vi corporis Arcum*] Cod. Lugd. Bat. *plexum.*

vs. 79. *Iam superà cernes*] Idem cod. *Iam super hunc cernes.*

vs. 81. *Orion toto iam corpore condit*] Idem cod. *condet.*

vs. 82. *Cepheus conditur alto*] Ita MSS. Paris. teste Puteano. Vulgo: *ante.* Emendauerat *alto* iam Grotius.

vs. 83. *Lumborum tenus a palma depulsus ad vmbras*] Codd. edd. Ald. et vett. ante Morellianam legunt *a prima.* Morelius resinxit versum ad Arateum: ἀπὸ χειρὸς ἐπ' ἰξύν. Recte, quamuis improbante Grotio. Nimis licentiosa est Grotii coniectura: *a ripa depulsus ad vndas.* Legitur enim vulgo: *ad vndas*, non *ad vmbras*, vt equidem ex codd. restitui.

vs. 84. *Hic, missore vacans, fulgens iacet vna Sagitta*] Bene restituit Morelius. Edd. Ald. et aliae: *Hic misso revocans* etc. Auienus: *Inscia nam domini est.* Approbarunt Morelii emendationem Turnebus, Lambinus et Grotius.

vs. 85. *Et clinata*] MSS. et edd. *Haec clinata.*

vs. 88. *Igniferum mulcens tremebundus aethera pennis*] Edd. quaedam vett. *mulgens;* ridicule, vt recte notat Grotius. Iam supra habuimus vs. 56: *Huic ceruix dextra mulcetur Aquari.* Ceterum deest versus in codd. Paris. et Lugd. Bat. teste Puteano, nec respondet illi versus graecus; quare interpolationis suspicionem incurrit.

vs. 89. *Non nimis ingenti cum corpore*] Ita iam dedit Morellius, et suffragantur codd. Puteani, Leid. et Grotius. Aratus: οὐ τόσσος μεγέθει. Male in edd. vett. *Non minus*

minus ingenti cum corpore. In cod. Leid. deeſt *cum corpore.* Grotius poſt verſum ſequentem vnum vel duo verſus excidiſſe putat, aut Ciceronem non intellexiſſe Arateum illum:

Χαλεπὸς γέμεν ἐξ ἁλὸς ἐλθεῖν,
Νυκτὸς ἀπερχομένης· καί μιν καλέουσιν Ἀητόν.

vſ. 92. *haud nimio luſtratus nitore*] Edd. quaedam vett. *aut nimio.* Male.

vſ. 93. *praeter quadruplices ſtellas*] Cod. Leid. *propter.* Perperam.

vſ. 95. *Caetera pars lata tenuī cum lumine ſerpit*] Ex emendatione Grotii. Edd. vett, *latè* Mſſ. *latet et nullum cum lumine ſerpit.*

vſ. 96. *Illae quae fulgent luces ex ore coruſco*] Grotius ad h. l. p. 76. ita: Non praetereundum eſt, quod ante nos monuit Scaliger, Aratum non intellectum a Tullio adoleſcente. Nam Aratus hoc loco μετάβασιν facit ἀπὸ τῶν βορειῶν εἰς τὰ νότια. Sed Cicero per τὰ μὲν οὖν intelligit ſtellas in priore Delphini parte ſitas, ſine, vt ipſe loquitur, in fronte et in ore, cum re vera in ore nullae ſint, et τὰ δὲ νεῦθι interpretatur partem eius inferiorem. Ait enim:

At pars inferior Delphini fuſa videtur.

Sic enim legendum; non vt vulgo *fuſca.* Aratus: κέχυται. Firmant Grotii emendationem Codd. quidam Puteani et Lugd. Bat. In aliis codd. Puteanus inuenit *fulſa;* quare coniecit *fulta;* ſed recepta lectio Grotiana melior. In verſu 97.

Sunt inter partes gelidas Aquilone locatae

Grotius malebat *Aquilonis;* repugnat autem metrum. Pro *locatae* Codd. quidam mſſ. et Lugd. Bat. *locatas.*

vſ. 104. *Quem qui ſuſpicions in coelum nocte ſerena*
Late diſpenſum non viderit, haud ita vero Caetera ſe ſpe-

ret cognoſcere ſigna poteſſe] Ita dedi ex arbitrio Grotii, in partem praeeunte vetere codice et Turnebo. Aratus:

— μὴ κεῖνον ὅτις καθαρῇ ἐπὶ νυκτὶ
Ὑψοῦ πεπτηῶτα παρέρχεται, ἀλλὰ πεποίθοι
Οὐρανὸν εἰσανιδὼν προφερέστερα θηήσασθαι.

Cicero legiſſe videtur ἀλλὰ et ὅτις interpretatus eſt ὅστις, vt et alibi. Πεπτηῶτα *diſpenſum* transtulit, non *diſperſum*, quod pertinaciter referunt omnes codices. Turnebus praeterea malebat *Caetera ne ſperet*. Vulgo: *Quem qui ſuſpiciet i. c. n. ſ. Late diſperſum n. v. abdita vero* etc. absque vllo ſenſu.

vſ. 107. *Namque pedes ſubter rutilo cum lumine claret Feruidus ille Canis*] Arbitratus eſt Cicero, Aratum ponere Canem ſub pedibus Orionis, et ita quoque Auienus:

Talis et ipſe virum gemina ad veſtigia cuſtos
Inſequitur.

Sed alia fuit Arati mens, dicentis

— ἀμφοτέροισι κύων ὑπὸ ποσσὶ βεβηκώς.

Intelligit canem ſuis pedibus poſterioribus innitentem, non ſub pedibus Orionis collocatum.

vſ. 109. *Hunc tegit obſcurus ſubter praecordia venter*] Ita reſtituit hunc locum Turnebus et probat quoque Grotius. In codd. ſcriptum erat *Ver* pro *Venter*. Hinc ortae lectiones *Veſper*, *Veſter*, vt in edd. vett. Sed Aratus: ἀλλὰ κατ' αὐτὴν γαστέρα κυάνεος περιτέλλεται. Aldus habet *obſcuris* pro *obſcurus*. Grotius reponi vult *tenet* aut *gerit* pro *tegit*, in quo tamen codd. conſpirant.

vſ. 110. *Nec toto ſpirans — flammam*] Sic vtique legendum. Aratus: ἀλλ' οὐ πάντα πεφασμένος. Edd. Ald. et vett. *Ver toto*. Vitioſe. Correxit iam Morelius. Cod. Leid. *Et vero toto*.

vſ. 113. *Hic vbi ſe pariter*] Cod. Leid. *Hic ſubit pariter*. Perperam.

in culmina coeli] Aliae edd. *in lumina coeli*.

vſ.

vſ. 120. *Hunc propter ſubterque pedes quos diximus ante Orioni' iacet*] Ita codd. plures et Leid. Recte. Vulgo *Oriona*. Noſtram lectionem iam propoſuit Grotius.

vſ. 124. *Praecipitantem agitans oriens iam denique paullum*] Turnebus corrigebat, aſſentiente etiam Grotio: *orientem denique paullum*, vt ſenſus ſit: Canis leporem inſequitur occidentem agitans et paullum iam ortum. Neſcio autem, an hic ſenſus ſatisfecerit vlli; neque Arato conuenit:

Σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικώς,
Καί οἱ ἐπαντέλλει, καί μιν κατιόντα διώκει.

Equidem vulgatum magis Arato reſpondere crediderim. Senſus eſt: Canis agitat Leporem ad occaſum praecipitantem haud multo poſtquam ipſe ortus eſt.

vſ. 126. *prolabitur Argo*] Alii codd. et edd. *praelabitur Argo*. Occurrit hic locus vsque ad vſ. 138. etiam apud Hygin. Fab. 14.

vſ. 127. *Conuerſam prae ſe portans cum lumine puppim*] Aliae edd. *conuexam*. Male. Eadem lectionis varietas ſupra vſ. 42.

vſ. 128. *vt in alto ponere proras Ante ſolent*] Edd. vett. *in alto pondere*. Perperam.

vſ. 130. *ſed conuerſa retro coeli ſe per loca portat*] Ex emendatione Turnebi a Grotio etiam recepta. Sic alibi:

At propter ſe Aquila ardenti cum corpore portat.

Vulgo: *coeli ſemper loca portat*. Excidit hic verſus apud Hyginum.

vſ. 131. *tutos contingere portus*] Ita citat hunc verſum Hyginus, quocum conſpirant plurimi Ciceronis codd. Aratus: καθάπτεται ἠπείροιο. Vulgo: *conſtringere*. Noſtrum receperunt iam Lambinus et recentiores Ciceronis editores; probauit quoque Grotius.

vſ. 133 *Auerſamque trahunt*] Ex emendatione Grotii, cui omnes codd. adſtipulantur. Germanicus:

Auerſamque ratem votis damnatus ad oram
Perligat.

Vulgo: *Aduerſamque trahunt.*

vſ. 134. *Sic conuerſa vetus ſuper aethera labitur Argo*] Vulgo: *vertitur Argo.* Vix autem ſcripſit Cicero *ſic converſa — vertitur Argo* in eodem verſu; neque *vertitur Argo* h. l. ſenſum praebet ſatis idoneum. Reſtitui igitur ex Hygino *labitur Argo.*

vſ. 135. *Atque vsque a prora ad celſum ſine lumine malum*] Cod. Leid. *vsque ad proram ad coeli ſummum ſine lumine malum.* Vitioſe. Deſunt verſus hic et ſequens apud Hyginum.

vſ. 136. *cum lumine clara videtur*] Codd. mſſ. *cum luce clara videtur.*

vſ. 137. *Inde gubernaclum diſperſo lumine fulgens*] In hac lectione omnes codd. conſentiunt. Apud Hyginum verſus legebatur inperfecte ſic: *Inde gubernaclum —* Supplerunt otioſi homines: *tendens a puppe volante.*

vſ. 138. *veſtigia tangit*] Vulgo: *veſtigia condit.* Turnebus maluit *condunt*, propius ad Aratum. Sed recte reſtituit Grotius ex Hygino *tangit.*

vſ. 139. *in tutoque locatam*] Cod. Leid. *in totoque locatam.* Perperam.

vſ. 143 *ſquammoſo corpore Piſces*] Ita citat Cicero ipſe de Nat. D. II, 44. Vulgo *ſquammoſi.*

vſ. 144. *Fluminis illuſtris tangentem corpore ripas*] Alii *Fluminis illuſtri.* Minus recte. Aratus: ποταμοῦ ἀστερόεντος. Patricius pro *corpore* malebat *pectore*, quod conuenit Aſtronomorum placitis; dicebatur enim Piſtrix Eridanum pectore attingere. v. Hygin. Aſtronom. III, 30. *Huius priorem partem corporis prope alluere flumen Eridanus videtur.*

vſ.

vſ. 150. *Serpentem poteris*] Cic. de Nat. D. l. l. citat: *ſerpentem aſpicies;* ſed in ipſo carmine continuo non ita ſcripſerat.

vſ. 152. *Vincla videbis — Flumine mixta retro ad Piſtricis terga referti*] Grotius ad h. l.: Deceptus eſt Cicero eo, quod Aratus poſt Fluuium de Nodo tractet. Itaque τὰ λῦκα ait Flumine miſceri, quod nimis abſurdum eſt. Nam Piſtrix media eſt inter Nodum vinculorum et Eridanum. Sed iuuenile eſt erratum. Et tamen Auienus quoque dixit:

Fuſaque quae geminos aſtringunt vincula Piſces
Eridani coeunt anfractibus —

Pro *reuerti* Cod. Leid. *vertenti.*

vſ. 153. *Hic vna ſtella nectuntur, quam iacit ex ſe Piſtricis ſpina valida cum luce refulgens.*] Ex emendatione Grotii. Aldus et edd. vett. corrupte:

Hanc vna ſtella nectuntur quam iacet ex ſe
Piſtricis ſpinae valida cum luce refulgens.

Alii *Haec* pro *Hanc* et *vertuntur* pro *nectuntur.* Morelius dedit *Piſtrix e ſpina*, quod tamen non bene conuenit cum antecedenti *iacit ex ſe.* Itaque Grotii emendationem recepi, praeeuntibus iam pluribus Ciceronis editoribus.

vſ. 157. *Atque gubernaclum, ſtellas quas contegit omnes*] Alii *Ante gubernaclum.* Male. Repoſui etiam *ſtellas quas* pro vulgato: *Atque gubernaclum ſtellae, quas* etc. Quid eſt gubernaclum ſtellae? Miror, neminem, ne Grotium quidem, in hoc haeſiſſe.

vſ. 160. *Nam quas ſideribus — Has ille aſtrorum cuſtos*] Reſcripſi cum Grotio *quas* et *Has* pro vulgato *Quae* et *Haec;* refertur enim ad *formas. Aſtrorum cuſtos* Graecorum more dictum, qui *obſeruare* vocant φυλάσσειν. Eſt itaque ἀστέρων φύλαξ aſtrorum obſeruator.

vſ.

vſ. 164. *quae ſunt paruo cum lumine fuſae*] Iterum ex emendatione Grotii, quam ſenſus flagitabat. Vulgo: *parvo ſub culmine fuſae.*

vſ. 165. *nota clarare figura*] Alii *clarere.* Male. *Clarare* eſt actiuum, quod hoc loco requiritur; *clarere* neutrum. Cf. Grotium p. 77.

vſ. 167. *Exinde Auſtralem ſoliti quem dicere Piſcem*] Sic bene correxit Morelius. Ald. et vett. vitioſe

Exinde auſtralem ſoliti conuincere piſcem

Aratus: *νότιον δέ ἑ κικλήσκουσι.*

vſ. 172. *Stellas ſub pedibus ſparſas radiantis Aquari*] Vulgo *ſtratas.* Sed *ſparſas* vſitatius Ciceroni. Sic ſupra vſ. 157. ſtellae *fuſae ſparſaeque videntur.* Cf. etiam Aratus: *σποράδην ὑποκείμενοι.*

vſ. 176. *ſub magni pedibus*] Ita Ald. et edd. vett. Aliae edd. *ſub magnis pedibus.*

vſ. 177. *gelido delapſum flumine fontis*] Ex emendatione Grotii in notis ad Germanicum. Vulgo *lumine.* Adſtipulantur Grotio codd. nonnulli.

vſ. 178. *ſpiniferam ſubter caudam*] Codd. mſſ. *ſpinigeram.*

vſ. 179. *Hae tenues ſtellae perhibentur nomine Aquäi*] Ed. Ald. corrupte *Etenus ſtellae.* Correxerunt alii, notante Morelio, *Aſt omnes.* Ipſe Morelius in textu dedit *Hae tenues*, quod vtique legendum eſſe (ſiue Eae *tenues κατὰ συναίρεσιν*) docuit ad h. l. Grotius. Pro *Aquäi* alii habent *Aquari.* Sed noſtra lectio praeferenda. Aratus: *τοὺς πάντας καλέουσιν ὕδωρ.* Monet tamen Grotius, etiam *Aquarium* pro *Aqua* apud veteres Latinos dici, et ſic etiam alteram lectionem ſuſtineri poſſe.

vſ. 182. *obſcurae ſine nomine cadunt*] Ex emendat. Grotii. Videntur autem Cicero et Germanicus apud Aratum pro *δινωτοὶ* legiſſe *ἄγνωτοι.* Vulgo *condunt.* Male.

vſ.

vſ. 185. *Exiguo ſuperûm quae limina tempore tranat;*] Recepi Turnebi emendationem *ſuperum limina* pro vulgato *ſuperûm lumina*. Aratus: Τοῦ δή τοι ὀλίγον μὲν ἐπὶ χρόνον ὑψόθ' ἑόντος Πεύσεαι·

vſ. 187. *Arcturo magnum ſpatium ſuperà dedit, orbem Iuppiter huic paruum inferiori in parte locauit*] Secutus ſum Grotium. *Spatium* et *orbem* vocat arcum illum, qui ab Orientali Finitoris ſigno ad Occidentale per datum ſignum ducitur. *Metas* vocat Caeſar. Turnebus ita diſtinguere malebat: *Arcturo magnum ſpatium ſupera dedit orbem Iuppiter, huic paruum etc.* Edd. vett. *hunc paruum.*

vſ. 202. *et ſubitis auris diduxerit Ara*] Grotius coniiciebat: *et ſubitas auras diduxerit aura.* Minime aſſentior.

vſ. 203. *Sin humeros medio in coelo Centaurus habebit*] Grot. ad h. l. „Nimirum punctum medium intelligit arcus illius, qui inter duo Finitoris puncta ducitur, vbi videlicet ipſe arcus a Meridiano interſecatur. Haec eſt, quam mediam coeli viam dicunt. Nam Centaurus omnino illis non potuit μεσουρανεῖν.

vſ. 208. *clarum collucens Scorpius*] Edd. Ald. et vett. *claro*, ita vt epitheton referatur ad Centaurum. Alii *clare*. Noſtrum tuentur etiam codd. mſti et plures edd.

vſ. 210. *Cedit, equi partes properans ſubiungere Chelis*] Legebatur hic verſus corrupte apud Aldum ſic: *Cedite qui partis properat coniungere Chelis.* Ipſe Cicero de Nat. D. II, 44. citat *ſubmergere.* Sed et hic et illic libri ſunt corrupti. Vt nos dedimus, emendauit Grotius. Reſtituerat iam Morelius *Cedit, equi* et *properans.* Aratus eleganter: ἱππούραια δ' ὑπὸ σφίσι Χηλαὶ ἔχουσιν.

vſ. 211. *Hic dextram porgens*] *Porgens* dici pro *porrigens*, vt *ſurgens* pro *ſurrigens*, vix eſt quod moneam. Aldus habet *pergens;* quod non improbauit Grotius; regitur

gitur tum *dextram* ab antecedenti *cedit*, vel a ſequenti tendit. Poſſit etiam legi *Caedit*, vt ad Feram referatur, quae Hoſtia dicitur Hygino. Nil tamen equidem in vulgato textu mutaui.

vſ. 214. *infernis de partibus*] Sic Cicero vertit περαιέθεν. Auienus *Deſuper*. Theon περαίαν dici ait τὴν ἀνατολήν, aſſeuerat autem ibidem, vocem etiam de *occaſu* ſumi. Ita eadem vox contrarias habet ſignificationes. Grotius mauult vertere: *vlterius*. Cod. Leid. *infernis e partibus*. Alii codd. *infernis a part.*

vſ. 216. *ad terga Nepäi*] Intelligitur a Cicerone ſub Nepa Cancer. v. ſupra ad Fragm. XIV.

vſ. 218. *Centaurum leni contingit lubrica cauda*] Cod. Leid. *leui*. Melius forſitan.

vſ. 220. *Extremum — Coruus Roſtro tundit*] Aldus: Extrema. Alii: *Extremo*. Morelius et Grotius: *Extremum*, quod retinui. Cicero ipſe citat *Extremam*, ita vt non ad ſinum, ſed ad Hydram ſpectet. Alii: *Roſtro tundet*. Non recte. Aratus κόπτοντα.

vſ. 222. *Ante canis*] Ex emendatione Grotii et Scaligeri, qui poſterior malebat ἀρχαϊκῶς *Antecanis*. Vulgo: *Ante canem*. Perperam. Ceterum in hoc verſu deſinit Cod. Leid.

vſ. 224. *Aeternumque volens mundi cognoſcere motum*] Deeſt hic verſus in pluribus edd. vt et in Moreliana.

vſ. 225. *coelum luſtrantia curſu*] Male vulgo: *coeli*.

vſ. 226. *labier orbem*] Ex emendatione Turnebi et Grotii. Intelligitur Zodiacus. Vulgo *orbes*. Male.

vſ. 228. *quae faciunt veſtigia curſu*] Alii *qua*, vel *quo*.

vſ. 229. *veſtigia — protrita feruntur*] Sic melius edd. vett. In aliis *portata teruntur*, nullo ſenſu. Grotius proponebat: *portata feruntur*. Sed quid ſint *veſtigia portata*, equidem non capio.

vſ.

vſ. 230. *ſic malunt*] Aliae edd. *ſed malunt.*

vſ. 231. *Hae faciunt*] Ita iam correxit Grotius vulgatum *Haec.* Refertur enim *Hae* ad *ſtellas* quinque ſupra memoratas.

vſ. 234. *Quarum ego*] Iterum ſpectat ad ſtellas. Male vulgo: *Quorum ego.* Ed. Ald. *Quare ego.* Ingenioſe hanc lectionem explicat Grotius. Scriptum erat in codice: *Quar. ego* pro *Quarum ego.*

totos euoluere curſus] Meminit Grotius coniecturae patris: *tortos euoluere curſus*, quae etiam mihi haud displicet.

vſ. 235. *certo voluuntur in orbe*] Alii *euoluuntur.*

vſ. 236. *Fixa, ſimul magnos edemus gentibus orbes*] Verſus, quemadmodum vulgo legebatur: *Fixa, ſimul magnos edam gentibus orbes*, erat hiulcus. Ed. Ald. *Fixa, ſimul magno ſedem gentibus orbes.* Alii: *Magnos ſimiles verſentibus orbes.* Turnebus emendauit: *Magnos edicam gentibus orbes*, vel pro *gentibus*, *cantibus.* Secutus ſum Grotium, cuius correctio verſus mihi videtur leviſſima. Neque tamen verſum omnino integritati reſtitutum puto. Offendit inprimis repetitio vocis *orbis: quae voluuntur in* orbe *Fixa, ſimul magnos edemus gentibus* orbes.

vſ. 239. *Amplexi terram*] Ex emendatione Grotii. Vulgo *terra.*

vſ. 240. *annorum volitantia lumina*] Videtur legiſſe Cicero apud Aratum:

Ἄστρα περισκοπέοντι ἀνυομένων ἐνιαυτῶν.

Vide not. ad h. v. Vol. I. p. 421.

vſ. 242. *Tum magnos orbes*] Reſtitui *magnos* ex ed. Ald. Vulgo: *Tum multos orbes.*

vſ. 245. *Nam ſi nocturno cognoſcens tempore coelum*] Vetuſtiſſimi codd. *Nec ſic.* Male. Alius cod. penes Grotium *Et ſi.* Excudebat hinc Grotius lectionem *En, ſi.* Malui

Malui tam cum Morelio quam aliis legere *Nam ſi.* Pro *cognoſcens* Grotius etiam reponere voluit *conuiſens*, quoniam *viſere* et *conuiſere* ſint verba poetica Ciceronis hac de re. Verum vtitur Cicero quoque verbo *cognoſcere*, quare mutatio non eſt neceſſaria.

vſ. 249. *Lacteus hic nimio fulgens candore notatur*] In ed. Ald. *in nimio.* Coniicit propterea Grotius legendum *is nimio.* Pro *notatur* alii habent *vocatur;* melius forſitan. Quod Grotio placuit, *rotatur*, equidem non probauerim; vult enim Cicero hoc ipſum, Circum *vocari* Lacteum. Ceterum *nimio candore* dictum pro *magno candore.* Sic ſupra: *haud nimio luſtratus nitore — haud nimis ingenti cum corpore* i. e. *valde ingenti.*

vſ. 250. *Hic non perpetuum detexens conficit orbem*] Ed. Ald *His.* Forſitan itaque legendum *Is.* Grotius putat, Ciceronem apud Aratum aliter quam nos legiſſe

— — γάλα μιν καλέουσιν
Τοῦ δή τοι Χροιὴ μὲν ἀλίγκιον οὐδ' ἔτι κύκλου
Δινεῖται —

vſ. 254. *Ora petens Geminorum illuſtria*] Ita emendauit Grotius. Vulgo vitioſe: *Ora petens Geminorum illuſtratum.*

vſ. 257. *At Andromeda*] Vulgo: *ad Andromedam.* Male. Turnebus: *At Andromedae.* In verſu ſuperiori pro *ſura laeua* ed. Ald. vitioſe *ſupera laeuae.* Aratus: λαιὴ δὲ κνήμη. Quae iam ſequuntur apud Aratum, a Cicerone ſunt omiſſa, niſi quid deſit.

vſ. 259. *clinato corpore tergum*] Cf. not. ad Arat. vſ. 487. Vol. I.

vſ. 260. *Anguitenens humeris connititur*] Coniicit Grotius *connectitur.* Turnebus: *conuertitur.* Sed nihil eſt in vulgato mutandum.

vſ. 262. *At vero totum ſpatium conueſtiet orbis Magnu' Leo*] Ita dedi ex emendatione Grotii. Codd. *con-*

conuertit et orbis. Alii, in his Morelius, *conuertit et orbis.* Male. Fuere, qui hunc verſum omnino eiicerent et ſequentem inchoarent: *Inde Leo.* Cf. Theon ad h. l.

vſ. 265. *medio diſtinguens corpore curſus*] Non reſpondet his verſus Arateus. Vult Cicero, ſolem ſolſtitii aeſtiui tempore medium eſſe inter Arcticum et Eclipticam. Cf. Germanicus et Auienus.

vſ. 266. *Hic totus medius circo diſiungitur: Iſte Pectoribus validis atque aluo poſſidet orbem*] Sic praeclare hunc locum reſtituit Grotius in notis. Legebatur vulgo: *diſiungitur ipſo* etc. quare plerique, etiam, cum textum operis traderet, ipſe Grotius, verſus eſſe mutilos, vel excidiſſe quosdam, ſuſpicati ſunt. Quodſi autem lectionem noſtram ſequaris, ſenſus et nexus ſatis ſit perſpicuus. *Hic*, (ſcil. Cancer) a circulo aeſtiuo diſiungitur; *Ille*, (ſcil. Leo) orbem poſſidet στήθεσι καὶ γαστέρι. Cf. Aratus. Quae poeta graecus de oculis Cancri dixit, a Cicerone et a Germanico non ſunt reddita, ſiue quod ea non legerent in codd. ſuis, ſiue quod ſuperflua putarent.

vſ. 271. *vis inferna frequentat*] Ita codd. mſ. Vulgo *frequentet.*

vſ. 271. *Alter ab infernis Cancro connectitur Auſtris*] Excidiſſe verſum patet; etiam ex Arateis:

Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Βορέῳ περὶ Καρκίνον ἐστήρικται,
Ἄλλος δ' ἀντιόωντι νότῳ —

Quare in hunc modum reſtituere vult Grotius:

Ille quidem a Borea Cancro connectitur auris.
Alter ab infernis contra connititur Auſtris.

Subſtiti in textu vulgato tamen, cum, quomodo Cicero ſcripſerit, plane incertum ſit. Aldus habet:

Alter ab infernis Auſtri conuertitur auris.

vſ. 273. *Diſtribuens medium*] Alii, vt lacunam explerent, legerunt: *Aſt alter medium;* ſed tum non quadrat, quod ſequitur: *ſubterſecat* hic *Capricornum.*

vſ. 275. *Caeruleaeque feram caudam Piſtricis*] Grotius maluit: *Caeruleamque ferae caudam P.*

vſ. 277. *Argoam retinet claro cum lumine Nauem*] Ita dedi ex emendatione veriſſima Grotii. Vulgo: *Argolicam retinet crebro cum lumine Nauem.* Ed. Ald. *crabro cum* lumine. Noſtram lectionem *claro cum lumine* iam alii editores in textum receperunt.

vſ. 281. *Cadens poſtremum tangit*] Sic vtique legendum cum Grotio. Aratus παρερχόμενος. Vulgo: *Condens.*

vſ. 282. *brumali tempore flexus*] Vulgo: *brumali tempore flexu.* Vitioſe. Correxit Grotius: *flexus.* Sic apud Auienum ſol τροπικὸς ἢ τρεπόμενος dicitur *pulſus.*

vſ. 284. *ſupera tres luce dicantur*] Dictum eſt pro: ſuperae (orbi) tres luce dicantur per ἀντίπτωσιν ablatiui pro datiuo.

vſ. 285. *Hoſce inter mediam partem retinere videtur*] Vulgo: *Haſce inter;* male; μεσσόθι τοῦ θερινοῦ καὶ χειμερινοῦ. Theon. Deinde vitioſe habent edd. vett. *mediam in partem.*

vſ. 291. *contingens pectore fertur*] Alii: *contingens corpore f.* Apud Aratum eſt ζώνη.

vſ. 292. *Hydra tenet flexu; Cratera et Coruus adhaeret*] Ita emendauit Turnebus, approbante etiam Grotio. Hydra tenet circulum flexu. Eſt καμπὴ Arati. Vulgo: *Hydra tenet flexu Crateram, Coruus adhaeret.*

vſ. 293. *Et paucae e Chelis ſtellae*] Vulgo: *Et paucae Chelis ſtellae.* Perperam.

vſ. 296. *deiunctos ſuſtinet axis*] Ex emendatione Turnebi. Vulgo *deuinctos ſ. a.*

vſ. 305. *diuino Numine flexi*] Reſtituit ſic iam Turnebus ex editione Aldina. Vulgo: *diuino lumine flexi.*

vſ.

vſ. 308. *Quatuor hi motu cuncti voluuntur eodem*] Aldus: *Quatuor in motus.* Suſpicatur propterea Grotius legendum: *Quatuor in motus cuncti voluuntur eosdem.* Vtrum malis, ſenſus eodem redit. Re vera in codd. ſcriptum fuiſſe arbitratur Grotius: *Quatuor ii motu.*

vſ. 312. *Ac ſubter terras*] Codd. mſſ. *At ſubter terras.*

vſ. 314. *Queis hunc conuexum coeli contingimus orbem*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *Queis lunae convexum c. tangimus o.* Turnebus corrigebat: *Queis lunae conuexum oculis tangimus orbem.* Sed veriſſima eſt Grotii lectio.

vſ. 315. *tantae potuerunt ſub eum ſuccedere partes*] Cf. Not. ad Arat. vſ. 542.

vſ. 327. *collucet Aquarius orbi*] Aliae edd. *orbem* ſiue *orbe.* Sed antiqua ſcriptura fuit *orbi.*

vſ. 328. *Exin ſquammiferi ſerpentes ludere Piſces*] Neſcio an hic verſus adeo ſit deprauatus, vt Grotius ſibi perſuaſit. Legendum cenſet: *Exin ſquammifero ſerpentes ſudere Piſces;* ita vt *ſudere* ἀρχαϊκῶς dictum ſit pro *ſidere.* Vix tamen credo, Ciceronem epitheton *ſquammiferum* ad ipſum ſidus, non ad figuram ſideris (Piſces), retuliſſe. Monet interea Grotius, *ſquammiferi* in vulgata lectione poſſe retineri, ſed *ludere* (Piſces), eſſe intolerabile; quod mihi quidem ſecus videtur. Codd. et edd. in noſtra lectione omnes conſpirant.

vſ. 332. *conueſtit lumine luſtrans*] Alii *conuertit.* Male.

vſ. 333. *Annua conficiens vertenti tempora curſu*] Ed. Ald. *vertentia tempora curſus.* Alii *vertentia tempora curſu.* Grotius propoſuit: *vertentis tempora curſus,* ſiue quam nos dedimus lectionem. Aratus: Πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγων.

vſ. 334. *Hic quantum terris*] Alii: *Hic quantus terris.* In ſequentibus aliae edd habent *connexus* vel *confectus pellitur orbis* pro *conuexus.* Perperam.

vſ. 335. *Tantundem ille patens ſuperà mortalibus extat*] Alii: *Tantundem pandens* et *edit* pro *extat;* hinc Grotius coniicit legendum *exit.* Equidem vulgatum retinere malui. Turnebus emendabat: *Tantundem parens* pro *apparens.*

vſ. 337. *Tot coelum rurſus fugientia ſigna reuiſunt*] Ex emendatione Grotii praeclara. Vulgo: *Tot coelum iuſſus*, quod alii mutarunt in *iuſſu*, medelam hac mutatione afferentes nullam. Turnebus emendabat: *Tot coelùm iuxta.*

vſ. 340. *Quod — relictum Signifero ex orbi'ſt*] Ita reſtituit Grotius. Vulgo: *Quod — relictum eſt ſignifer* (Ald. *ſignifero*) *ex orbe et ſignorum o. f.*

vſ. 346. *notas coeli de tegmine ſumens*] Alii *ſumes.* Minus bene.

vſ. 350. *Nam ſimul vt ſupero ſe totum lumine Cancer Extulit*] Ex emendat. Grotii. Vulgo: *toto lumine.* Alii habent: *Nam ſimulac primum ſupero ſe lumine Cancer Extulit.* Non bene.

vſ. 353. *Dimidiam retinet ſtellis diſtincta Corona, Partem iam ſuperà, atque alia de parte repulſa eſt*] Ita recte hos verſus conſtituit Grotius. Vulgo: *retincus*, et in altero verſu: *Partem etiam ſuperà.*

vſ. 355. *Quam tamen*] Alii: *Quum tamen.*

vſ. 357. *camurumque recondit*] Vulgo: *Cancrumque recondit.* Perperam. Spectat epitheton *camurus* ad Anguem in verſu ſequenti. Eſt *camùrus*, licet proprie de cornibus dicatur, ἐπικαμπής, *tortus*, vt angui conuenit. Aliam coniecturam a nonnullis quoque receptam propinauit

nauit Grotius: *clarumque recondit.* Accedit autem *camurum* propius ad vulgatam lectionem corruptam.

vſ. 366. *conuertit ſidera tellus*] Alii male: *conueſlit.* Permutatae ſunt ſaepius hae duae voces in codd.

vſ. 372. *ſimul vis magna Aquilāi*] Reſtituit Turnebus Aduerſ. IIX, 17. et approbauit eius emendationem Grotius. Inepte vulgo legebatur: *ſimul vis maior Aquari.* Apud Aratum eſt ὁ Αἰστός. Repoſuerunt propterea alii, vt Morelius, *vis maior Aeti.* Eſt autem non probabile, Ciceronem voce graeca h. l. vſum eſſe; deinde ſonat vox graece ἀστὸς, non ἀητὸς; denique intelligi nequit, quid ſit vis *maior* Aquilae? Itaque haud cunctanter Turnebi emendationem in textum recepi.

vſ. 373. *flexo conſidens corpore Niſus*] Reſcripſit Turnebus *conſidens.* Alii male *confidens.*

vſ. 380. *illuſtri lumine Virgo*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *illuſtria lumina Virgo.*

vſ. 390. *per coeli lumina Nauis*] Alii: *per coeli numina.* Vitioſe. Turnebus corrigebat: *per coeli limina.*

vſ. 392. *Et iamiam toto proceſſit corpore Virgo*] Alii hunc verſum priori anteponentes legunt: *Et cum iam toto* etc. quam lectionem veram pronuntiat Grotius, in quo tamen ei non aſſentior. Conuenit etiam ordo verſuum noſter cum Arato.

vſ. 394. *Exiſlit pariter*] i. e. oritur. Sic ſupra: *Quae ſimul exiſtant cerues.*

vſ. 400. *vacans vulgato nomine*] Male alii: *vagans.* In verſu 398. *Nondum tota patet, nam caudam contegit vmbra* recepi emendationem Turnebi, quam ſenſus neceſſario exigit. Vulgo: *Nondum tota latet, non caudam contegit vmbra.* Cf. infra vſ. 449.

vſ. 406. *Nam ſecum*] Alii: *Non ſecum.* Perperam.

vſ. 419. *Late fuſa volat, per terras fama vagatur*] Deſiderantur poſterius huius verſus hemiſtichium et ſequentes quatuor verſus in plerisque codd. Sunt autem, iudice etiam Grotio, vere Ciceroniani, ex Arato expreſſi, et ad ſenſum neceſſarii. Verſus ſupra exſcriptus, quemadmodum nunc legitur, nec cum antecedenti cohaeret, nec Aratéis reſpondet. Quare Grotius emendauit: *Late fuſa volans per terras labitur vnda;* et in ſequenti verſu pro: *vt quondam Orion* legere iubet: *Vi quondam Orion.* Equidem cum ipſius Ciceronis verba reſtitui probabiliter nequeant, vulgatam lectionem retinui.

vſ. 422. *Defixa in gurgite Chius*] Ex emend. Grotii. Ed. Ald. *Echinus.* Hinc alii legerunt *Echineis*, contra ſenſum et metrum. Echinades inſulae ſunt in Acheloo flumine; Chius in mari Aegaeo.

vſ. 423. *Brachia cui viridi conueſtit tegmine vitis*] Ed. Ald. *Brachia quam viridi.* Grotius mauult: *Brachia qua viridi.* Erant plurimae vites in Chio inſula, praeſertim ad Aruiſium promontorium, vnde dicta Aruiſia vina, vt ab ipſa inſula, Chia. *Brachia* forſitan non intelligenda ſunt vitium ipſarum (ex ſententia Scaligeri), ſed lucorum. Eodem ſenſu Auienus h. l.

— — *Et frondentia late*
Brachia lucorum.

vſ. 425. *epulas ornare nitentes*] Ita recte reſcripſit Grotius e codice ſuo. Vulgo: *epulas coenare nitentes.*

vſ. 441. *Nam retinent Arctae*] Vulgo *Arcti.* Ed. Ald. *Arcto.* Vetus ſcriptura eſt *Arctae*, quae etiam, teſte Grotio, in antiquiſſimo codice Germanici reperitur.

vſ. 445. *poſt humeris euerſa ſede refertur*] Alii *poſt humeros.* Minus bene.

vſ. 452. *Antepedum contecta*] Ciceronis *Antepedes* ſunt Arato προτερόποδες. Sic Προκύων Ciceroni dicebatur

tur *Antecanis.* In ſequentibus: *cum lumina pandit* Grotius mauult *tum.* Alii *cum lumine pandit.* Perperam.

vſ. 456. *conuerſus corpore Niſus*] Alii *conuerſo corpore N.* Aratus: τετραμμένος.

vſ. 457. *praecordia luſtrans*] Alii *geſtans.*

vſ. 460. *Inſtitit, emergit Niſi caput*] Alii *Inſtitit et mergit N. c.* Perperam.

vſ. 461. *Et prodit corpore Cepheus*] Alii *pectore.* Similis varians lectio occurrit ſupra. Dedi *prodit* pro vulgato *promit.*

vſ. 463. *Obit et Lepus*] Male alii: *obiit ſimul.*

vſ. 465—469. *Crus dextrumque — depellit nomine Nauem*] Ordinem horum verſuum reſtituit Grotius. „Nam Perſeus," inquit, „et puppis Argus ex Arati mente Sagittario oriente occidunt. Aratus omnia quae ad Aurigam pertinent ſuo more coniungens dixit, τὰ νεῖατα eius ſub Sagittario occidere, ſed non manum dextram et Capram et Haedos, quae Capricorno demum oriente occidunt. Cicero contra ea diſtinguenda putauit, et quae ſub Sagittario, ab iis, quae ſub Capricorno occidant, ceuſuit ſeparanda. Idem et Cicero et alii interpretes fecerunt in ſua translatione, praeſertim in tertia hac Phaenomenorum parte, quae περὶ συναναιολῶν καὶ συνδυσμῶν tractat, quod videre ex diligenti collatione perfacile eſt. Sed Critici quidam fidentiores dum Ciceronem in Arateum ordinem redigunt, non conſiderarunt, ſe et contra Arati et contra Ciceronis mentem vadere, dum Perſeum et puppim Nauis iis annumerant, quae Capricorno oriente occidunt; ſed duos hos verſus:

Crus dextrumque pedem linquens obit infera Perſeus
In loca; tum cedens a puppi linquitur Argo.

alii in fine huius Frāgmenti poſuerunt, alii ante duos vltimos collocarunt. Vtrumque, vt patet, perperam.“

vſ. 470. *emergunt alite lapſu E terris volucreis; exiſtit clara Sagitta*] Vulgata erat lectio: *emergunt 'alite lapſum* (aliae edd. *alites vna*, contra metrum), *Et volucris terris exiſtit clara Sagitta.* Vt equidem dedi, emendauit Turnebus, probante etiam Grotio. Volucres intelliguntur Aquila et Olor. Haud diffiteor tamen, in Turnebi emendatione me offendere, quod volucres *lapſu* alite *emergant.*

NOTAE

NOTAE
IN M. T. CICERONIS PROGNOSTICORVM ARATEORVM FRAGMENTA.

FRAGM. II.

Aſt autem tenui quae candet lumine Phatne] Ex emendatione Patricii a Grotio quoque recepta. Vulgo: *quae candent lumine Phatnae.* Cf. Plin. H. N. XVIII. cap. vlt. *Sunt in ſigno Cancri duae ſtellae paruae, Aſelli appellatae, exiguum inter illos obtinente nubecula, quam* Praeſepia *appellant. Haec cum caelo ſereno apparere deſierit, atrox hyems ſequitur* etc. In Grotii Dioſemeorum Arati verſione metrica, cui fragmenta Ciceronis intertexta ſunt, perperam, ipſo Grotio notante, impreſſum: *Aſt vero tenui caligans lumine Phatne.* In exemplo meo Syntagmatis Arateorum Grotii adſcripſit docta manus: *Aſt autem tenui quae ſplendet lumine Phatne.*

III.

vſ. 7. *Raua fulix*] Codd. mſſ. librorum Ciceronis *de Diuinatione*, in quibus hi verſus citantur, habent: *Rana fulix*, quare arbitrati ſunt interpretes Ciceronis, hunc ad ranas tempeſtatis praenuntias reſpexiſſe, quemadmodum in epiſt. ad. Att. XV, 16. et in ipſis libris de Diuinatione I, 9. haud multo poſt fragmentum noſtrum. Grotius in

veteri codice inuenit: *Raua fulix.* Rauus color eſt ἐπιξουθὸς Arato. Forſitan apud Aratum pro: ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς Cicero legit: ἐπιξουθὸς ὅτ' ἐρωδιός. Auienus habet *Parua fulix*, quod itidem in *Raua fulix* mutandum eſſet, ſi Grotii coniecturam recipere volumus. Cf. not. ad Arat. Dioſ. vſ. 181 ſq. Vol. I.

IV.

vſ. 5. *Et matutinis acredula vocibus inflat*] De *acredula* cf. Grot. ad h. l. et not. ad Arati Dioſ. vſ. 216. Vol. I.

V.

NOTAE

AD

GERMANICI CAESARIS

ARATEA.

NOTAE
AD GERMANICI CAESARIS
ARATEA.

vſ. 1. *Ab Ioue principium magno deduxit Aratus Carminis; at nobis, genitor, Tu maximus auctor;*] Maluit Grotius ſic diſtinguere:

Ab Ioue principium magno deduxit Aratus;
Carminis at nobis, genitor, Tu maximus auctor;

Verum interpunctio vulgata melior eſt, et in *auctor* ſubintelligendum *carminis* ex antecedentibus. *Genitorem* haud dubie innuit Germanicus Auguſtum, quamuis improprie ſe huius filium appellet, cum eſſet hic auus, ille nepos per adoptionem; erat enim ille Druſi Claudii, qui Auguſti priuignus erat, filius, poſtea a Tiberio patruo adoptatus, Auguſto Tiberium adoptante, factus eſt Auguſti nepos. Allocutus eſt Germanicus infra quoque Auguſtum, vt vſ. 16

Pax Tua, Tuque adſis nato, numenque ſecundes.

vſ. 558.

Hic, Auguſte, Tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentes, patriamque pauentem,
In coelum tulit, et maternis reddidit aſtris.

Ad ſe ipſum reſpexit cum adulatione Auguſti infra vſ. 185.

— — prodeſt maieſtas ſaepe parentis.

Cf. Manil. Aſtron. I, 7 ſq.

vſ.

vſ. 5—10. *Quantum etenim poſſent*] Cf. Auien. vſ. 55 ſq.

Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes?
Autumni reditu cur ſub gelido Capricorno
Bruma pruinoſi iuga triſtia ſolueret anni?
Cur ſpatium lucis madidae cum tempore noctis
Libra celerque Aries dimenſo pondere Olympi
Aequarent? —

Ab vtroque poeta, Germanico et Auieno, Aſtronomia ex ſolſtitiis et aequinoctiis deſcribitur; deſumſit tamen Auienus haec, Arato intacta, ex Germanico. — Reſtitui cum Grotio *poſſent* pro vulgato *poſſint*, nam interrogatiue haec et ſequentia accipienda ſunt. Ex vulgata lectione:

Quantum etenim poſſint anni certiſſima ſigna
— — — — — — — — — — —
Si non parta quies Te praeſide, puppibus aequor,
Cultorique daret terras, procul arua ſilerent

nullus exit idoneus ſenſus. Reſcribendum itaque:

Quantum etenim poſſent anni certiſſima ſigna,
— — — — — — — — — — —
Si non parta quies Te praeſide puppibus aequor,
Cultorique daret terras? Procul arua ſilerent.

Iam ſenſus totius loci eſt hic: Quid iuuaret ſolſtitiorum et aequinoctiorum cognitio, niſi Pax, te auctore data, concederet nautis mare et terram colonis tuto vſurpandam? ſane arua ſquallerent; hoc enim eſt *ſilere* poetis. Coniunxit Germanicus nautas et colonos, quorum vſibus maxime inſeruit Aſtronomia. Pro *arua* Ms. habet *arma*. Male.

vſ. 11. *Nunc vacat*] Ita Ms. Peſſime vulgo:

Nunc vocat, audaces in coelum tollere vultus.

Imitatus eſt Auienus vſ. 73.

Iam placet in ſuperum viſus ſuſtollere coelum.

vſ.

vſ. 13. *quid ſritus vitet arator*] Ex Ms. dedit Grotius. Edd. antiq. *quid vitet doctus arator.*

vſ. 15. *Haec ego dum Latiis conor praedicere Muſis, Pax Tua, Tuque adſis nato, numenque ſecundes*] Vulgo:

Haec ego tum laetis cogor praedicere muſis,

Ms. *latis* pro *laetis;* hinc Grotius *Latiis* legendum cenſuit, quod equidem in textum recepi, vti alteram eiusdem emendationem *conor* pro *cogor*, qua nihil verius. In verſu ſequenti pro *numenque ſecundes* coniici poteſt: *carmenque ſecundes.* Verum *numen* eſt hoc loco ſpiritus poeticus (*la verve*).

vſ. 17. *Caetera, quae toto fulgent vaga ſidera mundo*] Similiter Cicero:

Caetera labuntur tacito coeleſtia motu.

Argutatus eſt Grotius, Ciceronem melius rem expreſſiſſe obſeruans, cum *axis* ſit inter *coeleſtia*, non inter *ſidera.*

vſ. 19. *Axis at immotus*] Edd. antiq. *Axis ſtat immotus.* Male. Correxit iam Morelius.

vſ. 20. *Libratasque tenet*] Manilius Aſtron. I, 287.

Libratumque gerit diuerſo cardine mundum.

vſ. 21. *Orbem agit. Extremum geminus determinat axem, Quem Graii dixere polum*] Ita recte diſtinxit Grotius. Vulgo:

Orbem agit extremum. Geminus determinat axem.

Cf. not. ad Arat. Phaen. vſ. 23. Vol. I. p. 382. In nonnullis edd. antiq. male *geminis.*

pars merſa ſub vndas] Ms. *quo merſa.* Perperam; ſequitur enim: *pars celſa ſub horrifero Aquilone. Partem poli*, recte monuit Grotius, dixiſſe Germanicum pro altero polo, vt et Auienus vſ. 93:

— — Oceano pars
Sublime erigitur; ſubit altera merſa ſub vndas
Pars Erebum;

Neque

Neque aliter Cicero in Arateis Fragm. XXXII. vſ. 8. dixit *tertia pars lateris* pro tertio latere. Eſt ſpecies aliquatenus pars generis, et polus arcticus et antarcticus ſub polo omnino comprehenduntur, vt primum, ſecundum, tertium latus ſub latere omnino. Pro *polum* edd. habent nonnullae graecam terminationem *polon*, vt et in ſequentibus *Arctoe* pro *Arcti*. Equidem ſemper latinam terminationem reſtituì, quod ſemel animaduertiſſe ſufficiat.

vſ. 24. 25.] Hos duos verſus imitatus eſt Auienus vſ. 101:

Contemplare ſacras vt mundus ſubiicit Arctos.
Sic aſtrum dici Cnidius dedit; Auſone easdem
Voce feras Vrſasque et Plauſtra vocare ſolemus:
Fabula nanque, Vrſas; ſpecies dat Plauſtra videri.

vſ. 26. *Plauſtraue, quae facies ſtellarum eſt proxima vero*] Edd. *Plauſtrumue, et facies ſtellarum eſt proxima vero.* Ms.

Plauſtra, quaeque facies ſtellarum proxima vero inuito metro. Vti nos dedimus, correxit Grotius. Cf. Auienus h. l.

vſ. 27. *Tres temone, rotisque micant ſublime quaternae*] Non bene vulgo diſtinguitur:

Tres temone rotisque micant, ſublime quaternae.

vſ. 29. *caput alterius*] Ms. *vlterius.* Male.

vſ. 30. *pronas rapit orbis in ipſos Decliueis humeros*] Ms. *axis* pro *orbis* et *declines* pro *decliues.* Non male. Occurrit quoque infra vſ. 61 in mſto: *ſerpentis decline caput* pro *decliue caput* in vulgatis.

vſ. 31. *Veteri ſi gratia famae*] Ex emendatione Grotii. Arat. Phaen. vſ. 30. εἰ ἐτεὸν δή. Edd. antiq. *Veteris ſi gratia formae*, nullo ſenſu. Ms. *veteris ſi gratia famae.*

vſ. 33. *Donauit coelo*] Ms. *Donabit.* Vitioſe.

vſ. 34.

vſ. 34. 35. *Quod fidae comites prima incunabula magni Fouerunt Iouis*] Sic emendauit Schraderus, et legi *Foverunt* etiam in cod. quodam mſto, teſtatus eſt Petrus Scriuerius. Vulgo: *Viderunt Iouis.* Ed. Aldin. habet:

Quod fidei comites prima incunabula magni
Fuderunt Iouis attonitae, cum furta parentis.

In cod. mſ. Grotii vſ. 35 male deerat. Grotius vulgatam lectionem retinuit. Cf. not. ad Arat. Phaen. vſ. 33. p. 384.

vſ. 38. *Dictaei exercent dominae famuli Corybantes*] Verſus eſt corruptiſſimus. Verae lectioni proxime forſitan accedit Aldina: *Dicta exercere dominae;* nam leuiſſima mutatione legi poteſt: *Dicta exercerent*, et ſenſus euadit ſanus. Mutarunt edd. ſeriores lectionem Aldinam in *Dictaei exercent* vel *Dictaei exercerent* (non vt in notis Grotii operarum peccato impreſſum eſt: *Dictaei exiſtent*). Ms. Grotii: *Dictaei texere Datis.* Hinc Grotius exſculpſit lectionem:

Dictaei texere Atydis famuli Corybantes,

notum enim omnibus, Corybantes Atydis et Deorum matris miniſtros fuiſſe.

vſ. 40. *Dat Graiis Helice curſum*] Vulgo: *curſus.* Minus bene.

vſ. 44. *ſeptem quam Creſſia flammis*] Ms. *qua.* Male.

vſ. 48. *abrupti fluminis inſtar*] Edd. antiq. *luminis inſtar.* Male. Arat. Phaen. vſ. 45. οἵη ποταμοῖο ἀποῤῥὼξ, quod egregie expreſſit Germanicus. Minus apte Cicero:

— *rapido cum gurgite flumen.*

Auienus vſ. 139.

Ceu circumflexo ſinuantur flumina lapſu.

Cf. Virgil. Georg. I, 245. Manil. Aſtron. I, 311 ſq.

vſ. 49. *volumina verſat*] Ita Ms. Vulgo: *volumina torquet.*

vſ. 50. *ſuperatque illas mirabile monſtrum*] Ms. *ſupra*. Forſitan Germanicus ſcripſit: *ſupera*, vt Cicero ſolet. Arat. Phaen. vſ. 46 μέγα θαῦμα, Δράκων.

vſ. 51. *Caudâ Helicen ſupra tendit, redit ad Cynoſuram*] Ita Ms. Vulgo: *Cauda Helicen ſuperat, tendit ſimul ad Cynoſuram.*

vſ. 52. *qua deſinit vltima cauda*] Ms. *quam.* Perperam.

vſ. 53. *Hac caput eſt Helices; flexu comprenditur alto Serpentis Cynoſura; ille explicat amplius orbes*] Sic reſtituit e mſto et diſtinxit Grotius. In vulgatis:

Hac caput eſt Helices; flexu comprenditur alto
Serpentis; Cynoſurae ille explicat amplius orbes.

Arat. Phaenom. vſ. 52. Σπείρη δ' ἐν Κυνόσουρα κάρη ἔχει. Cf. not. ad h. l. Vol. I. p. 386.

vſ. 58. *Tempus dexterius qua ſignat ſtella Draconis, Quaque ſedet mento, lucet nouiſſima caudae; Extremum qua Helices ſidus micat; hac radiatur Serpentis declive caput, qua proxima ſigna*] Vulgo vſ. 58. *dexterius quae*; Ms. Grot. *dexterique.* Vſ. 59. vulgatae edd. habent: *Quaeque ſedet mento, lucet nouiſſima cauda.* Repoſui ex mſto *Quaque*; in reliquis vulgatam lectionem ſeruaui. Grotius malebat:

Quaque ſedet mentum, luxere nouiſſima caudae.

vſ. 60. pro *qua proxima ſigna* edd. vulg. *quae proxima ſigna* et Ms. *vtque proxima ſigna.* Cf. Arat. Phaen. vſ. 58.

Λοξὸν δ' ἐστὶ κάρη, νεύοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν
Ἄκρην εἰς Ἑλίκης οὐρήν· μάλα δ' ἐστὶ κατ' ἰθὺ
Καὶ στόμα καὶ προτάφοιο τὰ δεξιὰ νειάτῳ οὐρῇ·
Κείνη που κεφαλὴ τῇ νήχεται, ἤχι περ ἄκραι —

„Eſt haec altera capitis ſerpentis deſcriptio, ex Arctico circulo. Sed non videtur Germanicus Arati mentem recte cepiſſe; niſi dicamus, Vrſas pro arctico circulo deſcribi,

ſcribi, et inde proxima ſigna occaſus ortusque dici, quemadmodum multi apud Homerum, qui ſolas Arctos ait immunes Oceani, Circulum intelligunt. Nam quaecunque in Arctico ſunt circulo numquam occidunt; eſt enim *μέγιστος τῶν ἀειφανῶν.*" *Grotius.*

vſ. 62. *qua proxima ſigna Occaſus ortusque vno tanguntur ab orbe*] Reſcripſi cum Grotio *ab orbe* pro vulgato *ab ore.* Nam quid hoc eſt: Serpentis os ibi eſt, vbi Vrſae ab ore tanguntur?

vſ. 64. *Arcti Semper inocciduis ſeruantes ignibus axem*] Vulgo: *in occiduis.* Male.

vſ. 65. *Haud procul Effigies inde eſt defecta labore*] Verſus hic et quatuor ſequentes de Nixo deſiderantur in Mſto Grotii, in quo etiam ordine perturbato Draconem ſequitur Arctophylax, Arctophylacem Corona, Coronam Ophiuchus, Ophiuchum Virgo — Pro *Effigies inde* ed. Aldin. habet corrupte *Efficiens vnde.* Effigies Arato Phaenom. vſ. 64. dicitur *Εἴδωλον.*

vſ. 66. *Non illi nomen*] Ed. Aldin. *Non illi Numen.* Male. Aratus l. l. *τὸ μὲν οὔ τις ἐπίσταται ἀμφαδὸν εἰπεῖν.*

vſ. 69. *Serpentis capiti figit veſtigia ſcaeua*] Ita e Mſto reſtituit Scriuerius. Vulgo: *ſaeua.* Grotius ad h. l. Scripſit Germanicus *laeua;* ſed quia Critici prioris ſaeculi Aratum viderunt pedem dextrum exprimere, quem ſequitur Auienus, locum hunc mutauerunt. Debuerant ſaltem Hyginum conſulere, qui diſertis verbis ait, laeuo pede caput Draconis opprimi; debuerant ipſum ſitum conſulere, qui ſatis iudicat, Nixum dextro pede, ſiniſtro capiti Draconis inſtare. Ipſe ſcholiaſtes fatetur, *laeuum* poni debuiſſe, ſed ait, vt Aratum excuſet, *τὸ δεξιτεροῦ* ad *Δράκοντος* referendum, vt ſit *δεξιτεροῦ Δράκοντος* pro *βορειοτέρου.* Sed non perſuadet. Notae nobis nugae Scholiaſtarum, qui numquam fateri volunt, auctorem ſuum

 erraſſe,

erraſſe, h. e. hominem eſſe. Itaque ſententias eius mordicus retinent, neque vnquam patiuntur, veritatem autoritati praeferri. Sed ipſe Germanicus nonne ſatis cauet, haec de dextro intelligi, cum praeiunxit: *Dextro namque genu Nixus.* Conſtat enim, alterum eſſe pedem, quo nititur, quam quo verticem Serpentis premit. Itaque reſtituenda hic Germanici lectio vetus et vera, etiamſi contra Arati mentem, a qua diſcedere Germanico non tam ſtricta religio. Cf. not. ad Arat. Phaen. vſ. 69. Vol. I. p. 391.

vſ. 70. *Claro Ariadnes qua ſacrata eſt igne Corona*] Sic Ms. Grot. Vulgo:

Clara Ariadnaeae propius ſtant ſigna Coronae.

Manil. Aſtron. V, 251.

— *tollentur ab vndis*
Clara Ariadneae quondam monimenta Coronae.

Cf. not. ad Arat. Phaen. vſ. 71. Vol. I. p. 391. Malebat tamen Grotius apud Germanicum legere:

Clara Ariadneae qua ſtant ſacra ſigna Coronae;

ſed ſecutus ſum equidem lectionem Mſti, etiam a Scriuerio in codice ſuo repertam.

vſ. 71. 72. *Terga nitent ſtellis; at qua ſe vertice tollit, Succiduis genibus laſſum et miſerabile ſidus*] Aldus hos verſus ad Coronam retulerat et ſcripſerat:

Terga nitet ſtellis, a quo ſe vertice tollit
Succiduis genibus lapſum et miſerabile * *

Eandem lectionem tuetur ed. Baſileenſis. Apparet, in verſu altero vocem vltimam deficere. Cuius loco edd. poſteriores, vt Morelliana et Sanctandreana, habent *monſtrum.* Egregios vero homines, inquit Grotius, qui quod deeſt in auctoribus, ſuopte ingenio ſupplent et pro genuinis venditant! Et quaenam ratio eſt, cur *Engonaſin* vocetur *monſtrum?* Vera itaque mſti lectio, quam exhibui. Coniungenda haec ſunt cum ſuperioribus, vbi Germanicus de Nixo locutus eſt. Aratus Phaen. vſ. 73.

Νώτῳ

Νώτῳ ὑποστρέφεται κεκμηκότος Εἰδώλοιο,
Νώτῳ μὲν Στέφανος πελάσι, κεφαλῇ γέ μεν ἄκρῃ
Σκέπτεο παρ κεφαλὴν Ὀφιούχου·

Praetulit Grotius *genibus lapſum* lectioni noſtrae *genibus laſſum;* reſpondet autem *laſſum* melius Arateo κεκμηκότος Εἰδώλοιο. Nec dici poteſt, Nixum lapſum eſſe.

vſ. 74. *Hâc Ophiuchus erit, longe caput ante notabis*] Vulgo: *Hic Ophiuchus erit, longe caput ante nitendo.* Correxit Grotius. Pro *Hic* reponendum erat *Hâc*, ſcil. parte; reſpicit enim ad antecedens: *qua ſe vertice tollit.* Pro *nitendo* Ms. Grot. *notabilis*, quod tamen verſus non admittit. Legendum vtique *notabis.* Arat. Phaen. vſ. 76. ἐπιφράσσαιο.

vſ. 76. *Illis languet honos, humeris manet integer ardor*] Ex emendatione Grotii, mſtum ſecuti. Vulgo: *Illis languet honor humeris, manus integer ardor.* Male. In noſtra lectione in *Illis* ſubintelligendum ex ſuperioribus eſt *membris.*

vſ. 76. *Luna etiam pleno menſem cum diuidit orbe*] Ita Ms. praeterquam quod in hoc *menſe* legitur. Vulgo vocibus transpoſitis:

Luna etiam menſem cum pleno diuidit orbe.

vſ. 82. *Eſt impar etc.*] Deeſt verſus in Ms. Grotii.

vſ. 83. *per laeuam*] Ms. *per laeuum.*

vſ. 84. *a laeua diſtantia*] Ms. *ad laeuam diſtant ea.*

vſ. 86. *fulget crinita corona*] Ita Ms. Recte. Vulgo *lucet.* Vitioſe in Ms. exaratum *crinata.*

vſ. 87. *At qua ſe dorſo ſinuabit lubricus Anguis*] Sic bene reſcripſit Grotius ex Mſto. Vulgo: *Ad quam ſe dorſo peruadit lubricus Anguis. Ad* pro *At* habet etiam Ms. Perperam.

vſ. 88. *Inſigni coelum perfundunt lumine Chelae*] Vulgo: *Inſignes.* Sed melior Mſti lectio. Cf. Arat. Phaen.

vſ. 89. *Inſigni* hic noua ſignificatione ſumitur pro ἀσήμῳ. Nam Chelae ſunt teſte Arato Φαέων ἐπιδευέες.

vſ. 89. *Ipſam Helicen ſequitur ſenior, baculoque minatus*] Ita Ms. Vulgo: *Inde Helicen.* Pro *baculo* Ms. male habet *iaculo.* Baculus eſt ὁ καλαύροψ. Pro *minatus* ed. Ald. *minatur.*

vſ. 90. *Siue ille Arctophylax, ſeu Bacchi ob munera caeſus Icarus ereptam penſauit fidere vitam*] Sic vtique cum Grotio legendum. Vulgo corruptiſſime:

Se velle Arctophylax, brachiorum munera caecus
Icarus ereptam penſauit munere ripam.

Ait Germanicus caeſum ob Bacchi munera Icarum; ita enim appellat Tibullus Eleg. IV, 1, 9:

— cunctis Baccho iucundior hoſpes
Icarus, vt puro teſtantur ſidera coelo.

Graeci plerumque *Icarium* nominant.

vſ. 95. *Virginis inde*] Reſtituit hunc verſum in edd. vulg. omiſſum Grotius ex Mſto. Deeſt in hoc verſus ſequens. Vterque tamen eſt neceſſarius.

vſ. 97. *Quam Te, Diua, vocem? Tangunt mortalia ſi Te Carmina*] Male vulgo: *Quam te diua vocant, tangunt* etc. Cf. Auienus vſ. 273 ſq.

vſ. 99. *medio mihi curſu*] Ms. *curru.* Male.

vſ. 102. *Aurea pacati regeres*] Ms. *regeret.* Male.

vſ. 104. 105. *Seu genus Aſtraei fueris, quem fama parentem Tradidit aſtrorum, ſeu vera intercidit aeuo Ortus fama tui*] Ita optime locum conſtituit Morellius, quicquid dixerit Grotius. Ed. Ald. habet:

Siue illi aſtra genus fuerit, quem fama parentem
Tradidit Aſtrorum, ſe vero intercipit aeuo.

Ms. Grotii: *ſiue illa Aſtraei genus eſt.* Male quidem, ſed ad veritatem propius. Grotius legendum cenſuit: *ſiue illa Aſtraei genus es*, hoc eſt, *ſiue Tu illa es Aſtraea, Aſtraei filia.* Duriſſime, vt quiuis ſentiet. Recepi itaque lectio-

lectionem Morellianam in textum; mutaui autem e mſto Grotii vſ. 105. *vero*, vti olim legebatur, in *vera*, ſcil. fama.

vſ. 107. *nec dedignata ſubire*] Ed. Ald. *deſignata*. Ms. *ſubiret*. Vtraque lectio vitioſa.

vſ. 108. *et puros ſine crimine, Diua, Penates*] Ex mſto Grotii. Vulgo male: *et puros mores ſine crimine, Diua.*

vſ. 109. 110. *rude vulgus in omnes Formabas vitae ſinceros artibus vſus*] Iterum ex mſto. Vulgo: *in omnem Formabas vitae ſinceris artibus vſum.* Approbauit Grotius Mſti lectionem; malebat tantum *ſinceris* pro *ſinceros*, in quo tamen ei non adſtipulor.

vſ. 112. *diſcordia nota*] Aliae edd. *diſcordia nata*. Noſtram lectionem tuetur quoque Lactantius Inſtitt. de iuſtit. V, 5. Arat. Phaen. vſ. 108.

Οὕτω λευγαλέου τότε νείκεος ἠρίσαντο.

vſ. 114. 115. Ordo verborum eſt: Neque auidiſſima ſpes per dubios ventos petebat fabricata naue diuitias procul amotas. — Ed. Ald. *petebant* pro *petebat*.

vſ. 117. *terminus agri*] Auienus vſ. 309.

Nullus telluri limes datus, indice nullo
Culta ſecabantur, neque iam diſcretio campum
Metiri in dominos monſtrauerat —

Cicero, cuius verſus ſeruauit Lactantius l. l.

Ne ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quaerebant —

Arbitratur itaque Grotius, excidiſſe in graeco textu Arati vnum verſum, aut potius διχηρίτιος apud Aratum Latinos interpretatos eſſe non *diſceptationem*, ſed diſcretionem, vt nominat Auienus, aut vt ICti loquuntur, *communi dividundo iudicium*. Cf. not. ad Arat. Phaen. vſ. 112. Vol. I. p. 395.

vſ. 118. *Praeſtabat dominis*] Ms. Grot. *dominus*. Male.

vſ. 122. *triſtique genas abſcondita vitta*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *triſtisque genas abſcondita ripa*. Ms. Grot. *triſtesque*. Verſus vtique erat corruptus. Acute Grotius animaduertit: Supra vſ. 91. habuimus in vulgatis *penſauit munere ripam* pro *penſauit ſidere vitam*. Vt ibi *ripam* pro *vitam* poſitum, ita hîc *ripa* pro *vitta*, inter quae literae tantum repetitae eſt differentia.

vſ. 123. *Nulliusque larem*] Ms. *Nullius larem*. Idem quoque male in ſequenti verſu: *coetus notauit* pro vulgato: *coetusque notauit*.

vſ. 126. *Degeneres ſemper ſemperque habitura nepotes*] Ex Mſto. Male vulgo:

Degeneres quae habuit ſemperque habitura minores.

Cf. Arat. Phaen. vſ. 123. 124. quem etiam expreſſit Horatius Od. II, 7, 46 ſq.

Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

In verſu antecedenti 125 ed. Ald. vitioſe habet: *Increpito partum* pro: *Increpat, O patrum*.

vſ. 127. *Quid me cuius abit vſus per vota precatis?*] Sic legendum eſt autoritate Mſti Grot. Corrupte vulgo:

Quid me nunc habitus ſuper et mala vota vocatis?

Pro *precatis* Grotio arriſit *procatis* i. e. poſcitis. Feſtus: *Procat dicebant pro poſcit*. Senſus eodem redit, et dubito, an non Germanicus ſibi permiſerit vſum verbi *precare* pro *precari*, forma actiua, neceſſitate metrica adactus.

vſ. 129. *Artibus indomitis tradam*] Male ed. Ald. *tradant*. Morel. Sanctandr. *tradent*.

vſ. 130. *ſuper montes abit*] Deeſt *abit* in Mſto. Ed. Ald. vitioſe *ſuper monitus abit*.

vſ.

vſ. 133. *vitiis demerſa reſiſtunt*] Ms. Grotii *dimenſa.* Perperam. In vulgatis edd. praeterquam in Grotiana, ſequebatur verſus hic:

Quisque priora tenet veſtigia, quisque ſecunda,

qui cum male eſſet repetitus ex vſ. 142 infra, atque etiam in Mſto non legeretur, recte a Grotio deletus eſt.

vſ. 136. *Deſeruit propere terras iuſtiſſima Virgo*] Ms. *proprie.* Male. Citat hunc verſum Lactant. Inſtitt. V, 5.

vſ. 137. *Et coeli ſortita locum*] Grotius: „Si mihi perſuadere poſſim, Germanicum voce paullo antiquiore vſum, non dubitarem hìc legere:

Em coeli ſortita locum —

Feſtus: *Em pro Eum ab eo quod eſt Is.* Senſus tale quid poſtulat et forte hoc ipſum.“ Poteſt tamen etiam in *ſortita* facile *eſt* ſuppleri; tum docta Grotii emendatione non erit opus:

vſ. 138. *Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra Bootes*] Ms. *in occaſu.* Homer. Odyſſ. V, 272.

— ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην.

Cf. Il. XVIII, 486. Catullus in Coma Berenices LXVI, 65.

Virginis et ſaeui contingens nanque Leonis
Lumina Calyſtoi innicta Lycaoniae
Vertor in occaſum tardum dux ante Booten,
Qui vix ſero alto mergitur Oceano.

vſ. 139. *praeſtanti lumine*] Ms. *praeſtantis.* Male.

vſ. 140. *Helicen ignis*] Non bene vulgo: *Helicenque ignis.*

vſ. 141. Quinque hi verſus in Mſto Grotii αὐτογράφῳ deſunt; ſed in ea deſcriptione, quae litera recentiori facta eſt, deeſt verſus 142. legiturque perperam vſ. 141. bis *quidque* pro *quique;* vſ. 143 *qua* male pro *qui;* vſ. 145 *ignoti* bene pro *ignotae* aut *ignotis.* — Non in-

 tellexit

tellexit autem Aratum Germanicus; ille tres tantum ſtellas refert. hic quinque. Arat. Phaen. vſ. 143.

Οὗός οἱ πρὸ ποδῶν φέρεται καλός τε μέγας τε
Εἷς μὲν ὑπωμαίων, εἷς δ' ἰξυόθεν κατιόντων,
Ἄλλος δ' οὐραίοις ὑπὸ γονύασιν·

Recte hos verſus interpretatus eſt Auienus vſ. 371.

Qua ſunt prima ferae veſtigia, praeminet ignis;
Altera qua pèdibus regio eſt clunalibus, ardet
Stella itidem, genibusque dehinc ſe tertia promit.

Cf. Schaubach V. Cl. in not. ad Eratoſthenis Cataſterism. p. 84. In verſu 143. vix ſanum eſt: *et qui ſua ſidera reddit.* Forſitan legendum: *et qui ſua lumina reddit.*

vſ. 144. 145. *Namque alii — Vatibus ignoti priſcis*] Ita legendum. Praeceſſit: *ignis non clarior ambit, Quique micat cauda* etc. Poſſit tamen etiam vulgata lectio: *Nanque aliae — Vatibus ignotae priſcis* defendi; ſubintelligendum enim *ſtellae.*

vſ. 147. *At capiti ſuberunt Gemini*] Ed. Ald. *Anci-pitis ſuberit gemini qua poſterior pes.* Verba *qua poſterior pes* recte ad Leonis deſcriptionem retulit iam Morellius. Arat. Phaen. vſ. 148.

Ποσσὶ δ' ὑπ' ἀμφοτέροισι Λέων ὑπὸ καλὰ φαείνει.

Viſa eſt, vt Grotius monet, haec Cancri et Geminorum deſcriptio nimis arcta librariis et pictoribus; itaque, quod ridiculum eſt, quaedam ex Auieno vſ. 380 depromta hîc inſeruerunt hoc pacto:

At capiti ſuberunt Gemini, prolemque Tonantis
Egregium, et proprio poſt reddita numina coelo;
Nam Lacedaemoniis cum Mars caluiſſet Aphidnis,
Protinus alternae germanos tempora vitae
Iupiter attollit, coelique in celſu receptans
Aeternae flagrare facis iubet ignibus ambos.
Qua media eſt Helice, ſubiectum reſpice Cancrum,
Qua poſterior pes, et duro concaua dorſo

Tegmina

Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras;
Forma ſolet; diſpar Chelarum flamma coruſcat;
Nanque tribus ſtellis adoletur dextera Cancro.
Laeua duas pigro ſuccendit fomite flammas.

Praeter alios errores, a librariis admiſſos, verſus etiam multi, qui in Auieno ſunt, deſiderantur mutilâ ſententiâ. Sed de his ad Auienum.

vſ. 148. *Horrentesque iubas*] Ms. *Ora, horrentesque.* Male. Error ex ſimilitudine literarum et ſoni natus.

vſ. 150. *iam tum*] Vulgo *iam tunc.*

vſ. 151. *Tunc lymphae tenues, tunc eſt triſtiſſima tellus*] Ms. *Hinc Nymphae tenues*, quam lectionem non contemnendam putat Grotius, in quo ei tamen non aſſentior.

vſ. 152. *Et denſas laetus ſegetes bene condit arator*] Ms. *latus* et *condat.* Male.

vſ. 153. *Ne mihi tunc remis pulſet vada caerula puppis*] Ex Mſto, qui etiam habet *tum.* Male vulgo: *vaga caerula.*

vſ. 154. 155. *Dem potius ventis excuſſo vela rudente*
Excipiamque ſinu Zephyris ſpirantibus auras.] Ita hos verſus emendauit Grotius. Vulgo:

Dem potius ventis excluſo vela rudente,
Excipiamque ſinu Zephyris ſpirantibus auras.

Ms. Grotii:

Neu potius ventis excuſſo vela rudente,
Excipiantque ſinus Zephyris ſpirantibus auras.

In altero verſu malim equidem Ms. ſequi et legere *Excipiantque ſinus*, et in priori magis mihi arridet *Dent* pro *Dem.* Nam vſ. 153. *Ne mihi tunc remis pulſet vada caerula puppis* poſſit ita intelligi, vt aliis praecipiat poeta, neque tantum de ſe ipſo loquatur, hoc ſenſu: *Daſs mir alsdenn ia kein Schiff ſich auf's Meer wage! u. w.* Vtrum legeris, ſenſus idem manet; quod enim ſibi conſultum putat

tat poeta, id etiam aliis, et vice verſa. Virgilius Aen. III, 267.

— excuſſos iubet laxare rudentes.

Rudentes ſunt, quibus antennae ad malum conſtringuntur.

vſ. 156. *ſiue Atthide terra*] Reſtituit e Msto Grotius. Vulgatum: *ſiue inclyta forma* longe abſcedit ab hac lectione. Dicitur autem Erichthonius *Atthide terra natus*, quia ibi et Panathenaea inſtituiſſe et templum arcemque aedificaſſe fertur.

vſ. 157. *qui primus ſub iuga duxit*] Vulgo: *qui curru*. Minus bene. Virgil. Georg. III, 113.

Primus Erichthonius currus et quatuor auſus
Iungere equos.

vſ. 159. *in ſidere reddit*] Male vulgo: *in ſidera reddit.*

vſ. 160. *Sic nulli currus*] Vulgo: *Sic nulli curſus.* Perperam.

vſ. 162. *Ipſe ingens transuerſus abit laeuâ Geminorum*] Vulgo: *laeuam.* Aratum (Phaen. vſ. 160.) ad verbum expreſſit Germanicus:

Αὐτὸν μέν μιν ἅπαντα μέγαν Διδύμων ἐπὶ λαιῇ
Κεκλιμένον δῄεις.

Quare etiam mutaui *laeuam* in *laeua* (ἐπὶ λαιῇ). *Transverſus* eſt κεκλιμένος Arati.

vſ. 164. *vna putatur*] Lactant. Inſtitt. lib. I. de falſa relig. cap. 21. *Ipſius autem*, inquit, *Cretici Iouis ſacra quid aliud, quam quomodo ſit aut ſubtractus patri aut nutritus oſtendunt? Capella eſt Amaltheae Nymphae, quae vberibus ſuis aluit infantem, de qua Germanicus Caeſar in Arateo carmine ſic ait:*

— — Illa putatur
Nutrix eſſe Iouis, ſi vere Iupiter infans
Vbera Cretaeae mulſit fidiſſima caprae,
Sidere quae claro gratum teſtatur alumnum.

Noſtra

Noſtra lectio *una putatur* a Lactantio contextus cauſa in *illa putatur* mutata eſt.

vſ. 167. *gratum teſtatur alumnum*] Ita ex Lactantii loco modo adducto reſtituendum eſt. Vulgo: *gratum te geſtat alumnum.*

vſ. 168. *Hanc Auriga humero portans gerit; at manus Hoedos Oſtendit*] Sic optime locum conſtituit Grotius. Vulgo: *Hanc Auriga humero totam gerit.* Ms. Grotii: *Hanc Auriga humero portans, in manibus Hoedos;* contra metrum, niſi dicas, *humeris* et *immanibus* legendum eſſe, quod vix probabile eſt. Ex variis his lectionibus Grotius noſtram commiſcuit. Poterit etiam vulgata ſeruari, cum ſenſus ſit idem.

vſ. 169. *nautis inimicum ſidus, vbi illos Orbis ab Oceano celſus rapit*] Ex Mſto. Vulgo male: *nautis inimicum ſidus in vndis. Orbis ab oceano celſus rapit;* ſine ſenſu idoneo. Ed. Ald. *ob Oceano.* Perperam.

vſ. 170. *haud ſemel Hoedi*] Ms. *ad ſemel Hoedis.* Edd. aliae *aut ſ. H.* Male.

vſ. 174. *et lucidus ore minaci*] Ita Ms. Vulgo: *igne minaci.* Arat. Phaenom. vſ. 167.

Πὰρ ποσὶ δ' Ἡνιόχου κεραὸν πεπτήοτα Ταῦρον.

Interpretatur Germanicus *πεπτήοτα minacem*, vt et alii.

vſ. 175. 176. *Quamlibet ignarum coeli ſua forma docebit, Et caput et patulae nares et cornua Tauri.*] Ex mſto emendauit Grotius, paullulum tamen ab huius lectione recedens; ms. enim habet *quemlibet.* Vulgo peſſime:

Quem Liber ignarum coeli formando docebat;
Et caput, et patulas nares, et cornua Tauri.

Senſus eſt: Forma Tauri, et caput, et nares et cornua etiam aſtrorum ignarum docere poſſunt, quia non opus habet aliis aſtris, a quibus deſignetur. Cf. Schol. ad Arati Phaen. vſ. 167. Auienus vſ. 441. *Proprio Taurum deprenderis ore.* Aratus ipſe:

— τὰ

— τὰ δέ οἱ μάλ' ἐοικότα σήματα κεῖται·
Τοίη ἡ κεφαλὴ διακέκριται· οὐδέ τις ἄλλῳ
Σήματι τεκμήραιτο κάρη βοὸς, οἷά μιν αὐτοὶ
Ἀστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι τυπόωσι.

Nec eſt quod quis dicat, *ſuum* non niſi cum reciprocatione poni. Contrarium pluribus exemplis oſtendit Scaliger ad Manil. Aſtron. I. vſ. 360. not. p. 49.

vſ. 177—179. *Fronte micant Hyades, quae cornus flamma ſiniſtri Summa tenet; ſubit haec eadem veſtigia dextra Aurigae, mediâque ligat compagine binos*] Sic partim ex mſto Grotius repoſuit, partim ex coniectura emendauit. Corrupte vulgo:

Fronte micant Hyades, quae cornua flamma ſiniſtri
Summa tenet, ſub haec eadem veſtigia dextra
Aurigae, mediaque ligant compagine Diuos.

nullo ſenſu et contra metrum. Ex mſto Grotius repoſuit *cornus* pro *cornua*, laudans locum Marciani Capellae: „*Quamuis ergo diſſimilia ſint* ſenatus *et* exercitus, *tamen ſic* genus *et* cornus *in genitiuo dicendum eſt, quemadmodum* Senatus *et* exercitus.“ In verſu 178. retinuit Grotius *haec* pro *hac*, quod eſt in Mſto. At in verſu 179. ex mſto *ligat* pro *ligant;* ex coniectura dedit *binos*, quam in textum migrare iuſſi. Poſſit vulgatum *diuos* retineri, ſi Iouem et Erichthonium intelligamus. Exit tamen ſenſus commodior, *binos* ſi legeris. Senſus eſt: Vna eademque ſtella tenet apicem cornu ſiniſtri et pedem dextrum Aurigae. Aratus Phaen. vſ. 174.

— — λαιοῦ δὲ κεράτος ἄκρον,
Καὶ πόδα δεξιτερὸν παρακείμενον Ἡνιόχοιο
Εἷς ἀστὴρ ἐπέχει.

Auienus vſ. 447:

Vna pedem Aurigae dextrum cornuque ſiniſtrum
Stella tenet pecoris —

vſ.

vſ. 180. *Myrtilus exoritur ſummo cum fluctibus ore*] Recte ita in Mſto legitur. Vulgo:

Myrtilus exoritur ſummo cum Piſcibus ore

quod falſum eſt et Arato intactum. Expreſſit Germanicus hoc verſu et proxime ſequentibus Arateum (Phaen. vſ. 176):

— — συνελήλαμένοι δὲ Φέρονται·
Ἀλλ' ἀεὶ Ταῦρος προΦερέστερος Ἡνιόχοιο
Εἰς ἑτέρην καταβῆναι, ὁμηλυσίῃ περ ἀνελθών.

vſ. 181. *Totus cum Tauro lucet*] Ms. *Tutus*. Male.

vſ. 184. *quia Iuppiter auctor*] Ms. *qua*. Male. Arat. Phaen. vſ. 181. ἐπεὶ Διὸς ἐγγύθεν ἦσαν.

vſ. 186. *Ipſe breuem*] Ms. *breue*. Perperam.

vſ. 187. *Diducto paſſu*] Edd. antiqq. *Diducto paſſim*. Male.

vſ. 188—192] Dedi hos verſus, quemadmodum illi a Grotio emendati et diſtincti ſunt; nam in edd. antiquioribus locus hic legitur corruptiſſime ita:

— *quantum latus a pede dextro,*
Cepheus extremam tangit Cynohurida caudam;
Tantundem a laeuo diſtat minor; vtraque iungit
Regula. Cepheos veſtigia baltheus ambit.
Qua latus afflexum ſinuoſi reſpicit Anguis,
Caſſiepeia virum reſidet ſublimis ad ipſum.

Cod. mſ. Grotii male habet *Tantumque* pro *Tantundem*. Firmatur autem lectio Grotiana verſibus Arateis Phaen. 184 ſq.

Ἴση οἱ στάθμη νεάτης ἀποτείνεται οὐρῆς,
Ἐς πόδας ἀμΦοτέρους, ὅσση ποδὸς ἐς πόδα τείνει.
Αὐτὰρ ἀπὸ ζώνης ὀλίγον κε μεταβλέψειας
Πρώτην ἱέμενος καμπὴν σκολιοῖο Δράκοντος·
Τοῦ δ' ἄρα κ. τ. λ.

Notandum, Germanicum vno loco ad morem communis Graecorum linguae ΚηΦέος dixiſſe, altero ad morem Ionum

num Κηφῆος. — *Latus* Germanico eſt στάθμη, *regula, linea.* Ita alibi in deſcriptione Zodiaci:

In ſex ſigniferum ſi quis diuiſerit orbem,
Aequales partes ſuccumbet regula binis
Inferior ſignis, ſpatii tantumque tenebit
Vna, ſui lateris quantum a Tellure recedit.

Duo poſtremi verſus ſupra exſcripti et emendati ad Caſſiepeiae ſidus pertinent.

vſ. 193. *Clara, etiam pernox cum ſtellas Luna reuulſit, Sed breuis*] Sic emendauit Grotius. Vulgo:

Clara etiam pernox coelo cum Luna refulget.

Ed. Ald. vitioſe *pernix.* Grotius ſecutus eſt Mſtum, qui habet:

Clara etiam nox cum ſtellas Luna refulſit,

mutata vltima voce *refulſit* in *reuulſit.* Apparet ex verſu hiulco in Mſto, librarii errore exaratum eſſe *n. x* pro *pernox.* Vulgata lectio poteſt defendi. Voluit haud dubie Germanicus, Caſſiepeiam etiam plenilunio lucere; nam ſubiungit aduerſatiuam: *Sed breuis.* Eundem ſenſum vulgata quoque lectio praebet. *Refulgere* h. l. eſt *übergläuzen, überſcheinen.* Quod Luna plena ſtellas coelo *reuellat*, paullo durius at contortius mihi dictum videtur. Non conuenit ſatis vulgata et Grotiana lectio cum Arato Phaen. vſ. 188.

Τοῦ δ' ἄρα δαιμονίη προκυλίνδεται οὐ μάλα πολλὴ,
Νυκτὶ φαεινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια

Ad verbum Auienus vſ. 460.

Infortunatam ſpectabis Caſſiepeiam;
Sed nec multa tamen, cum coelum lumine toto
Luna replet —.

Coniicit itaque Grotius, Germanicum in Arato legiſſe:

Τοῦ δ' ἄρα δαιμονίη προκυλίνδεται οὐ μάλα πολλὰ
Νυκτὶ φαεινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια.

Hoc

Hoc eſt ex verſione Grotii:

Non procul infelix coeli rapido orbe rotatur
Caſſiepeia, nitens plena quoque lumine Luna,
Sed breuis etc.

Conſtaret igitur hoc pacto Germanici ſententia. Cf. not. ad Arat. Phaen. vſ. 188. Vol. I. p. 402.

vſ. 194. *Sed breuis et paucis decorata*] Ms. *Sed breuis eſt p. d.* omiſſa copula. Male.

vſ. 195. *Qualis ferratos obicit clauicula dentes, Succutit et foribus praeducti vincula clauſtri*] Ita Ms. Grotius ad h. l. „Edd. vulgatae habent:

Quales ferratos ſubicit clauicula dentes,
Succutit, et foribus praeducit vincula clauſtri.

Vnde Scaliger fecit (ad Manil. I, 362. not. p. 48):

Qualis ferratos vbicis clauicula dentes
Succutit et foribus redducit vincula clauſtri.

vbicis pro *obicis* ſcriptum putans, et *reducit* prima producta Lucretiano more dici. Sed quia Auienus claui comparat, et hoc ipſum in Arato vnius literulae mutatione poteſt obtineri, malim ita legi, vt nos poſuimus ex Mſti fide, aut, ſi quid mutandum, hoc modo:

Qualis ferratos obici clauicula dentes
Succutit, et foribus praeducit vincula clauſtri.

Nihil enim opus *vbici* ſcribere, cum Ms. non *ſubicit*, ſed *obicit* referat. Et alias quoque *ſubici* eadem forma, qua *obici*, dici poſſe videtur, quod verbum Ennio quoque vſitatum. Mirandum autem non eſt, ſi ſecunda ſyllaba in *clauicula* producitur, quae regulariter corripi debuerat, cum ſimilia verba apud poetas, vt *cuticula* et *canicula* ſimili modo efferri videamus.“ Hactenus Grotius. Vide not. ad Arat. Phaen. vſ. 192. Vol. I. p. 402.

vſ. 197. *Talis diſpoſita eſt ſtellis*] Ita bene Ms. Aratus διάκειται. Vulgo: *Talis diſpoſitis ſtellis.*

vſ. 198. *Sic tendit*] Ms. *Si tendit.* Perperam.

vſ. 199. *Andromedam meritam non iuſta piacula matris*] Ex Mſto. Vulgo: meritae. Vtrumque ferri poſſe, monet Grotius; hoc, vt dicamus *iniuſta piacula meritae matris;* illud, vt dicamus *immeritam piacula iuſta matris.* Sed prius eſt venuſtius.

vſ. 200. *Andromedae*] Ms. *Andromedam.* Male.

totam quam cernere poſſe — licet] Repoſuit ex Mſto Grotius. Vulgo: *cernere nondum — licet.* Dictum eſt *poſſe licet* pro *licet* ſimpliciter, cuiusmodi phraſis ſaepius apud ſeriores poetas latinos reperitur. Apud Manilium occurrit: *potuit generare* pro *generauit.* Coniecit Grotius, pro vulgato *cernere nondum — licet* poſſe etiam legi: *cernere quamquam — licet.* Melius tamen lectio Mſti, vt vera, retinetur.

vſ. 201. *ſic emicat ore*] Ms. *micat.* Male.

vſ. 202. 203. *Sic magnis humeris candet nitor, hâc media ambit Ignea ſubſtrictâ lucet quae Zonula pallâ*] Emendauit ſic Grotius ex mſto. Vulgo:

Sic magnis humeris candens nitet, ac media ambit
Ignea ſubſtricta fulget qua zonula palla.

vſ. 204. *Sed poenae facies remanet, diſtractaque pandit*] Male edd. antiqq. *Sed pene.* Peius adhuc Ms. *pone,* quamuis vera lectio in hoc ſe prodat. Pro *diſtracta* habent edd. *diſtricta,* quod eodem redit.

vſ. 205. *Ceu duri teneantur robore ſaxi*] Vulgo: *ceu magni.* Ms. *robora.* Male.

vſ. 206. Deeſt hic verſus a Grotio e mſto reſtitutus in edd. antiquioribus.

vſ. 207. *Vertice et Andromedae radiat quae ſtella, ſub ipſa Aluo fulget Equi*] Ex Mſto. Corrupte vulgo:

Andromedae vero radiat quâ ſtella ſub ipſa
Aluo fulget Equus;

Ed. Ald. vitioſius: *Aibo.*

vſ.

vſ. 208. *tres armos et latera aequis Diſtinguunt ſpatiis*] Iterum ex mſto. Male vulgo: *tres armo, ſed latera* etc.

vſ. 210. *Aſt ceruix*] Vulgo: *Et ceruix.* Minus bene.

vſ. 211. *Spumanti mandit ſed qua ferus ore lupato*] Ms. *ſeque ferus.* Perperam. Imitatus eſt Germanicus Virgilii verſum Aen. IV, 135.

Stat ſonipes et frena ferox ſpumantia mandit.

vſ. 212. *Et capiti et longâ ceruice inſignior*] Ita Ms. Recte. *Capiti ἀρχαϊκῶς* pro *capite. Longa* eſt epitheton ornans *ceruicis equinae;* laudari ſolent enim Homero quoque *ἐριαυχένες ἵπποι.* Arat. Phaen. vſ. 210.

— — *κεφαλὴ δέ οἱ οὐδὲν ὁμοίη,*
Οὐδ' αὐχὴν, δολιχός περ ἐών.

Vulgo: *Et capite et longe ceruice inſignior* —

vſ. 213. *Stella nitens, armis*] Ms. *Stella nitent armi.* Male.

vſ. 215. *Primo praeſtat equum*] Ex mſto. Vulgo: *Primo praeſtat equo.* Male. Grotius alias quoque coniecturas propinauit: *Primum praeſtat equum* i. e. *primae partes equum oſtendunt.* Poſſis etiam legere: *Primum reſtat equi.* In ſequentibus pro rupta, quod eſt in Mſto edd. antiq. habent *rapta*, quod non omnino improbandum.

vſ. 216. *Deſtituunt viſus radios; hinc ſurgit imago*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *Deſtituunt, viſus radiis hinc ſurgit imago;* absque ſenſu. Ms. habet: *Deſtituunt viſus, rudis hinc ſurgit imago.* Non male. *Rude* enim opus Graeci vocant *ἡμιτελές.* Equus autem *ἡμιτελὴς*, vt et Aratus nominat. Partes illae Equi, ſiue ſtellae, quae non ſunt, ſed ex fabula eſſe finguntur, dictae ſunt a veteribus cerni non poſſe ob oculorum defectum. Ita de ſeptima Pleiade Germanicus vſ. 258.

— *ſed carpitur vna,*
Deficiente oculo diſtinguere corpora parua.

Similiter hîc in Equi posterioribus. Vtram lectionem retineas, oportet *inde* vel *hinc* interpretari *ab his partibus*, vt apud Plautum et alios *vnde* pro *a quo*.

vs. 217. *Gorgonis hic proles in Pierio Helicone*] Vulgo: *hinc*. Male; rectius *hîc* in Msto, in quo tamen ridicule legitur *imperio* pro *in Pierio*.

vs. 218. *decurreret vnda*] Ms. *discurreret*. Non bene.

vs. 220. *nomen tenet Hippocrenes*] Vulgo: *Hippocrenen*. Sic Plautus: *Nomen Mercurii est mihi*.

vs. 221. *Fontis nomen habet*] Ita Ms. Vulgo: *Fontes nomen habent*. Male. Lectio Msti, ait Grotius, forte tolerari possit, si quidem fatemur, ita veteres recto casu extulisse, praesertim cum et Varro dicat, a *ponte* nominatiuum *pontis* analogicum magis esse quam *pons*. Sed putat simul idem vir κριτικώτατος, transpositis literis scriptum fuisse: *Fons it nomen habet* pro *id*, vt saepe *set* pro *sed*, *at* pro *ad* et contra, in Msto inuenitur.

vs. 223—227. *Inde subest Aries, qui longe maxima currens Orbe suo spatia, ad finem non tardius Vrsâ Peruenit, et quanto breuiore Lycaonis Arctos Axem actu torquet, tanto pernicior ille Distantes cursu properat contingere metas.*] Egregie restituit integritati hos quinque versus olim deprauatissimos Grotius partim ex msto, partim coniectura ex Arateis ducta. Vulgo:

Inde subest Aries, qui longe maxima torrens
Orbis, et ad finem spatiis non tardior oram
Peruenit, et quando grauiore Lycaonis Arctos
Axem vel tutor quem tanto gratior ille
Distantes cornu properat contingere metas.

In his aut nullus plane sensus inest, aut dissimilis versuum horum Arati Phaen. vs. 225.

Αὐτοῦ

Αὐτοῦ καὶ Κριοῖο θοώταταί εἰσι κέλευθοι
Ὅς ῥά τε καὶ μήκιστα διωκόμενος περὶ κύκλα,
Οὐδὲν ἀφαυρότερον τροχάει Κυνοσούριος Ἄρκτου.

Auienus, optimus Arati interpres, vſ. 518.

Tunc celer ille Aries, longi qui limitis orbe
Aethera percurrens, numquam Cynoſuridos Vrſae
Segnior ab lapſu conuertitur.

Ms. Grot. vſ. 224. habet *Vrſae* pro *Vrſâ*, vt dedimus.

vſ. 225. *breuior Helicaonis;* quare Grotius in ipſo textu exhibuit: *grauiore Lycaonis;* ſed ſequi equidem malim propius Mſtum, cuius lectio ipſi quoque Grotio fuit approbata in nota ad h. l. vſ. 227. *cornu*, vt Ms. etiam agnoſcit, in *curſu* mutatum eſt. In ceteris noſtra lectio cum Mſto conſentit. Pro *Hinc Aries* in vulg. ed. Ald. *Hunc Aries.* Male.

vſ. 228. *Clara nec eſt illi facies*] Ita Ms. Vulgo: *Claraque non illi eſt facies.*

vſ. 229. *Officiat ſi Luna, ſua virtute nitere*] Ms. *Efficiat, ſi Luna ſua virtute niteret.* Male. Aratus Phaen. vſ. 228.

Αὐτὸς μὲν νωθὴς καὶ ἀνάστερος, οἷα σελήνῃ
Σκέψαθαι.

Schol. ad h. l. τὸ δὲ, οἷα σελήνῃ, ἀντὶ τοῦ, ὥσπερ ἐν πληθούσῃ σελήνῃ φαινόμενος. Quem ſequitur Auienus vſ. 523.

— nam quanti luminis aſtra
Eſſe ſolent, aciem quibus aurea Luna retundit,
Mancida Lanigeri tantas ſe forma ſub auras
Exerit, in tenui quamquam primordia Phoebes
Orbe habeant, nullumque decus Dea proferat ore.

Germanicus autem aliter Arietem intellexit; putauit enim, hunc dicere, Arietem plenilunio tantum lucere non poſſe; cum Auienus idem in nouilunio eſſe aſſerat. Ita-

que οἷα apud Aratum non vt Auienus et Scholiastes pro *quemadmodum*, sed pro *vtpote* cepisse videtur.

vs. 230. *Sed quaerendus*] Ms. *sed quaerendum*. Male.

vs. 231. Deest hic versus in editt. antiquioribus, restitutus a Grotio.

vs. 232. *Vt Chelae, candens aut baltheus Orionis*] Ms. *vt baltheus Orionis*.

vs. 233. *Est etiam propiore Deum cognoscere signo*] Grotius ex msto pro *signo* dedit *motu*, non spreta tamen vulgata lectione. Sed est alia difficultas in voce *Deum* interpretanda. Coniicit Grotius, legendum *propiore d' eum* litera *d* interiecta, vt Plautus aliique *miederga, tederga* extulerunt; ipse tamen coniecturae parum tribuens. Forsitan pro *d um* rescribendum *Crium*, quod graece Arietem sonat, verum prima huius vocis syllaba producitur. Itaque necesse est, Deos interpretari stellas, qua ratione Germanicus potuit et supra Aurigam et Taurum Diuos dixisse; aut Deum interpretari Arietem, quia erat Neptuni filius, vt in fabulis legimus. Cf. Eratosthen. Catasterism. cap. 19. Hygin. fab. 188. et Schol. lat. ad nostrum locum.

vs. 234. *donum hoc spectabile Nili*] Intelligit Germanicus Aegypti partem ad mare mediterraneum sitam, per Nilum circumfluentem in figuram similem τοῦ Δ formatam. Herodot. II, 5. Αἴγυπτος — ἔστι Αἰγυπτίοισι ἐπίκτητός τε γῆ, καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ. Manilius IV, p. 104. ed. Scaliger.

Et Libyam Aegyptique latus donataque rura.

vs. 235. *Diuitibus generatum vndis in sede notarit*] Reposuit Grotius *generatum* e msto pro *veneratum*, quod est in vulgatis. Idem ms. habet *notabit*.

vs. 236. *aequata duorum*] Ms. *deorum*. Perperam. Manil. I. vs. 358.

Succe-

Succedit iniquo
Diuiſum ſpatio, quod tertia linea diſpar
Conſpicitur paribus, Deltoton nomine ſidus.

vſ. 238. 239. *Hunc Aries iuxta; medium Deltoton habebit Inter Lanigeri tergum et Cepheida moeſtam*] Male vulgo legitur et diſtinguitur:

Hinc Aries iuxta medium Deltoton habebit.

ita vt diuulſus ab hoc verſus ſequens ad Piſcium imaginem referatur. Senſus eſt: Aries iuxta tertium ductum Deltoti; Deltoton vero medium ſitum eſt inter Arietem et Andromedam. Verſus igitur 238 et 239. iungendi ſunt. Ms. Grotii *Huic Aries*, id quoque male. Ed. Ald. recte habet *Hunc Aries*, quod male Morellius in *Hinc* mutauit.

vſ. 240. *Hunc vltra gemini Piſces, quorum alter in Auſtros*] Sic recte edd. Ald. et Baſil. Iterum Morellius male dedit *Hinc*. *Auſtros* repoſui ex Mſto. Vulgo *Auſtrum*.

vſ. 242. *niueus quas procreat Haemus*] Grotius in textu legit *niueas*, ſcil. *ſtridentes auras*. Sed vulgata quoque lectio *niueus* ſeruari poteſt, et forſitan melius ſeruatur.

vſ. 246. *dextram Andromedae cernetur ad vltam*] Sic legendum eſt. Vulgo *cernuntur*. Ms. Grot. *cernantur ad illum*. Vitioſe. Quod autem *dextram* dictum ſit, cum *ſiniſtram* dici debuiſſet, eſt error ipſius Germanici.

vſ. 247—249. Hi tres verſus in edd. antiquioribus deſiderati a Grotio e Mſto reſtituti ſunt. *Deuota virgo* eſt Andromeda.

vſ. 250. *Tantus vbique micat*] Ex Mſto. Vulgo: *Tantus et ille micat*.

vſ. 251. *Dextera ſublatae ſimilis prope Caſſiepeiam*] Ita Ms. Vulgo:

Dextera ſublata ſimilis prope Caſſiepeiam.

Arat. Phaen. vſ. 251.

Καί οἱ δεξιτερὴ μὲν ἐπὶ κλισμὸν τετάνυσται
Πενθερίου δίφροιο —

Coniicit itaque Grotius, apud Germanicum legendum:

Dextra ſublata ſolium prope Caſſiepeae.

Auienus vſ. 575.

Dextera moerentis ſolium prope Caſſiepeae
Tenditur —

vſ. 252. *Sublimis fulget; pedibus properare videtur*] Male vulgo diſtinctum: *Sublimis fulget pedibus; properare vid tur.*

vſ. 253. *findere plantis*] Ex mſto. Vulgo: *tangere palmis.* Alatae fingebantur Perſei plantae. Propertius Eleg. II, 30, 2.

Non ſi Pegaſeo vecteris in aera dorſo,
Non tibi ſi Perſei mouerit ala pedem.

vſ. 254—256. Suppleuit tres hoſce verſus, quibus edd. antiquiores carent, Grotius ex Mſto. Pleiades ſunt Tauri quidem ſigna, ſed ſub Perſei poplite.

vſ. 260. *Nomina ſed cunctis ſeruauit fida vetuſtas*] Bene haec, inquit Grotius, non tamen ex mente Arati. Videtur enim Germanicus in animo habuiſſe Phaen. vſ. 259.

Οὐ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς ἀστὴρ,
Ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν —

vſ. 261—263. *Electra, Alcyoneque, Celaenoque, Meropeque, Aſterope et Taygete et Maea, parente Coelifero genitae, ſi vere ſuſtinet Atlas*] Sic verſus hos conſtituit et ex mſto et coniectura Grotius. Vulgo:

Electra, Alcyoneque, Celaenoque, Taygeteque,
Et Sterope, Meropeque ſimul, formoſaque Maia,
Coelifero genitae, ſi vere ſuſtinet Atlas —

Haec vulgata lectio ex Auieno deſumta eſt, vbi tamen recte *famoſaque* legitur; nam ſequitur *Prole Deo.* In noſtra lectione *Maea parente* ſcriptura *Maea* ex Mſto propoſita non debet offendere. Cum enim in omnibus ferme vocibus

vocibus αι diphthongum in *ae* vertant Latini, pauculae tantum sunt voces, in quibus vtramque literam seruauerunt, vt *Maia*, *Aiax*, quae cur non ad exemplum reliquarum latina diphthongo scribi possint, nulla est ratio. Vs. 263. *genitae* retinendum est suadente ipso Grotio, qui tamen in textu, operarum forsitan peccato, *genitas* dedit, vti in Msto legitur. Idem Ms. in eodem versu male habet *si vltro* pro *si vere*. Similis locutio supra vs. 165.

— si vere Iupiter infans
Vbera Cretaeae mulsit fidissima caprae.

vs. 265. *Lumine non multis Pleias certauerit astris*] Ita legendum. Vulgo: *Lumine non multo.*

vs. 266. Male deest hic versus in msto Grotii, vti quoque duo proximi versus perperam positi sunt post illos, qui infra sequuntur: *Plurimulum acceptae* et *Deuictam effigiem.*

vs. 267. *veniens superimminet Auster*] Vulgo: *ventus supereminet Auster.* Pro *Auster* Mstus alieno loco, vt dictum est, *aestas* refert.

vs. 268. *Et cum surgit hiems ponto fugienda peritis*] Ms. *At* pro *Et;* in ceteris cum nostra lectione conspirat. Vulgo: *Et cum surgit hyems portu fugienda peritis.*

vs. 269—271. *Quin etiam Lyra Mercurio dilecta, Deorum Proli accepta, pio coelo nitet, ante labore Deuictam effigiem planta quae erecta sinistra*] Desunt tres hi versus in editionibus Grotianâ antiquioribus. Leguntur in Msto Grotii corruptissime sic:

Quin etiam Lyra Mercurio dilecta Deorum
Plurimulum accepta prohs caelo nitet ante labore
Deuictam effigiem planta, erectaque dextra.

Quemadmodum equidem hos versus exhibui, emendati sunt a Grotio. Deorum prolem Germanicus vocat Argonautas.

vſ. 272. *Tempora laeua premit torti ſubiecta Draconis*] Ita Ms. Vulgo *Parthi* pro *torti*.

vſ. 273. *Summa genu ſubmerſa tenet, qua ſe Lyra verſat*] Grotius ad h. l. „Hic verſus huc non pertinet. Et vin' coniecturam audire elegantem? Ponendus hic verſus litera vna mutata eo in loco, vbi *συναναπελλόμενὰ ταῖς χηλαῖς* referuntur, hoc modo:

Nixa genu ſpecies flexo redit ardua crure
Summa genu ſubmerſa tenet, qua ſe Lyra verſat.

Aut ſi *voluit* cum vulgatis malis, non pugnabo. Senſus eſt: Engonaſi genu illud, quod inclinatum eſt, laeuum ſcil., oritur; alterum, quod prope Lyram eſt, adhuc ſubmerſum manet. Iuuat coniecturam meam, quod eo loco Aratus meminit ſimiliter Lyrae; ait enim Phaen. vſ. 615.

Αἰεὶ γνὺξ, αἰεὶ δὲ Λύρῃ πεπτηῶτος.

vſ. 274—276. *Contra ſpectat auem, vel Phoebi qui fuit olim Cygnus, vel Ledae thalamis qui illapſus adulter Furta Iouis falſa volucer ſub imagine texit*] Hanc lectionem Grotius Mſti veſtigiis inſiſtens concinnauit. Vulgo:

Contra ſpectat auem, vel Phoebi quae fuit olim,
Cycnus de thalamis candens qui lapſus adulter
Furta Iouis falſa volucer ſub imagine texit.

In textu Grotius dedit: *qui fuit olim Cycnus, vel candens thalamis.* Ms. habet: *qui fuit olim Cycnus Niliedae thalamis.* Duas fabulas hîc Germanicus attingit, priorem de olore Phoebi, poſteriorem de Ledae adultero. Priorem neque Hyginus, neque anonymus Scholiaſtes latinus, neque Auienus tetigerunt. Solus Theon agnovit ad Arati Phaen. vſ. 279. Τοῦτον τὸν Ὄρνιν οἱ μὲν λέγουσιν ὄντα Κύκνον καταστερισθῆναι εἰς τιμὴν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἅτε μουσικὸν ὄντα.

vſ. 276—279. Hi verſus in vulgatis deſunt; ſupplevit Grotius e Mſto. *Defectum ſidus*, vt ſupra vſ. 65.

Haud procul Effigies inde eſt defecta labore.

Pro

Pro *in cygnum*, vt eſt in Mſto, legendum *in cygno*. Arati verba l. l. aliud ſonant.

vſ. 279. *Haud medii fulgoris*] Ed. Ald. *Aut* pro *Haud*. Male.

vſ. 281. *At laeua fugit*] Ms. *fulget*. Peſſime.

vſ. 283. 284. *Piſcibus interlucet Equi latus, at caput eius Dextra manu latices quâ fundit Aquarius exit*] Reſtituit hos verſus in edd. antiquioribus deſideratos e Mſto Grotius. Mutauit autem *ad* et *quae*, vt Mſtus habet, in *at* et *quâ*. Verſus duo ſequentes:

Nec procul hinc dextrâ diffundit Aquarius vndas,
Atque imitata cadunt errantis ſigna liquoris

quia videbantur pertinere ad Aquarii deſcriptionem, Grotius hoc loco e Mſto textui inſeruit. Non pertinent tamen huc illi, vt ipſe poſtea in notis animaduertit; nam iidem infra ſuo loco repetiti inueniuntur poſt Piſcis Notii aſterismum. In eodem Mſto Grotii hîc ſequebantur quatuor alii verſus, quorum primus incipit: *E quibus*, vltimus deſinit: *pernicia crura*, qui eodem loco reperientur. Verſus etiam ille a Grotio b. l. appoſitus:

Scorpios erepta torquet qua ſpicula caudâ

huc non pertinet et emendandus eſt, vt infra docebitur.

vſ. 285. 286. *Quo prior Aegoceros ſemper properare videtur Oceano nerſus ſopitas condere flammas*] Prior verſus in edd. antiquioribus deeſt. Emendauit eum Grotius. Nam Ms. habet: *Cum primum Aegocero*. Referendi autem ſunt hi verſus et proxime ſequentes non ad Aquarium, vt in edd. antiquioribus, ſed ad Capricornum. Verum eſt quidem, Aquarium poſteriorem Capricorno occidere; ſed nihil ad Arati mentem, quem hîc nulli interpretum videntur intellexiſſe. Plura de Arati mente diſputauit Grotius ad Ciceronis Aratea p. 75. Putat Arati verſus Phaen. 284.

— 6

— — ὁ δ' ὀπίστερος Αἰγοκερῆος
Τέλλεται. αὐτὰρ ὅγε πρότερος καὶ νειόθι μᾶλλον
Κέκλιται Αἰγόκερως

ſic vertendos eſſe:

— — *ſed Aquarius Aegocero eſſe*
Poſterior, contra Aegoceros prior eſſe videtur,
Adque Notum inferior —

Senſus eſt: ſi redeas ab Auſtro ad Borean, ἐκ τοῦ χειμῶνος εἰς εὐδίαν, vt Theon loquitur, poſterior lucet Capricorno Aquarius, ſi a Borea ad Auſtrum, Capricornus Aquario prior et ad inferiora inclinatior. Pro τέλλεται apud Aratum forte legendum ἕλκεται, vt coniicit Grotius, quam coniecturam iam notaui Vol. I. p. 409. ad vſ. 285.

vſ. 287. *Tum breuis occaſus ortusque intercipit hora*] Ita optime Ms. Vulgo corruptiſſime:

Imbres, occaſus ortusque intercipit ora.

vſ. 288. 289. *Cum ſol ambierit metas gelidi Capricorni; Nam neque perficiet curſus et vota breuis lux*] Duo hi verſus deſiderantur in edd. antiquioribus. Poſterioris initium in Mſto eſt: *amneque*, deficiente prima litera. Itaque Grotius reſcripſit *Nam neque*. Poſſis etiam reponere: *Iam neque.*

vſ. 290. *nox atra*] Ed. Ald. vitioſe *mox atra.*

vſ. 291. *clamatos fruſtra exſpectaueris ortus*] Ed. Ald. *aſpectauerit.* Morellius in textu dedit *ſpectauerit;* in notis p. 151. emendauit *Aſpectaueris.* Dixit Germanicus *clamatos* graeco more, et ſine dubio legit apud Aratum Phaen. vſ. 290. non βοωμένῳ ſed βοωμένη, vt ad ἠὼς referatur.

vſ. 292. *Tunc rigor*] Ms. *rigora.* Male.

vſ. 293. *Pigra miniſteria et nautis tremor occupat artus*] Ex Mſto. Vulgo: *Tarda miniſteria — alligat artus.*

vſ.

vſ. 294. *Sed rationem animi*] Sic recte Ms. Male vulgo: *Et rationem animi.*

vſ. 295. *vacua aequora cernat*] Ms. *cernunt.* Male.

vſ. 296. *ratis innatat vndis*] Vulgo: *innatet.* Perperam.

vſ. 297. *Interea tentare vndas iuuat, aſpera ſed cum Aſſultat lateri deprenſa ſpuma carinae.*] Ms. deprauatiſſime:

Inter ratem temptare vndas iuba, aſperas et cum,

quem verſum mutato ordine ſequitur vſ. 300 in vulgatis: *Inuentasque alii;* deinde verſus in vulgatis 298. *Aſſultat lateri.*

vſ. 299. *Tunc alii curuos proſpectant littore portus*] Male vulgo: *Tunc alti.* Deſideratur hic verſus in mſto Grotii.

vſ. 301—303. *Aſt alii procul a terra iactantur in alto; Interea exanimat pauidos inſtantis aquae mons; Munit eos breue lignum —*] Duo priores verſus Grotius transpoſuit; nam in vulgatis verſus: *Interea exanimat* praecedit primo: *Aſt alii.* Male quoque edd. vulgatae habent: *e terra iactantur in altum.* Pro *munit eos* vulgo legitur *munit et hos;* perperam; in mſto *punit eos.* Grotius vulgatum *munit* et ex Mſto *eos* in textum recepit.

vſ. 303. *fata inſtantia pellit;*] Ms. *pellunt.* Male.

vſ. 304. *Nam tantum a leto*] Ex mſto. Vulgo: *Et tantum.*

vſ. 305. *Belligeri Titan magnum cum contigit arcum Ducentemque Ferum ſinuato ſpicula neruo*] Ita hos verſus emendauit Grotius. *Ferus*, ὁ Φήρ, quod Centaurum Homero ſignificat. Vulgo:

Belligerum Titan etiam cum contigit arcum,
Ducentemque ferunt ſinuato ſpicula neruo.

Ms.

Ms. Grotii cum noſtra lectione conſentit, praeterquam quod habet: *Lucentemque ferum*, pro *Ducentemque*, quod poſterius Grotius recte ſeruauit.

vſ. 307. *Iam clauſum ratione mare eſt*] Supra dixit Germanicus: *rationem animi temeraria pectora ſoluent.* Iam periculo ingraueſcente Ratio ſuperauit. Notandum autem *clauſum mare.* Sic Manilius Aſtron. I, 365.

— — *Hoedi claudentes ſidere pontum.*

Vegetius: *Ex die III Id. Nouembr. vsque in diem IV Id. Mart. maria clauduntur.* Cf. not. ad Arati Phaen. vſ. 299. Vol. I. p. 410.

vſ. 308. *Infeſtam noctem fugitat longasque tenebras*] Ex Grotii emendatione. Vulgo: *fugit ad.* Ms. *fugiat.*

vſ. 309. *tum nocte ſuprema*] Ms. *tum nocte ſuperba.* Male.

vſ. 310. *ille micat ſupra freta*] Ita Ms. Vulgo contra metrum *ſuper.* Error ex veteri ſcriptura *ſupera.*

vſ. 312. *Tunc alto Cynoſura redit*] Sic bene correxit Grotius. Vulgo: *Tunc alte Cynoſura repit* ſine ſenſu et metro. Ms. non melius: *Tunc alte Cynoſura regit.* Emendatio Grotii eſt veriſſima. *Alto redire* poetis aſtronomicis eſt oriri. Cynoſura, vt monuit Grotius, numquam occidit aut oritur. Sed quia in Sphaera noſtra altera pars Meridiani breuior eſt altera, hemicyclio ſcil. ad polum mundi diuiſo, cum Vrſa in breuiorem illam partem demergitur, occidere dicitur, cum eundem circulum transſcendens ad punctum illud, quod Zenith vocant, aſcendit, oriri perhibetur. Hac ratione dixit Manilius V, 694.

Ac Cynoſura minor cum prima luce reſurgit.

vſ. 313. *Mergitur Orion*] Ms. *Vergitur.* Male.

vſ. 314—317. *Eſt etiam, incertum quo cornu miſſa, Sagitta, Quam ſeruat Iouis ales; habet miracula nulla. Si coelum aſcendit, tamen arduus armiger hic eſt. Vnguibus*

guibus is nocuis Phrygium rapuit Ganymedem] Sic hunc locum reſtaurauit Grotius. Tres priores verſus deſunt edd. antiquioribus. Verſus tertius in Mſto ſic legitur:

Si coelum aſcendit Iouis armiger, hic tamen ardum.

Apparet, vocem *Iouis* inepte ex verſu praecedenti repetitam eſſe. Omnino verſus eſt deprauatus. Pro vulgato: *Vnguibus innocuis* in vltimo verſu Grotii emendationem in textum recepi. Poſſes etiam, vulgata lectione *innocuis* ſeruata, verſum ſic refingere:

Vnguibus innocuis Phrygium is rapuit Ganymedem.

Miracula vſ. ſecundo Germanicus vocat ſtellas eximiae magnitudinis. Ouid. Metam. II, 193.

Sparſa quoque in vario paſſim miracula coelo.

Cornel. Seuerus in Aetna vſ. 243. (Wernsdorf poet. lat. min. T. IV. p. 139)

Quo volet Orion, quo Sirius incubet ardens
Et quaecunque iacent toto miracula mundo.

In textu Seueri apud Wernsdorfium male legitur: *Sirius incubet index — tanto miracula mundo.* — In verſu tertio emendando Grotius reſpexit Arat. Phaen. 314.

— — χαλεπὸς γέ μεν ἐξ ἁλὸς ἐλθεῖν.

vſ. 318. 319. *Et telo appoſitus cuſtos, quom Iuppiter arſit In puero, luit excidio quem Troia furorem*] Iterum ex emendatione Grotii. Vulgo: *Et coelo appoſitus cuſtos, quo Iuppiter arſit.* Ms. habet *Et telo appoſitus cuius.* Aliam quoque coniecturam propoſuit Grotius hanc: *Et coelo appoſitus ciuis*, eleganti metaphora, commiſtis lectionibus ex vulgatis et mſto. Noſtra tamen lectio melior et fabulae de Aquila, fulminis Iouis cuſtode, aptior.

vſ. 320—322. *Delphin inde breuis*] Hi tres verſus a Grotio ex Mſto reſtituti ſunt, vbi in primo verſu legitur *Delphini inde b.* Nymphe Atlantis eſt Amphitrite, de qua per Delphinum auecta vid. Eratoſth. Cataſterism. cap. 31. Hygin. II, 17.

vſ.

vſ. 325. *decliuis ducitur ordo*] Ms. *declinis dicitur ordo.*

vſ. 326. *Sentit et*] Ms. *Sentiet.* Perperam.

vſ. 327—329. *Primus in obliquum rapitur ſub pectore Tauri Orion; non vlla magis vicina notabit Stella virum, ſparſae quam toto corpore flammae*] Hi tres verſus in edd. Grotianâ antiquioribus defuerunt. Mutauit quaedam Grotius. In Mſto legitur: *Primus in obliquo*, renitente ſenſu. Omnino autem vult Germanicus: Orionem non debere ex vicinis aſtris noſci, ſed ſuis ſideribus facile clarere. Cf. Arati Phaen. vſ. 323 ſq.

vſ. 330. *Tale caput, magnique humeri, ſic baltheus exit, Sic vagina enſis, pernici ſic pede lucet*] Vulgo corrupte:

Tela, caput, magnisque humeris, ſic balteus ardet
Sic vagina enſis, pernici ſic pede fulget.

Ms. *pernici ſic pede luăit.* Quare Grotius vulgatum *fulget* in *lucet* mutauit.

vſ. 332—334. *Talis ei et cuſtos aderit Canis ore timendo, Ore vomit flammam, membris contemtior ignis, Sirion hanc Graii proprio ſub nomine dicunt*] Deſunt hi tres verſus in edd. antiquioribus. In Mſto legitur verſu primo: *Talis et cuſtos*, et verſu tertio *prio ſuo nomine*, ex quo verum *proprio ſub nomine* Grotius elicuit. Forſitan etiam olim legebatur *patrio ſub nomine.*

vſ. 336. 337. *Diſcernitque ortu longe fata; viuida firmat; At quibus adſutae frondes, aut languida ceruix, Exanimat;*] Ex emendatione Grotii. Metaphora non ineleganti videri poteſt Germanicus *arborum ceruices* dixiſſe et *frondes aſſutas*, quae non ſatis firmiter inhaerent. Vulgo:

Diſcernitque; ortu longe fata vivida firmat:
At quibus arctatae frondes, aut languida radix,
Exanimat;

Ms.

Ms. habet: *At quibus adſuetas frondes aut languida cernis, Exanimat;*

vſ. 339. *primo ſpeculatur ab ortu*] Monet Aratus, Sirium etiam in occaſu conſpiciendum; ait enim Phaen. vſ. 336.

Κείνου καὶ κατιόντος ἀκούομεν — —

Senſus vtriusque idem: Sirium a primo initio ad finem vsque non negligendum. Eſt enim vehemens in ortu et occaſu. Manilius I, 386.

Subſequitur rapido contenta Canicula curſu,
Qua nullum terris violentius aduenit aſtrum,
Nec grauius cedit, nec horrens frigore ſurgit.

vſ. 340. 341. *Auritum Leporem ſequitur Canis, at fugit ille, Vrgetur curſu rutili Canis ille per aethram*] Ex Mſto Grotius hos verſus inſeruit; deſunt in edd. antiquioribus. In priori verſu Mſtus habet *et*, quod equidem in *at* mutatum velim; in poſteriori *per aethera*, a Grotium reſictum in *per aethram*. Saepiſſime Auienus dixit *aethram* pro *aethera*.

vſ. 342. *Sic vtrunque oritur, ſic occidit in freta ſidus*] Putabat Ioſ. Scaliger legendum: *Sic in vtrumque*, et hunc verſum ad Sirium referendum, quod concedi poſſet, niſi in Mſto duo verſus antecedentes, a Scaligero ignorati, inſerti eſſent. Monet tamen Grotius, verſum *Vrgetur curſu* profecto ex Auieno vſ. 759. deſumtum eſſe, ſicut etiam tres in Mſto ſequentes:

Paruulus in ſtellis Lepus eſt quoque; nanque vbi magnus
Emicat Orion, gemina ad veſtigia ſubter
Volvitur, inſtantem premit igneo Sirius ore.

In edd. Grotianâ antiquioribus ſecutus eſt verſum *Sic vtrunque* alter t .is:

Tu paruum Leporem perpende ſub Orione.

qui ab indocto aliquo monacho profectus e a Grotio textu eiectus est. Igitur versum *sic vtrunque oritur* excipere debet versus *At qua cauda Canis.* Sensus totius loci est: Canis Leporem insequitur; Lepus Canem fugit; ea figura oriuntur et occidunt. Aratus Phaen. vs. 341.

Καί οἱ ἐπαντέλλει, καὶ μιν κατιόντα διώκει.

Idem Auienus multis versibus hîc exprimit, qui et alibi simili modo dixit:

— — *sic magno praepes Olympo*
Subuehitur, subit occidui sic marmoris undas.

vs. 343—345. *At qua cauda Canis*] Tres hi versus, a Grotio e Msto restituti, desunt in edd. antiquioribus.

vs. 346—348. *Vt cum decurrens inhibet iam nauita remos, Auersamque ratem votis damnatus ad oram Perligat, optatam cupiens contingere terram*] Male vulgo versu primo *At cum;* versu secundo et tertio: *damnatus ab ore Perlegit.* Correxit Grotius e Msto.

vs. 349. 350. *Sed quia pars violata fuit, coeuntia saxa Numine Iunonis tutus cum fugit Iäson*] Ms. *qua pars.* Male. Duas affert rationes Germanicus, cur Argo a puppi oriatur et prora careat: Priorem ex Arato Phaen. vs. 345. quo nautae appellere cupientes nauem conuertant et remos inhibeant, quod ἀναχόπτειν dixit Aratus, alii, vt Cicero ostendit, πρύμναν κρούσασθαι (vid. Grotii not. ad Arat. p. 8.); alteram rationem omnibus Mythologicis intactam, quod prora inter rupes fuerit collisa, vix periculum effugiente Iasone. Mentio tamen fit huius rei in Argonauticis Orphicis vs. 1157. vbi fatidica nauis ita loquitur:

Οἵ μοι ἐγὼν, ὀφελόν με διαῤῥαισθεῖσαν ὀλέσθαι
Κυανέαις πετραῖσιν ἐν ἀξείνῳ τε κλύδωνι.

vs. 351. 352. *Haec micat in coelo late, non amplius, altus Qua surgit Malus*] Ita hos versus legere iussit Grotius. Sensus est: Non amplius micat Argo quam

vsque

vsque ad malum. Aratus: παρ' αὐτὸν ἰστόν. Ellipsis τοῦ *quam* similis post antecedens comparatiuum apud veteres valde frequens est. Vulgo:

Haec micat in coelo lateri non amplior, actus
Qua surgit malus

Melius in Msto:

Haec micat in coelo lateri non amplius aucta,
Qua surgit manus

manus vitiose exaratum pro *malus*. Poterit *lateri* tolerari; sunt enim latera αἱ πλευραὶ nauis, vt supra:

Assultat lateri deprensa spuma carina.

vs. 354. *Puppis demisso tantum stat roscida clauo*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *lucida clauo*, non male quidem; at in Msto: *roscida laeuo;* vtraque hac lectione commista euasit nostra. Aratus Phaen. vs. 351. dixit πηδάλιον κεχαλασμένον. Germanicus deriuauit κεχαλασμένον non ἀπὸ τοῦ χαλᾶν, sed ἀπὸ τῆς χαλάζης. Grando autem, nix, pruina, ros, si non eadem, sunt tamen cognata et affinia. Igitur *roscida puppis*, πηδάλιον κεχαλασμένον.

vs. 355. 56. 57. *Haud procul expositam sequitur Nereïa Pistris Andromedam; media est Solis via, cum tamen illa Terretur monstro pelagi, gaudetque sub ax*] Tres hos versus ex Msto Grotius restituit. Pro *Haud procul* Ms. perperam *At procul.* Arat. Phaen. vs. 353. οὐκ ὀλίγον περ ἀπόπροθι. Eleganter autem dixit Germanicus: *media est Solis via*, h. a. Zodiacus, quem Aratus alibi ἠελίοιο κέλευθον vocat, interiacet. Huc pertinet versus Manilii Astron. I, 356.

Andromedam vastos metuentem Pistris hiatus,

vbi male in edd. nonnullis *Piscis* legitur. De bellua marina Pistri Valer. Flacc. Argon. II, 530. *iamque agmine toto Pistris adest, miseraeque inhiat iam proxima praedae.*

vſ. 358. *Diuerſo poſita*] Ms. *Diuerſi*. Male.

vſ. 359. *Auſter Piſtrin agit*] Sic bene Ms. Arat. Phaen. vſ. 356.

— — νότος ἐχθρὸν ἀγίνει
Κῆτος —

Vulgo ſine ſenſu: *Auſter piſtris agens*. *Piſtrin* autem per metatheſin pro *Priſtin* dici, nemo eſt qui neſciat.

vſ. 362—364. *Amnem, qui Phaethonta ſuas defleuit ad vndas, Poſtquam patris equos non aequo pondere rexit, Fulmine reddentem flammas Iouis*] Tres hi verſus, quibus edd. antiquiores carent, a Grotio e Mſto reſtituti ſunt. In verſu 364. Grotius eleganter coniecit: *Fulmine reddentem flammas Iouis*, pro eo, quod eſt in Mſto, *Vulnere reddentem flammas Iouis*. Ouid. Metam. II, 311.

— *Et dextra libratum fulmen ab arce*
Miſit in aurigam, pariterque animaque rotisque
Exuit, et ſaeuis compeſcuit ignibus ignes.

Pulchre igitur dicit Germanicus Phaethontem flammas ſolis reddentem flammis et fulmine Iouis.

hunc noua ſylua] Ouidius Met. II, 372.

— — *ſyluamque ſororibus auctam.*

Eſt fabula nota.

vſ. 365. *Planxere ignotis moeſtae Phaethontides vlnis*] Ex Mſto. Male vulgo: *Aſiae Phaethontides vlnis*. Dixit Germanicus *ignotas vlnas* vt Ouidius Met. II, 352.

Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos.

Melius refertur hic verſus ad deſcriptionem Piſtris, non, vt in edd. antiquioribus, ad Eridanum.

vſ. 366. *Eridanus medius liquidis interiacet vndis*] Sic emendauit Grotius. Ms. *miacet vndis*. Vulgo *interiacet aſtris*. Verum *aſtra* quomodo poſſunt dici *liquida?* Vult Germanicus Eridanum medium fluere inter Heliadum ſiluam, de qua locutus eſt. Aratus Phaen. vſ. 360.

vocat

vocat πολύηλαυστον ποταμὸν, quia electra, lacrymae Heliadum, in Eridanum ſtillant. Ouidius Met. II, 364.

— — *ſtillataque ſole rigeſcunt*
De ramis electra nouis, quae lucidus amnis
Excipit, et nuribus mittit geſtanda Latinis.

vſ. 367. *Huius pars vndae laeuum tenet Orionis*] Vulgo: *laeuum ferit Orionis.* Ms. *medium tenet Orionis.* Noſtram lectionem ex vtraque hac mixtam dedit Grotius.

vſ. 368—370. *procul ambobus qua Piſcibus vnus Vincula connectit nodus, criſtam ſuper ipſam Aequoreae Piſtris radians*] Ex emendatione Grotii. Vulgo:

— — *procul amotis qui Piſcibus vſus,*
Vincula coniectat nodus; criſtam ſuper ipſam
Aequore Piſtris adit.

Ms. *coniecit* pro *coniectat* et vſ. 370. *Aequorae Piſtris radians.* In promtu ſunt rationes, quibus emendatio Grotii nititur. Pro *amotis* repoſuit *ambobus* ſecundum Aratum Phaen. vſ. 362.

Δεσμοὶ δ' οὐραῖοι, τοῖς Ἰχθύες ἄκροι ἔχονται,
Ἄμφω συμφορέονται

vſ. 370, 371. *ſunt libera coelo Sidera, non vllam ſpecie reddentia formam*] Vulgo: *ſunt illi libera coelo Sidera, nonnullam.* Ms. pro *ſpecie* habet *coelo*, ex verſu antecedenti male repetitum.

vſ. 372. *Sub Leporis latus, auerſam poſt denique puppim*] Vulgo: *ſub Leporisque latus verſam.* Perperam. Noſtra lectio ex Mſto.

vſ. 373. *Inter et Eridani flexus clauumque carinae*] Ita Ms. Vulgo: *Inter et Eridanum, flexusque cauumque carinae.*

vſ. 374. *Atque haec ipſa nota eſt nullam praebere figuram*] Iterum ex Mſto, qui tamen habet *praebuere*, librarii vitio. Vulgo corrupte:

Atque haec ipſa notat, ſi nullam ferre figuram

vſ. 375—377. *Sunt etenim toto ſparſi ſine nomine mundo Inter ſigna ignes, quibus et ſi propria deſit Forma, per appoſiti noſcuntur lumina ſigni.*] Ita hos verſus legit Grotius. Vulgo deprauatiſſime:

Sunt etiam toto ſparſi ſine nomine mundi
Inter ſigna ignes etiam, quibus et ſua deſit
Forma, per oppoſiti noſcuntur lumina ſigni.

Emendationes Grotii ſunt veriſſimae. In verſu vltimo mutauit *oppoſiti* in *appoſiti;* nam Aratus Phaen. vſ. 380. habet παραχειμενος.

vſ. 378—380. *Eſt etiam a Geminis diuerſus Piſcibus vnus, Qui Boream fugitat, totus directus in Auſtros, Ventre ſub Aegoceri, Priſtim conuerſus ad imam.*] Petiit hos tres verſus iterum ex Mſto Grotius; deſiderantur enim in edd. antiquioribus. In verſu ſecundo Ms. habet *fugiat*, quod recte in *fugitat* mutauit Grotius, vt ſupra quoque. In verſu primo textus Grotianus perperam *diuerſis* exhibet pro *diuerſus.*

vſ. 381. *quâ veſtigia figit*] Ms. *quae.* Male.

vſ. 384. *nec cauſa eſt nominis vlla*] Ita Ms. Non male vulgo: *nec cauſam nominis vllam.* Cauſa nominis eſt fabula.

Poſt vſ. 385. *Nec procul hinc dextra defundit Aquarius vndas*] Sic Ms. Vulgo *diffundit.* Alieno tamen loco, vt iam ſupra monitum, hic verſus legitur, vt et ſequens:

Atque imitata cadunt errantis ſigna liquoris.

Imitata, μιμηθεντα, Germanicus dixit paſſiue. Simile eſt illud Virgilii Bucol. Ecl. IX, 53.

Nunc oblita mihi tot carmina —

vſ. 386. *E quibus*] Ms. *Et quibus.* Male.

vſ. 387. *Squamigerae Piſtris, pedibus ſubit altera ſigni*] Ms. *ſquamiger iuſtis pedibus ſubit altera ſignis.* Vitioſe.

vſ.

vſ. 388. *eſt et ſine honore corona*] Videtur Germanicus in Arati Phaen. vſ. 401. legiſſe ἄγνωτοι κύκλῳ pro Δινωτοὶ κύκλῳ. Cf. not. Vol. I. p. 417.

vſ. 398. *Ante Sagittiferi paullum pernicia crura*] Verſus ex Mſto emendatus, in quo tamen legitur *paullulum*, contra metrum. Vulgo: *multum pernicia crura.* Ordo verborum eſt: Paullum ante Sagittiferi pernicia crura. Forſitan Germanicus apud Aratum Phaen. 399. legit non ὀλίγοι, ſed ὀλίγον γέ μεν ἄλλοι ὑπὸ Τοξευτῆρος, vt ſit ὀλίγον ὑπὸ paullum ante.

vſ. 390—395. *Scorpius erecta torquet quâ ſpicula caudâ, Thuribulum vicinis Auſtris ſacro igne videbis Arcturum contra; ſed quanto tardius ille Oceanum occaſu tangit, tanto magis arctae Thuribuli metae; vix coelum ſuſpicit, et iam Praecipiti tractu vaſtis dimittitur vndis.*] Ita hunc locum egregie conſtituit Grotius. Monui ſupra ad vſ. 282. primum verſum

Scorpius erecta torquet quâ ſpicula caudâ

ibi alieno loco legi; iam inſerui eum hîc, vt Thuribuli deſcriptio ab eo incipiat; nam hîc deſideratur. Duo verſus ſequentes in edd. antiquioribus omiſſi Mſto Grotiano debentur. Verſu quarto Ms. habet *occaſum;* vulgatae edd. *tanto et magis arte.* Vſ. quintum vulgatae ſic legunt:

Thuribulum metae vim coelo ſuſcipit, et iam

ſine ſenſu. Ms. noſtram lectionem praebuit. Verſu vltimo pro *Praecipiti tractu* ed. Ald. habet *tactu.* Senſus totius loci eſt: Apud Scorpii acumen inuenies auſtralem Aram oppoſitam Bootae; ſed quanto ille tardius occidit, tanto arctiores ſunt metae Arae; adeo vt vix ortum ſit, quin ſtatim iterum occidat. Cf. ſupra vſ. 225.

— — *quanto breuiore Lycaonis Arctos*
Axem actu torquet, tanto pernicior ille
Diſtantes curſu properat contingere metas.

Quo ex loco etiam liquet, quid Germanicus vocet *metas* ſigni alicuius, ſcil. duo puncta, ἀνατολικὸν et δυτικὸν, quae in Horizonte imaginamur.

vſ. 397. *Venturamque notis cladem depellere ſuaſit*] Male vulgo *nouis*. Sunt notae σημεῖα. In verſu ſequenti ed. Ald. habet *numerus* pro *numeret*. Vitioſe.

vſ. 399. *caetera coeli*] Ms. *tempora coeli*. Male.

vſ. 400. *illo ſplendente timeto*] Vulgo: *illo ſplendore timeto*. Ms. *illo ſplendenti metuendum*, quae lectio haud dubie e gloſſa orta eſt. Vt nos dedimus, reſinxit Grotius.

vſ. 401. *pacem pelagi*] Similiter Auienus Prognoſt. vſ. 403. (1738):

— — *Thetidi terrisque ſupina*
Pax aderit.

vſ. 402. *Tunc mihi ſpiſſentur ſubſtricto cornua velo*] Ita hunc locum legi vult Grotius. Male vulgo:

Tunc mihi ſiccentur aſtricto cornua velo.

Cum enim κεραία ſiue cornu ſit τὸ ἐπάνω τοῦ ἱστοῦ δεδεμένον πλάγιον ξύλον, οὗ ἐξάπτεται ἡ ὀθόνη, ſequitur velo turgido laxari, ſubſtricto ſpiſſari, quod fit in tempeſtatibus. *Rigidos* ſimiliter *rudentes* in procella vocat, quod contrarium eſt ei, quod ſupra dixerat *excuſſos*, in vento moderato et ſecundo. Legendum enim eſt in verſu ſequenti: *Et rigidi emittant flatus per inane rudentes.* Peſſime vulgo:

Erigat, emittatque latus per inane rudentes.

vſ. 404. *Quodſi deprenſae turbauit*] Vulgo: *deprenſa*. Ms. *turbabit*.

vſ. 406. *ſorbetque inimicum Nerea prora*] Ex emendatione Grotii veriſſima. Vulgo: *ſoluetque*. Ms. *ſervetque*.

vſ.

vſ. 407. *Vel ſi reſpexit ſeruator Iuppiter, aegre*] Ita Ms. Perperam vulgo:

Vel ſi perſpexit ſeruator Iuppiter aeger

ſeruator Iupiter, Ζεῦς σωτήρ.

vſ. 408. *Vltima perſoluunt iactati vota ſalutis*] Vulgo *iactatae*, quod emendauit Grotius, quia apud Aratum Phaen. vſ. 428. legitur ὀτλήσαντες, neque ſatis recte *ſalus iactata* dicitur.

vſ. 409. 410. *Nec metus ante fugit, quam pars perfulſerit omnis, Quae Borean coeli ſpectantibus indicet orbem*] Sic verſus hos conſtituit Grotius ex Mſto. Vulgo:

Nec metus ante fugit, quam pars effluxerit orbis,
Quae boream coelum ſpectantibus indicet ortum.

Lectio *effluxerit* in verſu priori ex *effulſerit* nata. Quod edd. vulgatae in altero verſu habent *ortum*, tolerari poſſit; ſed Mſti lectio vera, ſi ita iuues, vt iuuimus. Senſus eſt: Pars omnis effulgens ſectantibus coeli orbem Boream indicat.

vſ. 411—413. *Sunt etiam flammis commiſſa immania membra Centauri, capite, atque hirſuto corpore et aluo Subter candentes hominem reddentia Chelas.*] Verſus hos in edd. antiquioribus deſideratos e Mſto reſtituit Grotius.

vſ. 415—417. *Naſcitur intacta Sonipes ſub Virgine, dextra Seu praedam e ſyluis portat, ſeu dona propinquae Placatura Deos, cultor Iouis, admouet Aras*] Ita hos verſus emendauit et diſtinxit Grotius. Vulgo:

Naſcitur intacta Sonipes ſub Virgine dextra,
Seu praedam e ſyluis portat, ſeu dona propinqua
Placatura Deos, cultor Iouis, admouet Arae.

Ms. *ſeu praedam ſyluis portat — admonet Arae.* Cf. Arati Phaen. vſ. 439 ſq.

vſ. 418. *Hic erit ille pius Chiro, iuſtiſſimus*] Recte ſic emendauit Grotius. Dicitur Chiro in Orph. Argon. vſ. 377. δικαιότατος κενταύρων, et Auienus vſ. 899. eun-

dem appellat *arbitrum aequi.* Vulgo *Chiron, tutiſſimus.* Ms. male *Sic erit* pro *Hic erit.*

vſ. 420. *Hic humero medium ſcindens iter aetheris alti*] Ms. male *Hinc* et *ſcandit* pro *ſcindens.*

vſ. 421. *Si tenuem traxit nubem ſtellasque recondit*] Edd. Ald. Baſil. male *ſic tenuem*, quod iam Morelius correxit, qui tamen cum illis adhuc habet *ſtellasue.* Perperam.

vſ. 422. *Toto clarus equo venientes nuntiat Euros*] Aratus Phaen. vſ. 433. ait:

— ἀτὰρ μετόπισθεν ἐοικότα σήματα τεύχοι
Νὺξ ἐπὶ παμφανόωντι Θυτηρίῳ —

Quod ſic explicat Theon: μετὰ ταῦτα δὲ ἐπὶ τῷ Θυτηρίῳ τὰ προειρημένα σημεῖα ἀποτελοίη ἡ νύξ. Sequitur hunc Auienus vſ. 887.

— *et coelo ſint omnia ſigna priora.*

Germanicus μετόπισθεν interpretatus eſt poſteriora Centauri, τὰ ἱππούρια, et ἐοικότα σήματα intellexit ἀστέρας διαφανεῖς. Caetera quae apud Aratum ſequuntur ἐπὶ παμφ. θυτ. Germanico ſunt non intellecta et neglecta.

vſ. 423—425. *Nec procul hinc Hydros tralitur, cui cauda ſuperne Centaurum lucet, tractus ſubit ille Leonem, Peruenit ad Cancrum capite et tria ſidera tangit.*] Hi tres verſus ad Hydrae deſcriptionem pertinentes et in edd. antiq. omiſſae a Grotio e Mſto reſtituti ſunt. Cf. Arati Phaen, vſ. 444 ſq. Germanicus vt et alii Latini *Hydrum* vocat, quem Aratus Ὕδρην. In tertio verſu pro *triſtia ſidera*, vt in Mſto eſt, Grotius repoſuit *tria*, Arato iubente. Similis locus ſupra

— *duo ſidera perlegit vnum.*

vſ. 426. 427. *Huic primos tortus Crater premit, vlteriores Vocali roſtro Coruus forat; omnia lucent*] Ex emendatione Grotii. Vulgo corrupte:

Hic

Hic primos ortus Crater premit vlterioris,
Vocalis roſtro Corui, ſuper Hydraque lucet.

Ms. habet: *Vocali roſtro Coruus forat.*

vſ. 428—430. *Et Coruus pennis et paruo pondere Crater, Et ſpatio triplicis formatus ſideris Hydros. Sub Geminis Procyon fulgentia ſidera ſurgit.*] Reſtituti ſunt hi quoque verſus, vltimi primae partis Phaenomenorum, a Grotio ex Mſto. In ſecundo Ms. habet: *ſpatio triplici.* In tertio notandum, quod Germanicus *ſurgit* ſenſo actiuo dixerit; nec mirum, cum *ſurgo* per ſyncopen ſit a *ſurrigo.*

Ab hinc omnia ad finem vsque Φαινομένων in edd. antiquioribus deſiderata a Grotio demum ex Mſto edita ſunt.

vſ. 432. 433. *ſemel aſſignata tuentur Immoti loca*] Ms. *In morti loca.* Vitioſe. *Immoti* ſunt ἀπλανέες.

vſ. 434. *At quinque ſtellae*] Grotius coniicit: *At quinae* ob verſum. Poteſt quidem graeco more breuis duabus conſonis ſequentibus produci; ſed hoc Germanico inuſitatum.

vſ. 437—439. *Haud equidem poſſis alio contingere ſigno, Quod diuerſa via eſt; hîc atque hîc ſaepe videntur Occaſus, ortusque*] Ita emendauit Grotius. Ms. deprauate:

Haud equidem paſſim alio contingere ſigno,
Quae diuiſa dies hinc atque hinc ſaepe videntur,
Occaſus, ortusque —

Senſus eſt: Non poſſis planetarum alterum per alterum comprehendere, vti in fixis ſtellis feciſti, vaga ſi quidem illis via eſt. Sic Auienus vſ. 921.

Nullus eas alio pacto deprendere certet,
Tam vaga per totam cunctis via defluit aethram.

Deinde ortus occaſusque non vno fiunt loco.

vſ. 441. *Hoc opus arcanis ſi credam poſtmodo muſis*] Dicit Aratus Phaen. vſ. 460. ſe non audere Planetarum naturam verſibus exponere. Germanicus dubitat, vtrumne hauſta

hauſta ex Chaldaeorum et Aegyptiorum myſteriis (vnde arcanas muſas vocat) diſciplina, aliquando laborioſum ea de re opus ſit conſcripturus; vtitur itaque locutione vulgo vſitata: *Tempus docebit.* Hoc ipſum ſyntagma de planetis eorumque operationibus, quod tunc, cum haec ſcriberet, in manibus habuiſſe videtur, poſtea perſecit; et aliqua eius adhuc fragmenta reſtant.

vſ. 442. *Tempus et ipſe labor, patiantur fata, docebit*] Ms. perperam: *patiatur fata.*

vſ. 443. *Signorum partes*] Ait Germanicus, quatuor Circulos Signorum ordinem et partes explicare. Male nempe intellexit Arat. Phaen. vſ. 461.

Ἀπλανέων τότε κύκλα τά τ' αἰθέρι σήματ' ἐνιστεῖν.
Ἦτοι μὲν, πά γε κεῖτ' ἐναλίγκια δινωτοῖσι
Τέσσαρα — Quaſi Aratus dixiſſet:
Et fixorum orbes et ſidera dicere coeli,
Sidera, quis pariter reſpondent quattuor Orbes.

Per τὰ αἰθέρι σήματα fixas ſtellas intellexit, vt et Cicero, et τά γε ad ea ipſa ſidera retuliſſe videtur. Longe aliter Auienus, quem vide vſ. 490 ſq.

vſ. 446. 447. *Nec par eſt illis ſpatium; duo nanque feruntur Inter ſe aequales; duo quorum eſt maxima forma*] Ms. *illi ſpatium.* In verſu poſteriori omiſſum eſt *duo*, quod tamen ob ſenſum et ob verſum repeti debet.

vſ. 448. 449. *Et totidem rurſum praedictis ante minores. Hi ſemper diſtant; illos communia ſigna —*] Ms. *totidem inter ſe praedictis — Hi ſemper diſtant illos; communia ſigna.* Senſus totius loci eſt: Non ſunt hi circuli aequales, ſed δύω δυσὶν ἀντιφέρονται, i. e. duo ſunt inter ſe aequales, duo ſcil. maiores, duo minores. Minores ſunt παράλληλοι. Maiores, Aequinoctialis et Zodiacus, ad duo puncta interſecant ſe mutuo in aequalia hemicyclia, ſiue arcus. *Signa* vocat σημεῖα, graeco more, quae Mathematici vulgo *puncta* ſolent appellare.

vſ.

vſ. 454. *mediis et lucet in vmbris*] Ms. *mediis et lucet.*

vſ. 455. *Lacteus hic orbis nullo minor orbe rotatur*] Ms. *nullo minus orbe.* Putat Grotius, hunc verſum, cui Arateus reſpondet nullus, eſſe ſuppoſititium, et ex eo, quem infra habes:

Hos inter medius nullo minor orbis habetur,

quodammodo confictum.

vſ. 456.] Grotius ad h. l. „Verſus hîc plurimi, immo fere omnes, in quibus ſidera deſcribuntur, quae Tropicum Cancri attingunt, corrupti, mutilati, transpoſiti, aliisque ſuppoſititiis interpolati ſunt, adeo vt cum Arato iis nihil conueniat; quare reſectis iis, quae ſuperflua viſa ſunt, additis paucis, quae neceſſaria, transpoſitis in ſuum locum, quae diſſita, mutatis, quae mala viſa ſunt, hánc tralationem ex coniectura concinnauimus, ita tamen, vt nusquam nimium a lectione Mſti recederemus.“

vſ. 458. 459. *Per Geminorum humeros currit, veſtigia tangit Aurigae, plantamque tegit Perſeida laeuam*] Ms.

Per Geminos currit medios, veſtigia tangit
Aurigae, plantamque tegit Perſeida laeua.

Geminorum humeros reſcripſit Grotius ex verſu: *Et Geminis humeros.*

vſ. 460—463. *Transuerſae Andromedae ſecat et latera vtraque tactu, Et totam absque humero dextram; tum candidus ora Cygnus habet, pariterque Feri pernicia crura*] Ms.

Transuerſae Andromedae ſecat vtraque latera tactu
Et totam ab humero dextram ſumma vngula curſu
Diuidit et Sagittiferi medium pernicia crura.

Ferum intellige Equum. Sunt ὁπλαὶ δ' ἵππειοι Arati.

vſ.

vſ. 464—469. Apponam hîc tantum verſus, quemadmodum in Mſto Grotii leguntur; vt conferri poſſint cum iis, quos a Grotio emendatos in textu exhibui:

Hinc alius rapit orbis iter, tum candidus ora
Cycnus habet, iuxta cubito lucet ſuper ipſum
Nixa genu facies, et primis ignibus Anguis
Effugit, at Virgo totus Leo, totus in ipſo
Cancer, ab aduerſis omnem ſecat ille Leonem
Clunibus, hirſutique iubam per pectoris exit.
Cancro qui fulgent oculi, cui regula currit
Per medios, ſic diuidit latera vtraque tangunt
Et Geminis humeros, et Tauri vngula dextra
Radit Ophiuchi humeros vaſtos fulgere notabis.
Hunc octo in partes ſi quis diuiſerit orbem —

Verſus vltimus in textu noſtro *Hunc octo* etc. clarus eſt, ſed coactus. Dubitat itaque Grotius, an non, a Germanico omiſſus, a Monacho ſit ſuppletus. Caetera omnia, quae in Mſto leguntur, aut inepte ob ſimilitudinem repetita, aut ex alius ſcriptoris Phaenomenis perperam hîc inſerta ſunt. Poterunt etiam loci oſtendi Arati, e quibus ſingula translata ſunt; ſed non eſt tanti.

vſ. 469. 470. *Quinque ſuper terras ſemper fulgere notabit, Abdi tres vndis, leuibusque latere ſub vmbris*] Ms. *notabis, Abdit tres vndis.*

vſ. 473—476. *Tunc habet aetherii curſus faſtigia ſumma, Erectoque polo Phoebus non applicat vnquam Candentes currus; aduerſo nititur orbe, Dum tangat metas; pronus deuoluitur inde*] Ms. *Tunc habet aeterni cuſtos — Erectoque polo breuibus non applicat vnum Candentis curſus. Auerſo — Dum tangant metas.* Senſus loci, ſicut Grotius eum emendauit, eſt: Cum Sol ad Circulum Cancri peruenit, iam in ſummo eſt; neque enim ad polum ipſum poteſt pertingere; eo vsque igitur ſcandit aduerſo quaſi

quaſi coelo; deinde pronus iterum in Auſtrum declinat. Auienus vſ. 984.

— neque celſum ſemita in axem
Sideris erigitur; via rurſum nota iugales
Suſcipit, inque Notum rutili redit orbita Solis.

Quibus ſimilia in Arato deeſſe videntur, niſi haec Auienus, quod probabile eſt, ex Germanico expreſſerit.

vſ. 477. *Hic Boreae propior*] Ms. *Hinc Boreae proprior.* Male.

vſ. 478. 479. *Aegoceros metas hyemis glacialibus Auſtris Aeſtatisque tenet flagrantia ſidera Cancer*] Ita Ms. qui in poſteriori verſu habet quoque *flagranti* pro *flagrantia.* Coniicit autem Grotius, verſus hos duos locum inter ſe mutare debere, vt ille, qui de Capricorno loquitur, ſit poſterior; nam ſequitur ſtatim:

Hoc medium ſidus findit deuexior orbis,

quod ad Capricornum neceſſario referendum, docent illa Aratea Ph. vſ. 501.

Ἄλλος δ' ἀντιόωντι νότῳ μέσον αἰγοκερῆα
Τέμνει

vſ. 482. 484. *velocia crura Contingit Canis, et Leporem iam deſecat imum, Deſecat et ſacrae ſpecioſa aplu-ſtria puppis*] Ex Grotii emendatione. Ms. ita:

— — velocia crura
Configit Leporis, Canem iam deſecat imum,
Deſecat et ſacra ſpecioſae plnſtria puppis.

vſ. 486. *magnus micat arcus in illo*] Sic mauult Grotius. Ms. *magnus micat orbis in illo.* Aratus Phaen. vſ. 506.

— ἐν καὶ τόξον ἀγαυοῦ Τοξευτῆρος·

Magnum artum ſupra quoque dixit Germanicus:

Belligeri Titan magnum cum contigit arcum

vſ. 492. *Phoebus radiatos extulit ignes*] In Mſto erat ſpatio vocante *r d atos*, vnde Grotius *radiatos* fecit.

vſ.

vſ. 494. *librato pondere mundi*] Sic emendauit Grotius. Ms. *ſidere mundi.* Verum Auienus vſ. 58.

Cur ſpacium lucis madidae cum tempore Noctis
Libra celerque Aries dimenſo pondere Olympi
Aequarent —

Dimenſo Auieno, quod Germanico *librato* h. e. *aequato;* nam mundum nihil aliud eſſe, quam coelum, iam notum.

vſ. 498. *duo ſidera cruris*] Habet enim Taurus in flexo crure duo ſidera, alterum in genu, alterum in vngula. Vide Hygin P. A. II, 21. et Schaubach ad Eratoſth. Cataſterism. p. 90.

vſ. 499. *At medium*] Ms. *Ad.* Male.

vſ. 500. 501. *Coruique querentis, Vltima deficiunt nigrâ quae ſidera caudâ*] Poſſis ex fabula coniicere: Coruique *gerentis.* Dicitur enim Corvus in fabula Craterem gerere, quod tamen in aſterismis aliter eſt. Sed ſatius eſt, *querentis* interpretari χρώζοντος. Coruus autem in cauda eſt Hydrae. Quare bene ſubiungit Germanicus:

Vltima deficiunt nigrâ quae ſidera caudâ.

(In Ms. legitur *quâ* pro *quae.* Minus bene.) Sunt enim ſtellae illae obſcurae. Hyginus in aſterismo Hydrae: *in quinta vsque ad caudam nouem* (habet ſtellas) *omnes obſcuras.* Peſſime ſcholiaſtes Germanici Anonymus *octo claras* poſuit, quamquam ſtellae hae non ſint extremae obſcuritatis, ſed quartae vel quintae magnitudinis. Coruus nullas habet in cauda ſtellas. Eas Germanicus ait deficere, viſui noſtro imputans, quod re vera nihil eſt.

vſ. 503. *Hic etiam celſi genua aſpicies Ophiuchi*] Ita hunc verſum legendum cenſuit Grotius. Ms.

Et celſi mediam partem Anguis et a medio Ophyucum.

Poſſit

Possit haec lectio iuuari, vna voce, quae temere repetita videtur, deleta, hoc modo:

Et celsi partem Anguis et a medio Ophiuchum.

Sed quia Aratus et alii genua tantum exprimunt, de Angue etiam non meminerunt. Emendatio Grotiana a scriptura Mſti non nimium recedit. Pro *mediam* habes *etiam;* pro *anguis et* habes *aspicies;* vox *celsi* manet; *Ophiuchi* casus tantum mutatus; *a medio* deletum est, quia ex repetitione vocis *mediam* natum videtur.

vs. 504. *Nec procul inde Aquila; at toto capite incubat ardens*] Ms. omittit *at*. Male.

vs. 505. *longae spatio ceruicis inhaeret*] Ms. *longe*. Sed bene rescripsit Grotius *longae*. Germanicus supra:

Et capite et longa ceruice insignior exit.

vs. 506. *quorum tractus*] Ms. *actus*. Perperam.

vs. 507. *Rectus per medios decurrens traiicit axis*] Legit Germanicus non male in Arato Phaen. vs. 525. ὀρθὸς περιβάλλεται ἄξων, vbi vulgo ὀρθοὺς habemus, quam lectionem sequitur Auienus vs. 1021.

Hos omnes recto contentos tramite coeli,
Distantesque pari spatio sibi, transigit axis.

vs. 508. *sine fine rotantur*] Ms. *notantur*. Male.

vs. 510—512. *Quartus in obliquum tres vnus colligat orbes; Partibus extremis diuersos implicat; vnum Inter vtrumque secat medium, deuectus in illum.*] Ms. *Quartus in obliquam — colligit orbes — extremos diuersos implicat vnus — defectus in illum.* Sensus est: Zodiacus tres alios contingit, extremos tantum tangens, medium per medium secans. Germanicus supra:

Interualla trium diuersus colligit vnus

Versum vltimum possis etiam ita legere:

— — *vnum*
Inter vtrumque secat medium, desectus ab illo.

vt mutua intersectio Zodiaci et Aequatoris indicetur.

vſ. 521—523. *In ſex ſigniferum ſi quis diuiſerit orbem, Aequales partes ſuccumbit regula binis Inferior ſignis, ſpatii tantumque tenebit Vna, ſui lateris quantum a Tellure recedit*] Ita hos verſus conſtituit Grotius. In Ms. corrupte verſu ſecundo: *Aequalis Aries* pro *Aequales partes* — Idem: *Inferior ſignis ſpatiis, tantumque tenebit Vna ſuis lateris.* Cf. not. ad Arati Phaen. vſ. 541. Vol. I. p. 429. *Latus* eſt *linea recta:* Sic Germanicus ſupra vſ. 188.

— *quantum latus a pede dextro*
Cephios extremam tangit Cynoſurida caudam,
Tantumdem ab laeuo diſterminat.

vſ. 525. *Nec tamen humanos viſus fugit vltimus orbis*] Videtur Germanicus male intellexiſſe verſum Arati Phaen. vſ. 541.

Ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολῆς ἀποτέμνεται αὐγὴ

cuius ſenſus eſt: *Quanta ab humano ſe tendit linea viſu.*

vſ. 526. *Haec via Solis erit bis ſenis lucida ſignis*] Perrinet huc elegantiſſimum fragmentum operis Germanici de planetis et ſignis Zodiaci eorumque operationibus coniunctis, a Grotio editum et emaculatum, quod a me hic quoque adſcribi lectoribus haud iniucundum fore ſpero:

Vna via eſt Solis biſſenis lucida ſignis;
Hac rapitur Phoebe, per idem Cythereius ignis
Fertur iter, per idem triſtatus vertice Mauors,
Mercuriusque celer regno coeloque verendus
Iupiter, et triſti Saturnus lumine tardus.
Omnibus his gemini motus, quorum alter ab ipſis
Naſcitur, et proprios oſtendit ſidere niſus,
(Tunc mundum ſubeunt lento pede) concitus alter
Inuitus rapit, et coeli circumrotat orbem.
Annua Sol medius deſignat tempora; Phoebe
Menſtrua; nanque anno Solem remeare videbis,
Mo vit vnde ſuos currus per ſigna volantes.

Hoc

Hoc peragit ſpatium breuiore citatior orbe
Menſem expleturis Phorbe contenta diebus.
Annuus eſt Veneri curſus; neque tardior illa
Mercurius; binos Gradiuus perficit orbes.

In Mſto Grotii, vnde hoc fragmentum deſumtum, bis erat *Phoebee* duplici *e* notatum, quae antiqua eſt literae graecae *η* apud Latinos ſcriptura. Habebat idem liber *circumnotat* pro *circumrotat* et *nam qua anno* pro *nanque anno*. Deinde verſus, antepenultimum praecedens, ita erat exaratus:

Hoc peragit ſpatio breuior citatior orbe.

Item *Contempta* pro *Contenta*, et *Annus* pro *Annuus*, et ſi quae ſimilia.

vſ. 528. *qui prodidit Hellen*] In Catalectis Pithoei Carm. de Sign. coel. p. 167.

Proditor eſt Helles et portitor Europaeus.

Apud Pithoeum et in Grotii notis p. 20. male impreſſum: *Proditor Europes.*

vſ. 530. *Sopito, vigile inceſto donauit amori*] Sic bene emendauit Grotius. In Mſto:

Sopito vigili inceſto donabit amore

amori antiqua ablatiui forma.

vſ. 532. *Europe thalamis et virginitate relicta*] Ms. *Europae — relictae*. Male. *Thalamus* hîc nihil aliud quam patrios Penates ſignificat. Ita Helena apud Homerum Il. III, 174. θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα.

vſ. 533. *mendacia ſenſit Litora*] Emendauit Grotius. Ms. habebat *Litore*, neſcio an melius.

vſ. 534. *partus enixa*] Ita loquitur Iupiter Taurus ad Europam apud Moſchum *Europa* ſub fin.

Ἐξ ἐμέθεν δὲ κλιτοὺς μάλα φύσαι υἷας.

vſ. 540. *Sidere donauit, Cancer, Saturnia Iuno*] Sic iam ante Grotium emendauit Scaliger; eſt enim ἀποστροφή. Vulgo *Cancrum*. Auienus vſ. 391.

— Hic etenim Lernaei gurgitis Hydram
Vreret Alcides cum flammiger, auſus in ipſum
Repere victorem —

Cf. Schol. German. et Hygin. P. A. II, 23.

vſ. 541. *numquam ſecura nouercae*] Auienus l. l.

— aſtraque Cancro
Iuno nouercales vt ſemper proderet iras
Praeſtitit. —

vſ. 542. *pia Virgo*] Similiter in Cataleſtis Pithoei p. 168.

Atque Leo primus labor Herculis, et pia Virgo.

vſ. 544. *Scorpius hinc duplex, quam caetera poſſidet orbe Sidera, per Chelas geminato lumine fulgens*] Senſus eſt: Scorpium duplum tantum ſpatium poſſidere, quam caetera, vtpote cum Chelas in ſe complectatur, vnde *μέγα θηρίον* Arato audit.

vſ. 545. *Quae mihi dicta canant magnum ſcelus Orionis! —*] Ita haec legi debent, per parentheſin et *θαυμαστικῶς*, recte id monente Grotio, qui etiam *ſcelus* repoſuit pro *ſidus*, vt eſt in Mſto. Occaſione Scorpii enim in Orionis facinus cum indignatione inuehitur poeta.

vſ. 547. *ſupplice plauſu*] Scholiaſtes Germ. de hoc Sagittario: *qui inter Muſas ſaepius commoratus plauſu cantus earum diſtinguebat.* Et huc alludit *Croti* ſiue *Crotonis* nomen illi tributum. *Phoebea arma* in verſu ſequenti videntur eſſe arcus et ſagitta.

vſ. 549. *Cochlidis inuentor*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *Poplitis.* Theon: *ὁ δὲ Αἰγόκερως ὅμοιός ἐστι τῇ αἰγί. Κατηστερίσθη δὲ εἰς τιμὴν τοῦ Πανός. Εἰς γὰρ τοῦτον μετεβλήθη διωκόμενος μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν. Εὗρε δὲ οὗτος τὴν κόχλακα ἐν τῇ θαλάσσῃ· διὸ παράσημον ἐν οὐρανῷ ἰχθύος ἔχει. Ἢ ὅτι σύντροφος ἐστὶ τοῦ Διός.* Hunc ex parte interpretatur Hyginus P. A. II, 28. *Hac etiam de cauſa eius poſteriorem partem Piſcis eſſe*

esse formationem, quod muricibus, i. e. maritimis conchyliis hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione. Schol. Germ. ex Hygino: *quod Dicolon inuenisset in mari, ideo Piscis cauda notatum.* Vbi similiter transpositis literis *Cochlidem* legendum. Κόχλακες, κόχλαδες, κόχλιδες, seu κόχλοι sunt λίθακες οἱ ἐν τοῖς ὕδασιν, *lapilli aquatici.*

cuius Titania flatu] Supra:

— Cum vis Titania flatu
Bellantem est mirata Iouem —

Titanes Ioui arma inferentes mirati sunt illum bellantem et ipsos fugantem solo Aegipanis flatu. Theon: τῷ δὲ ἤχῳ αὐτοῦ πανικῷ καλουμένῳ τοὺς Τιτᾶνας ἐτρέψατο.

vs. 551. *Vt fuerat geminus forma*] Respicit poeta eo, quod Capricornus sit τῶν διμόρφων ἄστρων. Sic ipse alibi:

Aut vbi consurgit Capricornus et ipse biformis.

Manilius Astron. II, 170.

Atque ex diuerso commissis corpore membris,
Vt Capricornus, et hic qui tentum dirigit arcum
Iunctus Equo —

Cf. ibid. I, 409. Schol. de Signis Zodiaci loquens: Item *quartum quoque eorum, aut Tropicum, aut solidum et deforme.* Lege: *Item quartum quodque eorum aut T. a. s. aut biforme.* Et paulo post pro *deformia* legendum *biformia.*

vs. 553. *patriamque pauentem*] Ex emendatione Ios. Scaligeri. Motu enim Catilinario natus Augustus, horoscopante, vt putabatur, Capricorno. In Msto: *patriamque parentem.*

vs. 556. *Deucalion paruam defundens indicat vrnam*] Ita emendauit Grotius. Mendose in Msto:

Deucalion parum defendens indicat vlnam

Manilius Astron. I, 272.

Post hanc inflexam defundit Aquarius vrnam.

In Catalectis Pithoei p. 168.

Deucalionis aqua et Piſces poſtrema figura.

vſ. 557. *Syriae duo numina Piſces*] Ms. *duo nomina.* Lectio noſtra ex emendatione Grotii aut omnino explicanda, quia omnes Piſces colunt Syri, teſte Clemente Alexandrino, aut de hiſce Piſcibus tantum intelligenda, quorum alter Venus Syria, alter Cupido. Vide Hygin. P. A. II, 48. Schaubach ad Eratoſth. Cataſterism. p. 118.

vſ. 558—562. *Temperat; hunc iterum praedictus naſcitur ordo Lanigeri et Tauri, Geminorum, poſtea Cancri, Tunc Leo, tunc Virgo, tum Scorpios, Arquitenensque, Et gelidus Capricornus, et imbriferi duo Piſces. Aeui perfecti diuiſus tollitur orbis*] Primus verſus manifeſto corruptus eſt et quatuor ſequentes omnino ſpurii ſunt. Neque enim cum iam omnia ſidera recenſuerit Germanicus, potuit eadem repetere, neque ipſa verba cohaerent. Quintus verſus ne ſenſum quidem habet. Rurſus alii verſus hic deſunt, quod ex Arateis facile liquet. Deſunt enim omnia, quibus translati fuerunt verſus Aratei poſt ſiderum Zodiaci enumerationem, vsque ad illum: Οὔ κεν ἀπόβλητον (Phaen. vſ. 551—559)

vſ. 567—568. *Cetera tum pronis ardentia ſuſpice flammis, Quid cadat, aut ſurgat, ſummoue feratur ab orbe*] Ex emendatione Grotii. In Mſto:

Cetera tum proris ardentia, ſuſcipe flammis,
Qnid cadat vt ſurgat ſummoue feratur ab orbe.

Pronas flammas dicit, quia ad nos verſae ſunt. *Summo ab orbe ferri* vocat μεσουρανεῖν.

vſ. 569—571. *Quantoue exſiliunt ſpatio cum caerula linquunt; Namque aliud pernix, aliud maiore trahetur Mole alio, Oceanum tardo linquentia paſſu*] Non ſunt haec ex Arato. Grotius mutauit quaedam. In Mſto: *caerula lingunt — alius pernix, alius maiore — liquentia paſſu.*

paſſu. Senſus eſt imperfectus ob verſus vnius pluriumue defectum. Non immerito dubitat Grotius, an haec ad Phaenomena, an potius ad alterum opuſculum, in qno forte de ortuum et occaſuum temporibus egerit Germanicus, pertineant.

vſ. 572 — 578. Mendoſe haec in Mſto leguntur ita:

Quod ſine fine caua ſolis via forte latebit,
Occulet aut ſignum conſcendens vertice coelum
Altus Athos vel Quillene vel candidus Haemus,
Gargaro nauti dens Superisue agitatus Olympus,
Tum dextra lacuaque ſimul redeuntia ſignis
Sidera ſi noris, numquam te tempora noctis
Effugient, numquam ventus Tithonius ortus.

Repoſuit Grotius iure ſuo in verſu primo: *Quod ſi nube caua* verſu tertio: *vel Cyllene;* verſu quarto: *Gargaron aut Ide;* verſu vltimo: *veniens Tithonius.* Expreſſit Germanicus iſta Aratea (Phaen. vſ. 563):

— — ἀτὰρ εἰ νεφέεσσι μέλαιναι
Γίνοντ' ἢ ὄρεος κεκρυμμέναι ἀντέλλοισιν
Σήματ' ἐπερχομένοισιν ἀρηρότα ποιήσασθαι·

In Arati textu noſtro vitioſe impreſſum eſt *μέναιναι* pro *μέλαιναι. Tithonium Ortum* dixit Germanicus ab Aurorae marito.

vſ. 579. *Cum primum Cancrum*] Sequitur pars tertia ex diuiſione noſtra, cui adſtipulatur Leontius de Sphaera Aratea Vol. I. p. 258. Ἀλλὰ μὴν οὔτε ἐκεῖνο λαθεῖν χρὴ, οὔτε (lege ὅτι) τὸν περὶ τῶν ἀστέρων λόγον εἰς τρία μέρη διαιρεῖ ὁ Ἄρατος. Καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ διδάσκει περὶ τῆς πρὸς ἄλληλα αὐτῶν θέσεως — ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς νοουμένης αὐτῶν ὑπὸ τῶν κύκλων τομῆς, ἢ ὁποιασοῦν αὐτῶν πρὸς τοὺς κύκλους σχέσεως· — ἐν δὲ τῷ λοιπῷ περὶ τῆς γενομένης αὐτῶν πρὸς τὰ ἀνατέλλοντα μέρη τοῦ Ζωδιακοῦ στάσεως.

vſ. 580. *Minoae ſertae coronae*] Ms. *Minoiae*, inuito metro. Cf. Auien. vſ. 1090.

581. *Occidit et dorſo Piſcis caudaque priore*] Ms. *dorſus Piſcis*. Male *Cauda priore* dixit, non quaſi duas habeat, ſed quia cauda priore occidit ἐξόπισθεν τετραμμένος ſecundum Aratum.

vſ. 582. 583. *Mergitur in totos humeros Ophiuchus, et Anguis Victima cauda micat, tortus habet illa timendos*] Ms. *in totos humero* et *ortus* pro *tortus*. Grotius ad h. l. „Videtur hic deeſſe verſus. Et iam dudum obſeruaui in tertia hac parte, aut Germanicum admodum negligentem fuiſſe in Arato transferendo, aut exſcriptores, quicquid repetitum videretur, ſuo more deleuiſſe. Dixerat Aratus Phaen. vſ. 575.

Τὸν δὲ καὶ εἰς ὤμους κατάγει μεγερὸν Ὀφιοῦχον
Καρκίνος ἐκ γονάτων, κατάγει δ' Ὄφιν αὐχένος ἐγγύς·

Itaque ne nihil dicamus, hoc afferemus. Verſus ſupra vnus ſupererat talis:

Nixa genu facies et primis ignibus Anguis.

Poſſit videri verſus ille huc pertinere. Nam pro ἐκ γονάτων videtur Hyginus etiam ἐγγόνασιν legiſſe, cum et ille Engonaſin Cancro oriente occidentibus annumeret. Sed diligentius inſpicienti facile apparebit nullum hic eratum librarii, ſed potius Germanici. Illud ἐκ γονάτων merito neglexit, quia non poteſt Ophiuchus occidere ad humeros, niſi ab ipſis genubus, imo a pedibus. Hoc recte. Illud αὐχένος ἐγγὺς ita intellexit, quaſi diceret a capite ad collum mergi, cum a cauda ad collum mergatur, vt res docet, et Hyginus: *et anguem totum praeter caput et ceruicem.* Videtur cum Germanico intellexiſſe Cicero:

— — *clarumque recondit*
Anguitenens validis magnum a ceruicibus anguem.

Aliter

Aliter enim *ad ceruices* dicere debuerat. Quo in loco epithetorum duorum coniunctio ἑλληνιστὶ insolens librariis occasionem dedit nullo sensu legendi: *Cancrumque recondit.* Consentit igitur Cicero cum Germanico. Dubito an et Auienus vs. 1098.

— Cancer premit ortus, et Anguem
Agmine qua vasto fluitat caput, aspera ceruix
Qua tumet, et spiris qua turgent pectora primis.

Vbi *fluitat caput* dixit, vt Aratus de altero Angue: κεῖνη του κεφαλὴ τῇ νήχεται. Germanicus igitur cum dicere vellet, Anguis caput et collum occidere, e contrario dixit, caudam et spiras omnes micare, h. e. caetera omnia praeter caput et ceruicem."

vs. 584. *Nec multo Arctophylax hic longe subiacet astro*] Ms. *his longe subiacet astris.* Sed recte emendauit Grotius. Aratus Phaen. vs. 579.

Οὐδ' ἂν ἔτ' Ἀρκτοφύλαξ εἴη πολὺς ἀμφοτέρωθεν
Μείων ἡμάτιος, τὸ δ' ἐπὶ πλέον ἔννυχος ἤδη.

Auienus vs. 1101.

Parte nec Arcturus distabit multus vtraque

Alterum Arati versum Germanicus omisit.

vs. 585—587. *Lumine qui primo*] Quatuor, inquit Aratus, signis cooccidit Arctophylax, Chelis, Scorpio, Sagittario, Capricorno. Idem vult Germanicus; nam lumen primum Scorpii vocat Chelas.

vs. 588. 589. *Siderea vix tum satiatus luce Bootes*
In terras abit, et noctis plus parte relinquit] Arat. Phaen. vs. 582.

— — ὁ δ' ἐπὴν Φάος κόρεσηται,
Βουλυτῷ ἐπέχει πλεῖον δίχα νυκτὸς ἰούσης.

vs. 593. *Cornua et Eridanus liquido feret vtraque coelo*] Non intellexit Germanicus Arati versum (Phaen. 589.)

Πάντα φέρων ποταμὸν, κέρας παρατείνεται ἄλλου.

vſ. 595. *Quicquid parte micat coelo, hac naſcente ſub vndas Omne abit*] Ita verſum legi vult Grotius. In Ms.

Quicquid parte micat coelo naſcente ſub vndas.

Poſſis legere: *collo naſcente*, quia de iuba praeceſſit. Sed nihil hac de re Aratus. Pro *hac naſcente* etiam reſcribere licet *hoc naſcente.*

vſ. 598. *Quique genu poſito*] Neceſſario hîc aliquid deeſt. Ait enim Aratus, Engonaſin totum occidere praeter genu laeuum. Iam ſupra coniecit Grotius, verſum illum:

Summa genu ſub verſa tenet, qua ſe Lyra verſat,

poſſe referri litera mutata ad eum locum, vbi coorientia Librae referuntur. Poſſis etiam eundem huc nulla mutatione referre, hoc modo:

Quaque genu poſito deſeſſus conditur vndis
Summa genu ſubuerſa tenet; qua ſe Lyra verſat
Crure tenus redit in coelum.

Idem dicit cum Arato. Cetera omnia, et genu etiam, ſiue ἐπιγονατίδα (hoc enim eſt *ſumma genu*) dextram, vbi ipſe nititur, ſubuerſa tenet, hoc eſt ὑποστρέφει, vt Aratus loquitur. Sed crure illo, vbi Lyra ſe verſat, h. e. dextro redit in coelum, quod ſatis ἀκυρολογῶς dixit pro *nondum occidit.*

vſ. 602. *Totiusque Canis*] Verſus hic videtur Grotio ſpurius, quia praeceſſit: *et Sirius ipſe.* Alius forte, Arato hîc a Germanico non ſatisfactum putans, hoc addidit, non videns, id cum praecedentibus non cohaerere.

vſ. 604. *Delphinus notis iam tum defluxerit vndis*] Ex emendatione Grotii. Ms *motis.* — *deflexerit.* Dixit Germanicus *notas vndas*, quia Delphin eſt ἔνυδρος. Ita ferme Manilius Aſtron. V, 387.

At quum ſe patrio producit ab aequore Piſcis.

vbi Grotius pro *patrio* legendum putat *proprio*, nam proprium Piſci aequor, vt notae Delphino vndae; verum optime

optime defendi poteſt vulgata lectio. Apud eundem Manilium I, 272.

Poſt hunc inflexam defundit Aquarius vrnam,
Piſcibus aſſuetas auide ſubeuntibus vndas.

vſ. 608. *terrae qui proximus amnis*] Terrae proximum vocat occidentem. Ita ſupra:

Siderea vix tum ſatiatus luce Bootes
In terram abit.

vſ. 609. *tum tota latebit*] Ms. *cum tota latebit.* Perperam. Idem in ſequenti verſu male habet *ad* pro *at.*

vſ. 610—612. *at contra ſublimior Hydra ferctur Cratera tenus, et ſurgent apluſtria puppis Argoae, totusque Canis*] Veram hanc lectionem reſtituit Grotius. In Mſto: *Terra tenus traxit Surgentia pluſtria.* Mendoſe. Grotianam emendationem firmat Cicero:

Craterque tenus lucet mortalibus Hydra.

vſ. 613. *Naſcitur, illa ratis medio tenus arbore lucet*] Sic puto, verſum hunc eſſe refingendum. In Mſto:

Naſcitur illa ratio media plus arbore lucet.

Quaerit Grotius, quomodo plus, cum ipſa non maior ſit quam a puppi ad arborem ſiue malum? Emendauit itaque: *media tenus arbore lucet.* Auienus vſ. 1136.

— maloque tenus ſeſe exerit Argo,
Cum iam virgineos aether vehit altior artus.

Verum etiam *ratio* eſt corruptela. Repoſui *ratis.*

vſ. 615. *Exilit Oceano*] Ms. *Exilem Oceano.* Male. Alibi Germanicus: *Centaurus in auras Exilit.*

vſ. 617. *cauda minus attamen Hydra*] In Mſto pro *Hydra* poſitum *illa.* Lectionis corruptela orta ex antiqua Scriptura *Idra.* Aratus Phaen. vſ. 611.

Ἀλλ' Ὕδρη· κέχυται γὰρ ἐν οὐρανῷ ἠλιθα πολλὴ·
Οὐρῆς ἂν δεέοιτο —

vſ.

vſ. 619. 620. *Partibus haud aliis; nocte eluctata ſuprema Bis ſolet illa vna coelo ſe oſtendere nocte*] Ex emendatione Grotii. Ms. corruptiſſime:

Partibus haud alii noctem fluctuata ſuprema;
Bis ſolet illa vna coelo ſe oſtendere noctem.

vſ. 622. *Occaſu ſequitur*] Ms. *Occaſus.* Perperam.

vſ. 623—626. *Crure, ſimul Chelae fulgent, cum Scorpius exit, Haud cunctatus abit; quum Chiron ſurget ab vndis, Arcusque ipſa pio coelo referetur imago, Iam totis radiat membris miſerabile ſidus.*] Ms. mendoſe:

Crure ſimul Chelae fulgent, cum Scorpius exit,
Tum totis radiat membris miſciabile ſidus;
Ac cum tantus abit, quantum lira ſurgat ab vndis
Argoſipia ſuo coelo refertur imago.

Verſum vnum transpoſuit Grotius, Arato (Phaen. vſ. 620.) poſtulante. Cf. iſta Ciceronis:

Hic genus, et ſuram cum Chelis erigit alte;
Ipſe autem praeceps obſcura nocte tenetur,
Dum Nepa et Arcitenens inuiſant lumina coeli.
Nam ſecum medium pandet Nepa; tollere vero
In coelum totum exoriens conabitur arcus.

Abit dixiſſe videtur Germanicus, vt ſupra *exit*, pro *fulget* et *exilit* pro *oritur*. Referendum autem hoc verbum etiam ad illud praecedens *Crure*. *Chiron* eſt Sagittarius. In Catalectis Pithoei p. 168.

Centaurusque ſenex Chiron, et cornua Capri.

Et illud ibidem:

Tu geminus Chiron et Corniger aequoris alti.

Vbi *geminus* nihil aliud eſt quam *biformis*. Verſum penvltimum olim ita refinxerat Grotius:

Argoûs ipſa pio coelo referetur imago;

quae quidem lectio qnamquam propius ad Mſtum, nihil tamen ad ſenſum erat. *Pium coelum* dixit poeta, vt ſupra

pra de Lyra: *pio coelo nitet.* Occurrit quoque *miſerabile ſidus* iam ſupra:

Succiduis genibus lapſum et miſerabile ſidus.

vſ. 629. 630. *Imperfecta redit coelo tum tota Corona, Et Chiron pius ad caudam cognoſcitur imam*] Male Ms. *cum tota Corona — Chiron prius — cognoſcitur vna.*

vſ. 631. *Pegaſus abſcondit toto tunc pectore pennas*] Grotius coniiciebat *vertice* pro pectore, quia Aratus Phaen. vſ. 627. habet:

Τῆμος ἀποιχομένην κεφαλὴν μεταδύεται Ἵππος.

Sed Cicero quoque caput non expreſſit:

Hic ſe iam totum caecas Equus abdit in vmbras.

Verſu quoque ſequenti pectus nominat Germanicus, quod non nominat Aratus. Sed mens Germanici et Arati, ſi recte ſpectetur, haec eſt: Equus, qui ante capite et collo erat ſubmerſus, nunc totus occidit. Et hoc eſt: κεφαλὴν μεταδύεται Ἵππος. Cycnus, qui ſub virgine pectore et pennis occiderat, nunc totus recedit. Hoc enim eſt: *Praemerſus pectore Cycnus.*

vſ. 633. 634. *Abditur Andromedae vultus; Piſtrisque marina Oceano inſequitur venientis Virginis ora*] Ex emendatione Grotii. Proponit idem primum verſum hoc modo legendum:

Abditur Andromedae vultus; ſed maxima Piſtris.

Senſus eſt: Andromedae vultus occidit, quam Oceano venientem inſequitur Piſtrix, cui criſta adhuc in coelo fulget; nam vt Aratus Ph. 632. ἐς λοφίην τετραμμένον ἄχρι παρ' αὐτὴν Δύνει; Capite occidit. Auienus vſ. 1174.

Tingitur ab ſpina capiti quae proxima ſummo eſt.

In Mſto legebatur:

Ardet et Andromedae vultus, priſtis et maxima
Occaſum ſequitur venientis et Virginis ora.

vſ. 636. *Regalis Cepheus*] Videtur deeſſe verſus ſimilis illi Ciceroniano:

Hanc

Hanc contra Cepheus non ceſſat tendere palmas. Diſſentit autem Germanicus ab Arato; nam cum ille dixiſſet, Cephea capite, manu et humero ſubmergi, verius Cephea intactum ab vndis dicit, quia in eleuatione Cnidi et ſimilibus Cepheus non occidit. *Regalem* vero dixit ipſum Regem.

vſ 637. *cum clarus fugerit Amnis*] Ms. male: *quam clarus fulſerit annus.* Simul enim Scorpius oritur et Eridanus occidit.

vſ. 639. *Sis vati placata*] Ms. *ſi.* Perperam.

vſ. 641. *contingere veſtes*] Ms. *qui tangere v.*

vſ. 644. *anguſto ſtipite*] Anguſtum ſtipitem vocat poeta, quod Aratus κορύνην, aut potius προβόλιον ſiue σιβύνην, qualem habere fertur Chiron, ſimiliter venator. Erant autem ſtipites acumen habentes, quorum ſaepe mentio in Cynegeticis Xenophontis.

vſ. 645. *dono dabat Oenopioni*] Auienus vſ. 1193.

Audax vt facinus donum foret Oenopioni.

vſ. 646. *Haud patiens ſed enim Phoebi germana repente*] Ms. *Ad patiens etenim Phoebi.* Mendoſe.

vſ 647. *mediâ tellure reuulſi*] Ms. reunlſa. Cf. Arat. Phaen. vſ. 642. ἀναῤῥήξασα μέσας ἐκάτερθε κολώνας.

vſ. 649. *Parcite mortales*] Simile epiphonema illud Auieni hoc loco vſ. 1199.

— — *iſta furori*
Praemia debentur; ſunt haec commercia laeſis
Semper Numinibus —

vſ. 650. *Horret vulnus adhuc*] Auienus vſ. 1201.

— *metus hic, metus acer in aſtro*
Permanet —

vſ. 651—653. *et quanquam parte retecta Teli paene fugit, tamen altis mergitur vndis, Scorpius ardenti cum pectore contigit ortus*] Ex emendatione Grotii. Ms. corrupte:

— *et*

— et quamquam parte relicta
Caeli paene fugit tamen altis mergitur vndis
Scorpius ardenti cum pectore contigit ortus.

Hyginus Oriona Sagittario oriente primum occidere dicit; Aratus Scorpio: quas ſententias vt conciliet, ait Germanicus, quamquam Orion fugiat ſiue occidat iam tum, cum pars aliqua Teli, h. e. Sagittarii, orta eſt, tamen poſſe etiam dici, Scorpio oriente, ſubmergi, parte ſcil. priori, vt et ipſe Hyginus in aſterismo Orionis teſtatur. *Telum* dixit pro *Sagittario*, vt ſaepe Aratus τόξον, quod tam telum quam arcum deſignat. Arat. Phaen. vſ. 305.

Ἤτοι γὰρ μέγα τόξον ἀνέλκεται ἐγγύθι κέντρου
Τοξευτῆς

vbi Germanicus et Cicero *arcum* poſuerunt. Auienus *telum* vertit vſ. 691.

Hic matutino veniens procul aequore Telum
Erigit e pelago; Telum trahit vltima cauda.

Quo in loco ſimiliter vulgo *Coelum* legebatur, quod Grotii coniecturam firmat.

vſ. 654. *Nil ſuper Andromedae, nil Priſtis*] Ms. bis: *nihil.*

vſ. 655. 656. *In caput atque humeros rapit orbis Caſſiepeiam, Decliuemque trahunt aeterni pondera mundi*] Ms. mendoſe: *Caſſiepeia — Declinemque trahunt aeterno pondere mundi.* Cf. Arati Phaen. vſ. 653.

vſ. 657—659. *Corruptaque cadit forma, certauerat olim Qua ſenis aequorei natis cum litore Canchli Doridos et Panopes ſpectaſſet ſtulta choreas*] Ita verſus hos reſtituit Grotius. Ms. *cadunt — Qua ſinus aequorei natis, cum littore Cancri — Senex aequoreus* eſt Nereus, ἁλιὸς γέρων apud Graecos. *Litore Canchli* ſubſtituit Grotius ex Plinio, qui Canchleos nominat ea ferme in parte, vbi Cepheos regnum. Malit forte alius *Cenchri*, ſed Cenchrea procul ab Aethiopia. Quod autem Aratus dixerat

rat Phaen. vſ. 660. στεφάνοιό τε δεύτερα κύκλα, non magis Germanicus intellexit, quam Cicero vel Auienus, qui omnes de Corona ſeptentrionali intelligunt. Scholiaſtes quoque graecus hoc in loco nugatur. Solus Hyginus monet, intelligenda iſta Aratea de corona Sagittarii.

vſ. 660. *Totius ſerta Coronae*] Ms. *totiensque ſerta Corona.*

vſ 662. 663. *Cruribus exſpectat Chiron obſcurior Arcum, Corpore iam vaſto, iam toto vertice clarus*] Sic legit Grotius mutatis et transpoſitis vocibus. Ms.

Cruribus exſpectat Chiron obſcurior arcu,
Corpore iam toto vaſtus et vertice clarus.

Quod ſequitur *Tum fera*, de Scorpio adhuc intelligendum, non de Sagittario.

vſ 666. *laeua minus aequora linquit*] Ms. *lincunt.* Perperam.

vſ. 667. *remeabilis Arcus*] Ita mauult Grotius. Ms. *arcu.* Per Arcum totum Signum Sagittarii indicat etiam Aratus, vt ſupra dictum eſt. *Remeabilis* dixit Germanicus eodem ſenſu, quo Auienus *reparabilis* alibi:

— *abſoluit totos reparabilis annos.*

vſ. 669. *Expulit, et celſis*] Deeſt copula in Mſto, qua verſus carere non debet.

vſ. 670. 671. *ſed trunca recepta Deſinet eſſe manu rediens deformis imago*] Ex emendatione Grotii. Ms. *Deſinit eſſe manum mediis deformis imago.* Mendoſe. Engonaſi iam ortus (hoc enim eſt *rediens*, vt ſupra: *Crure tenus redit in coelum*, et infra: *rediens cum ſidere Cepheus*) manum laeuam recipit. De capite tacet.

vſ. 672. *Cycni dextrâ penna*] Hoc ex Arato non eſt; verum tamen; neque enim Lyra oriri poteſt, niſi vnâ dextera Oloris ala oriatur. Quod vero ſequitur *radit tellurem*, ideo eſt, quia didicerat Germanicus, Cephea

in

in ista poli eleuatione oriri non posse. Dixerat autem Aratus, oriri eum στήθεος ἄχρις, quod aliter Auienus interpretatur, quam Hyginus et Marcianus Capella. Auienus, quasi a pedibus vsque ad humeros sit conspicuus, quod *verisimilius;* neque enim *verum*, vt diximus. Alii, quasi solo capite et humeris oriatur.

vs. 676. 677. *Argoaeque ratis qua flexile lignum In puppim formatur, adhuc aplustria lucent*] Ms. perperam: *flexile signum.* Est *flexile lignum* χηνίσκος, *curuum* Auieno. *Aplustria* non ea, quae in malo, vt vulgo putatur, sed in puppi, ἄφλαστα Graecis, vnde etiam nomen deductum, quicquid nugetur Festi mutilator. Ceterum videbantur Grotio hîc desiderari versus aliquot de *Auriga* respondentes Arateis Phaen. 679.

Ἀλλ' οὐχ' Ἡνιόχῳ Ἔριφοι, οὐδ' ὠλενίη Αἴξ
Εὐθὺς ἀπέρχονται —

Sed potuit Germanicus quoque illos omisisse, quia non ad rem facere videbantur.

vs. 680. *Atque omnem ornatum venerandae Numine puppis*] Ms. *omne ornatum.* Vitiose. Intelliguntur *aplustria.* Festus: *Aplustria nauium ornamenta.* Puppim dicit G. venerandam Numine, quia in puppibus erant παράσημα et Deorum effigies. Erat autem Argo in tutela Palladis. Valer. Flacc. Argonaut. VIII, 202.

Puppe procul summa vigilis post terga Magistri
Haeserat auratae genibus Medea Mineruae.

vs. 684. *Et paruus Delphinus*] Auienus vs. 1270.

Delphinum patulas promit Capricornus in auras.

Quod tamen deest in Arato.

vs. 685. *Eminus exsurgit Minoia nota Corona*] Versus est spurius, videturque conflatus et deprauatus ex duobus istis:

Excipit Oceanus Minoae serta Coronae,

Et:

Imperfecta redit coelo tum tota Corona.

vſ. 690. *non pectora triſtia ſetis*] Egregia Grotii emendatio. Ms. *tum pectora triſtia ſertis.* Male. Chironis pectora equinis partibus adnumerantur. Auienus vſ. 1275.

— *perſiſtit pectore celſo*
Cornipedis ſpecies.

vſ. 691. *Hydram plus mediam tondit*] Vſitatius forſitan: *plus mediâ.* Sed poteſt quoque *plus mediam* ſervari, vt ſaepius apud Latinos obuium.

vſ. 692. *Hanc Piſces abdunt orti; totumque biformem*] Male Ms. *Hanc P. addunt orti tumque biformes.* Biformis dicitur Sagittarius; ſimilis in Chirone ratio, niſi quod hic non ſit inter duodecim illa celeberrima ſidera.

vſ. 695. *Piſcibus ille ſimul ſurgit, ſed liberat ortus*] Ita legendum eſt. Ms. *et liberat ortus.* Verum aliud eſt *Surgere*, aliud *ortus liberare.* Nam *ſurgere* eſt οὐκ ἔδυν, imperfecte, vt loquitur etiam Aratus. Similis differentia inter *fugere* et *mergi.* Supra:

— *nam quanquam parte retecta*
Teli paene fugit, tamen altis mergitur vndis,
Scorpius ardenti cum pectore contigit ortus.

vſ. 697. 698. *laetior illa Nereidas, pontumque fugit, coeloque refertur*] Ms. *Nereidos, pontoque fugam*, ſine ſenſu. Andromeda, inquit poeta, gaudet, ſe Nereidas et pontum effugiſſe, cauſam ſcil. et locum periculi. Multo hic auctior Aratus, qui ait, dimidium Andromedae ſub Piſcibus, dimidium ſub Ariete oriri. Sed haec non tam penſiculate obſeruat Germanicus.

vſ. 700. *patrio fulgebit in aethere*] Aratus Phaen. vſ. 253.

— κεκονισμένος ἐν Διὶ πατρὶ.

Et

Et ibi Germanicus:

Moles ipſa viri ſatis eſt teſtata parentem,
Tantus vbique micat, tantum occupat ab Ioue coeli.

vſ. 701. 702. *Perſea cum pennae reddunt, iam Plias ab vndis Effugit, et dextro Tauri cognoſcitur armo*] Ms. *Perſea cum. pinnae redeunt — Tauri et cognoſcitur.* Male. Pleiades ſub poplite Perſei laeuo ſitae ſunt; itaque cum eo oriuntur; ſunt autem Pleiades in dextro Tauri armo, vt ex aſterismis apparet, et hîc indicat Germanicus. Veteres tamen Aſtronomi ſeorſim eas a Tauro effingebant, vt Hyginus docet A. P. II, 21. Inde intelligendus alius Hygini locus in Tauri aſterismo: *Inter huius finitionem corporis et Arietis caudam ſtellae ſunt VII, quas Vergilias noſtri, Graeci autem Pleiadas appellauerunt.* Et ſchol. German., cuius locus eſt mutilus: *Ab exciſione Tauri vsque ad id * quod ſeptem ſtellae ſunt, quas quidam Pleiades dicunt;* vbi *exciſio Tauri* eſt τομὴ Ταυροῦ. Aratus Phaen. vſ. 322.

Λοξὸς μὲν Ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς
Ὠρίων·

vſ. 703 — 705. *trahitur ſine curribus vllis Myrtilus; haud totum cernes; non integer ipſe In coelum redit; at pars dextera mergitur vndis*] Ita verſus hos reſtituit Grotius. Ms. *ſine curribus illis — aut totum cernens, cum interit ipſum — et pars dextera —* Supra Germanicus: *Sic nulli currus* etc.

vſ. 706. *efferet Hoedos*] Ms. *effugit Hoedos.*

vſ. 707. *Laeua Iouis nutrix humero radiabit in ipſo*] Ms. *radiauit.* Capellam, quae laeuum Aurigae humerum obtinet, Iouis nutricem perhiberi, notum eſt. Manilius Aſtron. I, 366.

Nobilis et mundi nutrito rege Capella.

vſ. 709. *Cetera — perfecto ſidere ſurgent*] Ms. *ſurgent.* Male.

vſ. 710. 711. *Tauro Piſtricis pariter criſtaeque refulgent Caudaque; vicinum terris iam cerne Booten*] Ms. male:

Piſtrices pariter — cernet.

vſ. 713. *Oceano Geminos remeare relicto*] Ms. *gemino*. Perperam. Arat. Phaen. vſ. 724.

Ἀμφότεροι δὲ πόδες καταδυομένου Ὀφιούχου,
Μεσφ' αὐτῶν γονάτων, Διδύμοις ἐπὶ σῆμα τετύχ-
θω —

vſ. 714. *Totaque iam Piſtris*] Ms. *Piſcis*. Male. Arat. Phaen. vſ. 726.

— τότ' οὐκέτι Κήτεος οὐδὲν
Ἕλκεται ἀμφοτέρωθεν —

vſ. 715. *Eridani et primos deprendat nauita fontes*] Ms. *Heridani et primo deprehendat*, contra metrum. *Primos fontes* vocat Germanicus πρώτην καμπὴν (ita enim in Arato Ph. 728. legi iubet Grotius, non πρώτης,) vt Cicero: *gelido delapſum lumine fontis*, vbi forſitan *flumine* legendum.

vſ. 717. 718. *quae tempora noctis Significent*] Ms. male: *quae tempora noctes Significet.*

NOTAE
AD GERMANICI CAESARIS PROGNOSTICORVM FRAGMENTA.

FRAGM. I.

Emulgauit hocce fragmentum e Mſto ſuo Grotius; nam in editionibus antiquioribus illud deſideratur. Agitur in eo generatim de Signorum virtute et de Planetarum ſimiliter natura; verum poſterior pars imperfecta deeſt.

vſ. 1. 2. *Grandine permixtas Aries niuibusque caducis Spargit vicinas ſupra iuga triſtia nubes*] Ita emendauit Grotius. Ms.

Grandine permixtus Aries, niuibusque caducis
Spargunt vicina triſtis ſupra iuga Piſcis.

Mendoſe vtique. Senſus eſt: Aries montes altiſſimos nubibus ſpargit grandinoſis et niuoſis. Atqui dices, addit Grotius, magnam nimis eſſe differentiam inter *nubes* et *Piſcis*, quod in Mſto legitur. Immo vero eſt tantum parua. Aſtronomi olim, vt et alii artium doctores, nomina vſitatiora notis ſignabant talibus plerumque, vt aut primam tantum literam cum poſtrema, nonnumquam etiam cum mediarum aliqua referrent. Id ex variis notis ICtorum aliorumque eſt notiſſimum. Itaque *Piſcis* ita notabant: $\overline{PS}$. Sed Aſtronomi Prognoſtici vna cum Meteorologicis *nubes* ita ſignabant: $\overline{NS}$. Sunt enim haec vocabula ſaepiſſime occurrentia; nam in iis, quae ab vſu ſunt remota, notas imaginari, eſt ſtultiſſimum. Hinc igitur natus librarii error. Primae vero vtriusque vocis

literae etiam ſupra inter ſe commutationem paſſae ſunt, vbi pro *Pigra miniſteria* Ms. habet *Nigra.*

vſ. 3. *et ventos excitat acres*] et *ventos excitat Aries.* Perperam.

vſ. 4 5. *Fulmina tunc crebro iaculatur Iupiter, et tunc Intonat emiſſis violentior ignibus aether*] Ms. *Fulmina tum — Intonat emiſſus.*

vſ. 6. *At Geminis*] Ms. male: *Ad geminis.*

vſ. 9. *cum pectora feruent*] Ita legendum. Ms. *cui* pro *cum.* Verum ſenſus eſt: Leo erit ſiccus, ſed tunc maxime, cum ea in parte ſpectatur, vbi eſt pectus et ſtella feruidiſſima, quae *βασιλικος* appellatur.

vſ. 11. 12. *Lenius eſt Librae ſignum; vix rorat in illo. Scorpios aſſiduos coelo minitabitur ignes*] Ex emendatione Grotii. Ms. *vix rore in illo — Scorpios aſſidue coelo minitabitur ignis.*

vſ. 13—15. *Lentior in pluuias veniet; magis arua quieta; Atque truces venti denſa niue ſaepe rigebunt. Rara Sagittifero deſcendunt flumina terris.*] Ms.

Lentior in pluuias, magis inuenit arua quieta,
Atque trucis ventos, denſa niue ſaepe rigebunt.
Sagittiferique rara deſcendit pluuia terris.

Dixit Germanicus: *venti rigebunt*, vt infra: *Et rigor accedit ventis — Sagittifero deſcendunt*, vt ſupra: *At Geminis perſtridunt.*

vſ. 16. *Aegoceros aliis parcit, ſed frigora durat*] Senſus eſt: Capricornus aliis omnibus i. e. imbribus, fulminibus, tonitruis, ventis, parcit; ſed ſola frigoris vehementia nocet. Ms. vitioſe:

Aegoceros alia ſpargit et frigora durat.

vſ. 21. *Imbribus incumbit coelum*] Ms. *Imbribus incumbit in coelum.*

FRAGM.

FRAGM. II.

Deſcribitur a Germanico in hoc fragmento relatio et coniunctio Signorum duodecim cum Planetis Venere et Mercurio. Deſunt hîc quoque nonnulla, vt in principio de Ariete; forſitan et in medio, et poſt finem de aliis Planetis, Saturno, Ioue, Marte, niſi de his prius tractatum fuerit. Deſideratur hoc fragmentum, quod in omnibus edd. antiquioribus legitur, in Mſto Grotii.

vſ. 1. *Aetherium venit Taurum ſuper, imbribus atris*] Sic vtique legendum. Incipit fragmentum de ſtella Veneris a Tauro; deeſt itaque de Ariete, vt diximus. De Tauro autem Germanicum loqui, certum eſt, cum ſequantur Gemini. Vulgo:

Aetherium venit thalamum ſuper imbribus atrum.

vſ. 4. 5. *cum ſidere Cancri Folſerit ardentis; tantum hoc: nil ſidere, certum.*] Egregie hunc verſum reſtituit Grotius. Vulgo:

— *cum ſidere Cancri*
Fons erit ardentis, tamen hoc in littore certum.

Dicit Germanicus, neque nubila diuturna fore, neque ſerenis credendum; auram ſcil. fore variam et inſtabilem. Subiungit, hoc vnum certum eſſe, nil certum putare. Similiter aliquis Fortunam in ſola inconſtantia conſtantem dixerit.

vſ. 6. 7. *Flagrantis placide lucis vis temperat annum, Cum poſuit ſedem Nemeaei finibus Aſtri*] Ex Grotii coniectura reſcripſi. Vulgo:

Flagrantis placide lucens hic temperat annum.
Cum poſuit ſedem Nemeaeis finibus aſtrum.

Temperat annum, vt ſupra: *Temperat in Geminis annum.*

vſ. 10. *Tunc quoque nulla fides coelo cum Scorpion acrem Stat ſuper*] Vulgo:

Nunc quoque nulla fides coelum cum Scorpion acer
Stat ſuper —

Multis de cauſis ſimilia ſunt ſigna, Cancer et Scorpius, quare illis Germanicus ſimilem tribuit effectum variantis aurae.

vſ. 12—14. *Heu quàntis terras tum Iupiter imbribus omnes Obruet! heu glomerata cadet quam denſa per aethram Immitis grando! coelum quam ſaepe ſonabit!*] Vulgo: *Iupiter ignibus — aut glomerata — denſa per aſtra — Immitis grando coelo, quam ſaepe ſonabit.* Tria, ait Germanicus, metuenda, imbres, grandinem, tonitrua.

vſ. 15. *tendentis ſpicula ſigni*] Elegantiſſima Grotii emendatio. Intelligitur Τοξότης. Vulgo corrupte:

Cum ſpatium attigerit tendentis ſingulaque ignis.

vſ. 16. *ponto non flamina derunt.*] Hîc diſtinguendum; nam quod ſequitur ad Capricornum referendum. Vulgo male verſus cum ſequentibus connectitur.

vſ. 19. *Horridus at gelidos portendit Aquarius imbres*] Vulgo: *ignes.* Sed quid ſunt *gelidi ignes?*

vſ. 20. *concretaque grando*] Hîc finitur periodus. Deeſt verſus vnus aut alter de Piſcibus, qui propterea ab imperitis librariis omiſſi ſunt, quia ſequitur:

Piſcibus a geminis ſub prima recurrerit aſtra Heſperus:

h. e. Venus a Piſcibus regreſſum facit ad Arietem.

vſ. 22. *cum Lucifer ora*] Senſus eſt: Haec ſigna ſunt a Venere ſummo mane edita. Quae iam ſequuntur, ad Veſperam pertinent. Non dubium vero eſt, quin eadem ſtella Veneris matutino tempore *Lucifer* dicatur, quae veſpertino *Heſperus.*

vſ. 27. *vt radiauerit aſtro*] Vulgo: *irradiauerit aſtro.*

vſ. 29. *Flaminaque aſſiduo terris inſtantia pulſu*] Sic emendauit Grotius vulgatum: *terris tum ſtantia pulſu.*

Idem

Idem in verſu ſequenti pro *E coelo* legere iubet *Et coelo.* Manet tamen ſenſus mutilus, et videtur verſus excidiſſe.

vſ. 31. 32. *Ver magis infidum, Tauri cum ſidere fulſit, Apportat; Geminis eadem inconſtantia praeſto eſt*] Vulgo deprauatiſſime:

Vere magis nitido Tauri cum ſidere fulſit.
Appota Geminis eadem conſtantia praeſtat.

Liquet Grotiana lectio ex ſequentibus.

vſ. 35. 36. *Et modo cum vento, gelido modo protinus imbre Lucens, alternâ ſuperabit nube ſerena*] Vulgo:

Et modo te vento gelido, modo protinus imber
Lucens alterna ſuperabit nube ſerena.

Inconſtantiam aurae Germanicus denotat.

vſ. 37. *Si Venus ingreſſa eſt ſpatioſi ſidera Cancri*] Vulgo: *Sin leuis ingreſſa eſt*, ſine vllo ſenſu.

vſ. 38—40. *non vlli corpora Soles Peſtiferi incendunt, non ſidera denſa ſolutos Aſtringunt artus alieno tempore;*] Ita bene correxit et diſtinxit Grotius. Male vulgo: *non nulli corpore.* Peccatum quoque eſt in diſtinctione membrorum periodi. *Alieno tempore* dixit pro *inimico.*

vſ. 42. *Ac rapidis*] Epitheton eſt vulgare et ſimili ſenſu poſitum, quo alibi *aeſtatem rapidam* dixit poeta; quamquam *rabidi* epitheton vtroque loco reſtitui poſſit.

vſ. 43. *Efficiet, magni cum ſpectat ſigna Leonis*] Vulgo: *Efficient magni conſpectu ſigna Leonis.* In verſu ſequenti cum Grotio repoſui *plenique* pro *plerique.* Poſſit etiam legi *plenâque.* Alius tamen forſitan tueri malit vulgatum.

vſ. 46—49. *Attrahit Autumno pluuias, eademque repellit Nubibus aſſiduis Chele; neque frigora prima Extremum Autumni ſuperet glacialia Libra*] Ita dedit Grotius. In vulgata lectione:

vſ. 62. *Matutina ferens ſolitus per ſidera curſus*] Hypallage eſt pro: *Matutinos curſus ferens* per ſolita ſidera. Simile illud Virgilii Aen. VI, 268.

Ibant obſcuri ſolâ ſub nocte per vmbram.

vſ. 63. *Cum pecudis villis auratum fulſerit aſtrum*] Sic legendum. Vulgo: *Cum pecudum.* Sed intelligitur Aries. Infra:

— cum regna Tonantis
Ingrediens pecudis redit intrans aurea terga.

Manil. Aſtron. I, 263.

Aurato princeps Aries in vellere fulgens.

vſ. 65. *Non intermiſſo quatiendi tempore ſurgent*] Senſus eſt perſpicuus. Vulgo: *patiendi tempore.* Male.

vſ. 67. *Affore, non minimus nanque eſt tunc imber in aruis*] Vulgo ſine ſenſu:

Affore non omni; nanque eſt tunc imber in aruis.

vſ. 69. *Grandine ſigna facit*] Ita videtur legendum pro *grandinis ſ. f.* ſolent enim hi caſus permutari. Verum eodem ſenſu poſſit vulgata quoque lectio defendi: *Grandine ſignificat.*

vſ. 69—71. *Gemini tranquilla ſereni Et placidum nautis ſpondent coelumque fretumque, Nubilaque atque imbres, aeſtus ac frigora miſcent*] Vulgo: *Geminis — ſpondet — Nubila atque imbres.*

vſ. 72. *aura Fauoni*] Eteſias indicat Germanicus, qui poſt aeſtiuum ſolſtitium flare ſolent, tunc nempe, cum Sol, cui Mercurius eſt comes quodammodo in Leone eſt. Aratus Phaen. vſ. 152.

Τῆμος καὶ κελάδοντες Ἐτησίαι εὐρέϊ πόντῳ
Ἀθρόοι ἐμπίπτουσι —

Sunt autem Eteſiae teſte auctore libri de mundo Ariſtoteli adſcripti μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ Ζεφύρων. Hinc eſt, quod Plinius et Schol. Ger-

Germanici Aquilones vocent, alii Fauonios, quos ita conciliabis. Cf. Kapp ad Ariſtot. de mundo Excurſ. III. p. 367 ſq.

vſ. 74. *Templa ſed Aſtraeae ſimulac poſſederit, igni*] Vulgo:

Templa ſed aetherei ſimulac poſſederit ignis.

De Virgine ſermo eſt ſine dubio.

vſ. 77. *attigerit cum iam Cylleuius arcum*] Vulgo: *arcus*. Male. *Arcum Centauri* dixit G. vt ſupra *cornua Centauri*.

vſ. 78 *Aut vbi conſurget Capricornus*] Vulgo: conſurgit. Sic et in verſu 80. reſcripſi *perrumpet* pro vulgato *perrumpit*.

vſ 82. *at gelidos flatus*] Vulgo: *aut*. Capricornus, inquit G., non cogit nubes, neque attrahit, ſed coactas reſoluit, ideoque tonitrua ex eo potes praedicere.

vſ. 86. 87. *Quid faciat primo mundo cum lumine Solis Tempus et occaſu moneat, quae, diſcere, Phoebi*] Senſus eſt: Nunc diximus, quid agat Mercurius, ſi modo Phoebei flammas euaſerit axis. Tempus igitur eſt, diſcere, quid faciat mundo cum primo lumine ſolis, et quae moneat occaſu Phoebi. Res clara. Aſtronomi etiam huius ſaeculi aliter Mercurium ſpeculantur ſolum, aliter cum Sole ſiue oriente, ſiue occidente; nam et haec in ſignificationibus diuerſa ſunt. Vulgo legitur:

Quid faceret primum modo cum lumine Solis,
Tempus et occaſus moneat quoque diſcere Phoebi.

vſ. 89. 90. *Et crebro tonitru ninget; florentia rura Spesque nouae ſegetis quatientur grandinis ictu*] Tria praedicit mixta: Tonitrua, grandinem, niues. Vulgo:

Et crebro tonitru iunget florentia rura.

vſ. 91. 92. *magni cum regna Tonantis Ingrediens pecudis redit intrans aurea terga*] Vulgo:

Ingrediens pecudis ingreditur aurea terga.

Vocem repetitam *ingreditur* repudiant et metrum et ſenſus. *Regna Tonantis* ſimpliciter pro *coelo* poſitum, vt Arato ἔνδιος, ἐνουράνιος.

vſ. 95—98. *Taurum ſaeuire videbis Grandine; nec contra ferri ratione probanda Aut Cancrum, aut Geminos; calidus veſtigia ſeruat. Haec quae dicta Leo, ſaevisque caloribus ardet.*] Ita legere, et diſtinguere iuſſit Grotius. Male vulgo:

— — *Taurum ſaeuire videbis,*
Grandine nec contra ferri ratione probanda,
Aut Cancro, aut Geminis: calidus veſtigia ſeruat
Hic quo dicta Leo ſaeuisque caloribus ardet.

Ait Germanicus, vt liquet, Taurum grandine ſaeuire; Cancrum quoque et Geminos non ferri in contrarium, quod foret optandum; immo et Leonem ſeruare praecedentium ſiderum veſtigia.

vſ. 99. *Flatibus at Gemini miſcent tranquilla ſereni*] Sic emendauit quidem Grotius lectionem vulgatam:

Flatus at Geminis miſcet tranquilla ſerenis.

Sed qnia Leo Geminos debet praecedere, et de iis iam mentio facta eſt, et quia ſupra habuimus: *Gemini tranquilla ſereni*, vnde hoc repetitum videtur, recte hunc verſum omnino ſpurium Grotius iudicat.

vſ. 100. 101. *Spiciferaeque manu tendenti nubila Libra Diſſentit Diuae*] Ex emendatione Grotii, transpoſitis et paululum mutatis literis lectionis vulgatae, in qua nullus ineſt ſenſus:

Spiciferaeque manu tendenti libera nutu
Diſſentit diuae —

Deſide-

Deſideratur quoque in hoc vulgato textu ſignum Librae. Spiciſera Dea eſt Virgo, quam Cererem eſſe nonnulli voluerunt, ſecundum Hyginum. Ab hac diſſentit Libra. Illa manu tendit nubila; haec nuntiat ſerena. In ſequentibus vſ. 101. reſtituendum *ſed enim haec*, vel *ſed et haec*, pro *ſed vt haec*.

vſ. 109. 110. *Cum ſonitu quatiet nubes; ſi cura laboris Non fruſtrans animum certo me limite ducat*] Vulgo ſine ſenſu:

Cum ſonitu quatiet nubes ſecura laboris.

VI. NOTAE

VI.

NOTAE

IN

RVFI FESTI AVIENI

PHAENOMENA ET PROGNOSTICA

ARATEA.

NOTAE
IN RVFI FESTI AVIENI
PHAENOMENA ARATEA.

vſ. 1 — 4. Paullo vberius laudes Iouis perſecutus eſt in prooemio Auienus, quam Germanicus et ipſe Aratus, ita tamen, vt rhetorem declamatorem ſentias, philoſophorum de rerum principio placita poeticis pigmentis exornantem. In primis quatuor verſibus vna eademque ſententia in quouis verſu, mutatis tantum verbis, iteratur. In verbis: *excelſam referat dux Iupiter aethram*, eodem ſenſu *aethra* dicta eſt, quo ab aliis *coelum* dici ſolet *arx Iouis*, quam nemo, niſi annuente Ioue, intrare poſſit. Quae ſequuntur maximam partem ad Pythagoreorum doctrinam de *aethere*, vt principio ignis, caloris, lucis, vitae, et motus in rerum natura, adumbrata ſunt. Caeterum in verſu primo pro *Carminis inceptor mihi Iupiter* Schraderus in Wernsdorf. Poet. lat. min. T. V. P. 2. ad Auieni perig. vſ. 896. mauult: *incentor*, aſſentiente Wernsdorfio. Lectioni huic pondus quidem addit Paullinus Nolanus (Carm. XV, 30.), qui hunc verſum ab Auieno ſumſit: *Non ego Caſtalidas, vatum phantasmata, Muſas, Nec ſurdum Aonia Phoebum de rupe cicho, Carminis* incentor *Chriſtus mihi.* Poteſt tamen vulgata lectio defendi ex ipſo Arateo Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Deinde apud Auienum Perieg. vſ. 896. *Incentore canam Phoebo*

lectio est incerta, et dubitari potest, an non apud ipsum Paullinum pro *incentor* legendum sit *inceptor*.

vs. 5. *Hic statio, hic sedes primi patris, iste paterni Principium motus*] *Hic* et *iste* ad *aetherem* referendi sunt; est hoc Auieno solenne, vt *hic* et *iste* de eodem vsurpet. Sic infra vs. 25.

Hic *digestorum speciem dedit*, iste *colorem*
Imposuit rebus —

vs. 9. *et numerus celsi modulaminis*] *Numerus* sensu Pythagorico pro *principio* siue *causa*. Alludit Auienus ad concentum sphaerarum, qui secundum Pythagoreos motu earum per aetherem certis legibus et numeris adstricto efficiebatur.

vs. 12. *qui discurrente meatu Mentis primigenae penetralia dura resoluens Impleuit largo venas operatus amore*] Vix sanus sensus in his inest. Quid enim hoc sibi vult: *florem et flammam animae mentis primigenae penetralia dura resoluere?* Quid sunt hoc loco: *penetralia* dura *mentis?* Coniicio itaque legendum:

— — *qui discurrente meatu*
Molis primigenae penetralia dura resoluens
Impleuit largo venas operatus amore.

Moles est materia rudis. Pro *molis primigenae* possit etiam legi: *Materiae primae;* sed melior altera lectio; nam de materia prima sensu philosophico Auienus non cogitauit. Ouid. Metam. init.

Ante mare et tellus, et, quod tegit omnia, Coelum,
Vnus erat toto Naturae vultus in orbe,
Quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles.

Ceterum cf. Barthii Aduersa. LVII, 15.

vs. 15. *Ordinis vt proprii foedus daret; iste calorem*] Male in antiquioribus edd. distinguitur:

Ordinis vt proprii foedus daret iste; calorem

vs.

vſ. 17. 18. *Inſeruit; ritè hunc primum, medium atque ſupremum Vox ſecreta canit ſibi*] Sic diſtinxit et emendauit Grotius. Vide Caſp. Barthii Aduerſar. XXXVI, 2. Vulgo male:

Inſeruit rite hunc primum, medium, atque ſecundum.

Vox ſecreta canit ſibi.

Vox ſecreta canit ſibi poetice dictum pro: mens interna meditatione concipit et adorat. Fuere inter philoſophos, qui *internas cogitationes* mentis *ſermonem* quaſi *internum, vocem ſecretam*, dicerent. Cf. Wernsdorfii Comment. *de Rufo Feſto Auieno* in Poet. lat. min. T. V. P. II. p. 631. vbi refutatur *Nicolaus Antonius*, in verſibus illis alluſionem Auieni ad dogma Trinitatis reperiſſe ſibi viſus Bibl. vet. Hiſpan. lib. II. cap. 9. p. 158.

vſ. 18—20. *nam permixtus vtrinque Et fultus ſeſe geminum latus, vnus et idem eſt Actor agendorum*] Vulgo: *Auctor agendorum*, quod licet ferri quidem poſſit; melius tamen cum Grotio legas: *actor agendorum*, πρακτὴς (non vt in Grotii notis impreſſum πραχθὴρ) τῶν πραχθησομένων. Senſus eſt: Iſte primum et ſupremum, ergo duo extrema (*permixtus vtrinque, fultus ſeſe geminum latus*) vnâ comprehendens, vnus tamen et idem eſt actor agendorum.

vſ. 21. 22. *hic Chaos altum Lumine perrumpit*] Legendum: *perrupit;* nam ſequuntur *ſoluit, fixit, dedit* etc. Verum *perrumpit* eſt praeteritum ἀρχαϊκὸν, et affectat Archaismum Auienus. Saepius occurrit *rumptum* pro *ruptum.*

vſ. 24. *Hic diſperſa locis ſtatuit primordia iuſtis*] Senſus eſt: Nondum definita et ad ordinem et leges revocata erant rerum primordia et viciſſitudines. Ouid. Met. I. vſ. 24.

Quae poſtquam euoluit, caecoque exemit acerno,
Diſſociata locis concordi pace ligauit.

vſ. 26. *ſexuque immixtus vtroque Atque aeui pariter gemini*] Aether vitam ſimul agit maris et feminae, cum principium ſit vitae omnino.

vſ. 30. *rapida inclinatio Mundi*] Ex emendatione Grotii. Infra vſ. 85. *trahit inclinatio coelum;* et alibi: *teres inclinatio mundi.* Vulgo ſine ſenſu: *pigra inclinatio nodi.* Aliam vulgatae lectionis emendationem propoſuit Caſp. Barth Aduerſ. XXXVI, 2. *bigrada inclinatio nodi. Nodum* interpretatur fatalem neceſſitatem inſolubili velut catena omnia continentem. Haec cum *frangi* non poſſit, duobus modis *inclinari* dicitur, vt orta obeant, oriantur defuncta. Non aſſentior.

vſ. 33. *ignea cuius Lumina ſunt late, ſol et ſoror*] Putat Grotius, haec ab Auieno deſumta eſſe ex Moſe Geneſ. I. *Fecitque Deus duo luminaria magna: Luminare maius, vt praeeſſet diei; Luminare minus, vt praeeſſet nocti.* Probari ergo hinc quoque poſſit, Auienum fuiſſe Chriſtianum. Verum eandem ſententiam ſaepius poetae et graeci et latini expreſſerunt, et eſt ea ita quoque comparata, vt in deſcribenda origine rerum cuiuis occurrat. In ceteris deſcriptio ortus mundi, qualem Auienus dedit, a Moſaica maxime diuerſa eſt. Vide Wernsdorfii Comm. *de Auieno* l. l.

vſ. 36. *Nec deſit genitis*] Forſitan legendum: *Nec deficit.* Vulgata lectio ex ſcripturae in codd. abbreuiatione orta videtur. Supra dixerat Auienus vſ. 28. *ſufficit alterno res ſemine.*

vſ. 41. *Hoc duce per tumidi ferimur freta gurgitis*] Ed. Grot. male: *ferimus.*

vſ. 45. *Viſcera et aethereos animans genitabilis artus*] Ita emendandum cenſuit Grotius. Vulgo:

Viſcera, et aeternos animat genitabilis artus.

In

In lectione Grotiana *aetherei artus* haud dubie intelligendi ſunt pulmones, et cor, quae aethere infuſo ſpirant et vigent.

vſ. 53. *Hic primum Cnidii radium ſenis intulit aſtris*] Senex Cnidius eſt *Eudoxus*, a quo Phaenomenorum argumentum accepit Aratus, cuius veſtigia legit Auienus. Infra vſ. 112. *ſic aſtrum dici Cnidius dedit.* Cf. Ioſ. Scaliger ad Manil. Aſtron. not. p. 54.

vſ. 55. *Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes; Autumni reditu cur ſub gelido Capricorno Bruma*] Ita recte diſtinxit Grotius. Nam enumerat Auienus ſolſtitia et aequinoctia; itaque neceſſe eſt per *Nepam* hîc *Cancrum* intelligamus; Cancri autem aequinoctium in ipſa aeſtate, non in autumno eſt. Male vulgo diſtinguitur:

Cur Hyperionios Nepa circumflecteret ignes
Autumni reditu; cur ſub gelido Capricorno
Bruma etc.

vſ. 58. *Cur ſpacium lucis madidae cum tempore noctis Libra celerque Aries dimenſo pondere Olympi Aequarent*] Ex Grotii emendatione, quam ſenſus neceſſario exigit. Vulgo:

Cur ſpacium lucis, maïdae cur tempora noctis
Libra celerque Aries demerſo pondere Olympi
Aequarent — —

vſ. 64. 65. *Quae rurſum ingenio numerisque Solenſibus idem Iuppiter efferri melius dedit incola Tauri*] Spectat hoc ad Aratum, Solis, Ciliciae vrbe, oriundum. Taurus eſt mons in Cilicia. Similiter in gratiam Arati de Cilicibus Manil. Aſtron. I, 392.

Montis ab excelſo ſpeculantur vertice Tauri
Euentus frugum varios, et tempora dicunt.

vſ. 66. *Muſa vt Cecropios ſuperaret et Aonas agros*] Sic repoſui cum Grotio, cum vtique ex vulgata lectione: *raperetur et Aonas agros* commodus ſenſus elici vix poſ-

ſit. Auien. Deſcr. orb. ter. vſ. 5. *Aoniis perget ſtilus impiger orſis.*

Me quoque nunc ſimilis ſtimulat furor edere verſu] Coniiciebat *Io. Schraderus* in not. ad Auieni periegeſin. (Wernsdorf. Poet. lat. min. T. V. P. II. p. 891.) legendum:

Me quoque nunc Latio ſtimulat furor edere verſu

Verum nihil mutandum eſt.

vſ. 70. *viticomo crinem tondere Lyaeo*] Male vulgo: *vitticomo.*

vſ. 72. *O per multa operum mea ſemper cura Camoenae*] *Multa operum* dixit graeco more pro *multa opera.* Sic ſupra vſ. 23. *rerum fluitantia* pro *res fluitantes.* Indicat Auienus, ſeſe ante Arateorum paraphraſin *alia poemata edidiſſe.* Cf. *Wernsdorf* Comm. *de Auieno* l. l. p. 622.

vſ. 75. Cf. Auieni Periegeſ. vſ. 6 ſq. et not. Schraderi ad h. l. ap. Wernsdorf. l. l. Barth. Aduerſar. XLVI, 16.

vſ. 78. *Nox agit, et verſo*] Ita, notante Morellio, codd. antiqui. Recte. Vulgo perperam: *Nox et agit, verſo.*

vſ. 80. *Nam numeris et honore carent*] Ex emendatione Grotii. Codd. antiqui: *caret.* Vulgo: *carens.*

vſ. 82. 83. *Sed quia non certa formarum luce notantur Omnia ſideribus, caſſum fit caetera vulgus*] Male vulgo legitur et diſtinguitur: *formarum in luce notantur omnia, ſideribus* etc. *Vulgum caſſum* vocat Auienus ſtellas ἀμορφωτους, de quibus alibi: *ignoti vice vulgi ſemet in aethram Protollunt.* Manilius I, 470.

cum Luna conditur omne
Stellarum vulgus, fugiunt ſine nomine ſigna.

Cf. Ioſ. Scaliger. not. ad h. l. p. 62.

vſ.

vſ. 87. *vt ſtilus inſtabili conuoluitur orbi*] Edd. antiquiores *in ſtabili*. Correxit iam Morellius.

vſ. 88. *Ipſe manens tenuisque procul ſacra viſcera coeli Perforat*] Vulgo ſine ſenſu: *Luce manente tenusque procul*. Vti nos dedimus, reſcripſit Grotius, qui etiam monet, *procul*, *late*, *ſuper*, aliaque ſimilia in Auieno ſaepe reperiri πλεονάζοντα.

vſ. 91. *vt ſemel haerens Conſtitit*] Aratus Phaen. vſ. 22. ἔρηρεν. Manilius I, 284.

Perque ipſum terrae directus conſtitit orbem.

vſ. 93. *Terminus extremo diſpar polus; Oceano pars ſublime erigitur*] Sic maluit Grotius. Extremo Axi Terminus eſt diſpar polus. Arat. Phaen. vſ. 24.

Καί μιν πειραίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν.

Poteſt tamen vulgata quoque lectio: *Nec minus extremo diſpar polus*, quodammodo defendi. *Pars* h. l. eodem ſenſu dicitur, quo apud Germanicum vſ. 22.

Quem Graii dixere polum; pars merſa ſub vndas
Oceani, pars celſa ſub horrifero Aquilone

vbi vide notam.

vſ. 97. *Ac teres in gemina*] Ita recte edd. antiquiores. Edd. Morel. et Grot. in textu (quamuis improbante Grotio) *Hac teres*.

vſ. 101. *Sacras vt mundus ſubiicit Arctos*] Vulgo: *ſubiit*. Recepi emendationem Morellii.

vſ. 107. *rapto genitrices flore*] Vulgo: *genitricis*. Ed. Ald. *raptor genitricis* et in verſu praecedenti: *venantibus* pro *venatibus*.

vſ. 126. *neque flammigeros eduxerit ortus*] Dedi hunc verſum et ſequentes, quemadmodum Grotius eos conſtituit. Cf. Arati Phaen. vſ. 40 ſq.

vſ. 127. 128. *immerſo cum iam Titanius orbe Imbuerit tremulo Tarteſſia terga rubore*] Vulgo:

Imbuit et tremulo Tarteſia terga rubore.

Titanius dicitur pro *Titan*, vt *Bacchius* (Βάκχιος) apud Euripidem, *Mauortius* apud Petronium, pro *Bacchus* et Mauors. Cf. Noſtrum Deſcript. orb. terrae vſ. 62.

vſ. 129. *Creſſia quam flammas*] Vulgo: *flammans.*

vſ. 131. *Illa licet paruo iaceat*]. Sub *illa* intelligitur Cynoſura.

vſ. 133. *huic, mora longos Pigra tenet gyros*] *Huic* ſpectat Helicen. Reſtituit *huic* Grotius pro vulgato *haud.*

quae, ceu remorata, parumper Flectitur] Vulgo ſine ſenſu: *neque, ceu mollita, parumper Flectitur.*

vſ. 136. *Sed quia Sidoniis*] Vulgo: *Denique Sidoniis.*

vſ. 138. *Inter vtranque dehinc praeclari nominis Arcton*] Ed. Aldin. vitioſe: *pro clari nominis arcto.*

vſ. 141. *Hunc quoque, vbi artus*] Vulgo: *hunc quoque, vt artus.* Neſcio an recte Schraderus ad Auien. Perieg. 417. contenderit, *vt* ſaepius ab Auieno poni pro *vbi;* nam exemplum ab eo allatum, cum ſit lectio dubia, nil probat.

vſ. 161. *Quin ſuper illa etiam ſumma confinia caudae Stella ſubit*] Vulgo: *cauda.* Perperam.

vſ. 166. Cf. Virgil. Georg. I, 241.

pater Oceanus rutili reparator Eoi] Vulgo: *reparatus Eoi.* Auieno *reparare* eſt ἀποκαθίστασθαι. Infra: *abſoluit totos reparabilis annos.* In Catalect. Pithoei: *Phoenix reparabilis ales.* *Eoum* quoque dixit Auienus ſuo more, vt vſ. 924.

Mundus ab Eoo trahitur reparabilis alto.

In Catalectis:

Quam modo naſcentem rutilis conſpexit Eous.

vſ. 167. *Occaſus ortusque ſalo moderante coercet*] Ex emendatione Grotii. Edd. antiquiores perperam: *ſole.* Edd. Morel. Grot. in textu: *ſolo.*

vſ.

vſ. 172. *Illa laboranti ſimilis ſuccedet imago Protinus;*] Male in edd. antiquioribus diſtinctum:

Illa laboranti ſimilis ſuccedet imago:
Protinus —

vſ. 175. *Panyaſi ſed nota tamen, cui longior aetas Eruit excuſſis arcana exordia rebus*] Non attigit fabulam in verſibus ſequentibus ab Auieno additam Aratus Phaen. vſ. 64 ſq. vnde colligere licet, eſſe eam aliasque ſimiles a recentioribus adiectas. Auienus fabulam, vt ipſe dicit, ex Panyaſi hauſit. Vide Schol. German. ad vſ. 65. Hygin. Aſtron. poet. II, 6. Cf. Schaubach ad Eratoſth. Cataſterism. p. 76. — Dedi cum Grotio: *cui longior aetas* pro *ceu longior aetas*, vt vulgo legebatur.

vſ. 177. *Nam dura indomiti memorat ſub lege tyranni*] Sic maluit Grotius. Vulgo: *immodici.* Parum refert, vtrum legas.

vſ. 187. *ac tum Tirynthius Aethrâ Inclytus et ſolio fultus ſublime paterno eſt*] Vulgo: *Aethrae.*

vſ. 191. *manus — in verbera pendens Erigitur*] Ita reſcripſit Morellius. Antea legebatur: *Exigitur;* non male; quamuis melior ſit Morelliana lectio. Cf. infra vſ. 246.

vſ. 194. *qua ſideris ampla fatiſcunt Terga dehinc*] Vulgo: *pateſcunt*, quod ferri poteſt; ſecutus tamen ſum Grotium.

vſ. 206. *Triccaei ſidus ſtat nominis*] Ed. Ald. perperam: *Triccoei. Tricca* vrbs fuit Theſſaliae, vbi colebatur Aeſculapius, vti quoque in Epidauro. Cf. Hygin. Aſtron. II, 14. Schol. German. ad vſ. 72. et Heyne ad Apollodor. III, 10, 3. p. 103.

vſ. 223. *ac gnati reparans ſolatia Phoebo, Aſperaque extincti miſeratus fata nepotis*] Ita legere maluit Grotius. Melius tamen forſitan vulgatum tueremur: *gnato reparans* ſcil. *Phoebo*, cum ſequenti verſu *nepotis*

ad *Aeſculapium* ſpectet. Pro *ac gnati* equidem mallem *at gnati.*

vſ. 229. *nitesſcit in orbe*] Ed. Ald. *nitesſcet;* ſed ſequitur *diuidit*, niſi forte et hoc in *diuidet* mutandum.

vſ. 242. *neque tenta volumina compar*] Ed. Ald. vitioſe: *tanta.*

vſ. 244. *altera porro plurimus*] Phraſis Auieno vſitata, ad Graecorum imitationem: τὰ δ' ἕτερα μέγιστος.

vſ. 248—251. *Poſt ſpiram brachia quondam Formidata truci ſuſpexeris Orioni; Heic conceſſa etenim curuis minitatio Chelis, Huc falcata Chii repſerunt cornua monſtri*] Eleganter vtique hi verſus a Grotio reſtituti ſunt. Cf. Arati Phaen. vſ. 89. Vulgo corrupte:

— poſt ſpreta brachia quondam
Formidata truci ſuſpexeris Orioni;
Haec conceſſa etenim curuis mercatio velis.
Huc falcata Hiodii repſerunt cornua monſtri.

Grammatica poſtulat, *Chius*, cum *locum* deſignat, corripi, cum *adiectiuum*, produci. Sed regulam hanc poetae negligunt. Nam et pro *loco* Cicero produxit, et pro *adiectiuo* corripuit Auienus. Infra quoque vſ. 1146.

Curua Chii caelo cum ſurgunt brachia ſigni.

vſ. 254—257. *Calliſto rutilat ſtellis, quibus vsque Ferinâ Prona ſit effigie, quo cardine torquet et axem Semper inocciduis attollens lampada flammis*] Hos quoque verſus a Grotio emendatos dedi, vulgo corruptiſſimos ita:

Calliſto rutilat ſtellis, quibus vtque ferinam
Prona ſit effigiem, quo cardine torqueat axem,
Semper in occiduis attollens lampada flammis.

vſ. 257. *Arctophylax*] Cf. Eratoſth. Cataſterism. cap. 1. et 8. et Schaubach not. p. 67. 82. Schol. German. ad vſ. 89. et Hygin. II, 4.

vſ.

vſ. 261. *In picturatae*] Ed. Ald. vitioſe: *Impicturatae.*

vſ. 264. *lux olli maxima vibrat*] Vulgo: *lux olim.* Male.

vſ. 265—270. Mutila haec ſunt et corrupta, nec medela, niſi e melioribus codicibus miſtis, illis afferri poteſt.

vſ. 283. Cf. Io. Schrader ad Auieni perieg. not. p. 895. in Wernsdorf Poet. lat. min. T. V. P. II.

Digna Poli, conſors et cura latrantis Anubis] Ita diſtinguendum. Male vulgo:

Digna Poli conſors, et cura latrantis Anubis.

Digna poli, ἀξία πόλου. Fateor interim, me non aſſequi, quo ſenſu Auienus Iſidem dixerit *dignam poli.* Arbitror potius, legendum eſſe:

Digna coli conſors et cura latrantis Anubis.

Eratoſth. Cataſterism. cap. 9. *οἱ μὲν γὰρ αὐτὴν Φασιν εἶναι Δήμητραν, διὰ τὸ ἔχειν στάχυν· οἱ δὲ Ἶσιν;* vbi non aſſentior docto Eraſtoſthenis editori, verba *οἱ δὲ Ἶσιν* a Grammaticis appoſita putanti, quod Graeci contenderunt, Cererem ab Aegyptiis Iſin vocari. Docet noſter Auieni locus, verba illa ab ipſo Eratoſthene eſſe profecta. Cf. ſchol. German. ad vſ. 95. Hygin. II, 25.

vſ. 285—289. *Et, ceu Siriaco, torretur ſpica calore Protentata manu, ſeu tu pernicibus alis, Nec ſat certa gradum, viduataque vertice ſummo Fluxa Polo vertis veſtigia, lubrica vt aeuum Sors agat —*] Ex emendatione Grotii. Varias de Virgine refert Auienus fabulas cum ſuis rationibus. Dixerat, eam eſſe Aſtraeam, Iſidem, Cererem; nunc appellat Fortunam, quia alas habet et capite obſcura eſt. Schol. German. l. l. *Quidam vero Fortunam, pro eo quod ſine capite aſtris infertur.* Hyginus l. l. *Sed hanc alii Fortunam, alii Cererem dixerunt; et hoc magis non conuenit inter eos, quod caput*

eius

eius nimium obſcurum videtur. Vulgo legitur ſine ſenſu:

Et ceu ſiriaco torretur ſpica calore:
Protentata manu ter quae pernicibus alis,
Nec ſat certa gradum, viduataque vertice ſummo
Fluxipedae veſtis veſtigia, lubricum vt aeuum,
Sors agat —

Paullo aliter reſtituit hos verſus C. Barth Adu. XXXVI, 2.

Protentá apta manu, tu quae pernicibus alis
Nec ſat certa gradum, viduataque vertice ſummo
Fluxa pilae vertis veſtigia, lubricum vt aeuum
Fors agat.

In qua Barthii emendatione mihi magis arridet *Fluxa pilae*, quam, quod Grotius maluit *Fluxa polo.*

vſ. 297. *nullique obnoxia culpae Corda inhibens, medias caſto res more tenebas*] Vulgo: *Corda inhibens media, caſto res m. t.* Poſſit haec lectio tolerari mutata diſtinctione: *Corda inhibens, media caſto res more tenebas;* repugnat tamen metrum. Barthius l. l. emendauit: *Corda inhibens, viduas aſtu res more tenebas* i. e. regebas rem publicam bona morum conſuetudine absque aſtutia et ambitione.

vſ. 302. *promiſcua rura per agros*] Vulgo: *promiſcua thura.* Perperam.

vſ. 305. *paſſim ſuccederet, illa Feruentis late pelagi natura*] Ita diſtinguendum eſt. Male vulgo: *paſſim ſuccederet illa, Feruentis* etc.

vſ. 312. *neque longis nauita terris Inſinuare ratem conſueuerat*] Vulgo: *ratem ius fecerat.*

vſ. 315. 316. *et inſano penderet ſaepe profundo; Omnia ſed cunctis*] Peſſime diſtinguebatur olim:

— et inſano penderet ſaepe profundo
Omnia; ſed cunctis —

Mallem

Mallem quoque pro *insano* legere *in salo*. Neque tamen omnino spernenda est vulgata lectio. *Pendere* h. l. est, monente Grotio, μετεωρίζεσθαι, iactari, periclitari, vt saepe apud Manilium.

vs. 323. *oculis sese dabat*] Vulgo: *oculis se dabat*.

vs. 325. *Sed crepera vt late vomeret conuicia voce*] Sic rescribendum coniecit Grotius. Vox *crepera* a *crepando* deducitur, vnde et *increpare* dicimus. Auienus infra vs. 1001. *creperi succedens stagna profundi*. Proposuit Grotius aliam coniecturam: *pulchra* pro *crepula*, vt vulgo legitur. Vix autem ferri potest, Virginem *pulchra voce* conuicia *vomere*. Ergo aut vulgatum *crepula*, aut *crepera* retinendum erit.

vs. 326. *lacrymis aiebat obortis*] Ed. Ald. vitiose: *ab ortis*. Eadem perperam vs. 346.

Alite pro cursu sese inconuexa ferebat.

vs. 342. *Et malesuada lucri rabies subit; omnia Terror Degener, ac moesta facies formidinis implet*] In vulgatis male distinguitur: *rabies subit omnia; Terror Degener, ac moestae facies formidinis implet.*

vs. 344. *Secreti indomitus vada gurgitis vltima versat Tiphys*] Vulgo: *immodicus*, quod nescio cur Grotius mutauerit, quemadmodum etiam supra vs. 187.

vs. 345. *Agenoreo color hinc mentirier ostro Incipit*] *Mentirier* passiue h. l. pro simulari, et *mentirier incipit* pro *mentitur* dictum; vt et saepe Manilius.

vs. 347. *Ebria vt externo splendescat lana veneno*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *extremo*. Leuior esset mutatio, si *extrema* legeres, scil. lana, vt summa lana splendescat purpura.

vs. 358. *fax ardet in Arcto*] Vulgo: *Arcton*.

vs. 359. *Nec contemplandi*] Ed. Ald. perperam: *Ne contemplandi*.

vs.

vſ. 359. 360. *omnia primis Obuia ceu vibrant obtutibus*] Grotius coniecit *connibrant* pro *ceu vibrant*. Sed vulgata lectio bene ſe habens ſeruanda eſt.

vſ. 371. *et patrio poſt reddita numina coelo*] Vulgo: *et proprio*. Non male.

vſ. 372. *Lacedaemoniis Mars cum caluiſſet Aphidnis*] Dixit Auienus *Aphidnas Lacedaemonias*, vt diſtingueret ab Aphidnis in Attica. Cf. Schol. German. ad vſ. 145. Hygin. Aſtron. II, 22.

vſ. 386. 387. *Et ſidus, Lenaee, tuum; diſterminat aer Craſſior hos. Itidem qualis*] Ita diſtinguendum. Peſſime vulgo:

Et ſidus Lenaee tuum diſterminat aer
Craſſior. Hos itidem qualis —

Cf. ſchol. German. ad vſ. 145. Hygin. II, 23. Schaubach ad Eratoſth. Cataſt. p. 85.

vſ. 402. *Oceanum ſtata flamina caeli Propellunt pelagus*] Nota *Oceanum pelagus*. Sic infra: *ſurgunt Oceano iam gurgite*, et vſ. 440. *aequore ſurget Oceano*.

vſ. 413. *adque Helices caput inclinatur ab ore*] Ex emendatione Morellii. Vulgo *atque*. Cf. Apollodor. III. 14. 6. et Heynii not. Schol. German. ad vſ. 155. Hygin. Aſtron II, 13.

vſ. 427 — 431. *gemino ſic cornua ductu Erigit aetherii vigor ignis, et ignis vtrinque Sic camuris ardet protractibus; haud tibi ſignis Perquirenda aliis pecoris frons aequore ſurget Oceano; proprio Taurum deprenderis ore*] Ita dedi et diſtinxi cum Grotio, ſenſu exigente. Vulgo male:

— — gemino ſic cornua ductu
Erigit aetherii rigor ignis et ignis vtrinque.
Sic camuris ardet protractibus, haud tibi ſignis
Perquirenda aliis pecoris frons aequa reſurget;
Oceano proprio Taurum deprenderis ore.

Camu-

Camurus, *Camorus*, *Camor* eſt *curuus*. v. Feſtus. Derivatur vox ἀπὸ τῆς καμπῆς.

vſ. 433. *Sic mediam creber pecori frontem aſperat ignis*] Vulgo: *ſic media*.

vſ. 440. *Nec mea muſa ſenem tacitum Cephea relinquet*] *Tacitum* h. l. paſſiuo ſenſu dixit. Non ſilebit mea muſa ſenem Cephea.

vſ. 445—448. *At diducta pedes tantum hinc menſura ſeniles Diuidit, extremo quantum pede diſtat ab Vrſa; Non eget huius enim ſedes ſacra luminis hilum*] Ex emendatione Grotii. Cf. Arati Phaenom. vſ. 183. *Sedem* Auienus dixit ſidus, vt Aratus νοτίοιο θυτῆρος ἱερὸς ἕδρα. Germanicus vſ. 235. *in ſede notarit*. Vulgo:

At diducta pedes tamen huic menſura ſeniles
Diuidit, extrema quantum pede diſtat ab Vrſa.
Non eget huius enim ſedes ſacra numinis hilum.

In ed. Ald. verſui primo deeſt *huic*.

vſ. 448. *decliui ſi viſum tramite vergas*] Recte vulgatam hanc lectionem retinendam cenſet Grotius, quamvis malit aliquis *vertas* pro *vergas*. Manil. Aſtronom. I, 303. *vtraque caudam Vergit in alterius roſtrum*.

vſ. 453. *Abſunt lucida moerenti*] Vulgo: *adſunt*. Perperam.

vſ. 454. *et aegrae lux h.bes eſt matri*] Vulgo: *aegra*. Male. Cf. ſchol. German. ad vſ. 189. Hygin. II, 10.

vſ. 459. *teretisque poli ſimul orbe rotatur*] Vulgo: *notatur*. Male. Arat. Phaen. vſ. 197. κυλίνδεται.

vſ. 460. *ingenti quae ſemper luce coruſcans*] Vulgo vitioſe: *incendi, quae ſemper luce coruſcans*.

vſ. 464. *Ignea quin etiam per caelum cingula flagrant Andromedae*] Ita iam correxit Morellius, approbante Grotio. Vulgo *ſingula flagrant*. Aratus Ph. vſ. 201. ζώματα.

vſ.

vſ. 468. 469. *Vinculaque in coelo retinet quoque; tenuia quippe Brachia contortis aſtringunt vincula nodis*] Ex Grotii emendatione. Corrupte vulgo:

Vinculaque in coelo retinent quòque tenuia, quippe
Brachia contortis adſtringunt nubila nodis.

vſ. 470. *qua vertex crine tumeſcit*] Vulgo *quae*. Perperam. Sic etiam verſu 482. reſtitui cum Grotio *qua fax* pro vulgato *quam fax*.

vſ. 474. 475. *Ipſa ſub abſciſſo late iacet aurea ventre Cornipedis; ſimul hunc lux indiſcreta renectit*] Correxi diſtinctionem vulgatam vitioſam:

Ipſa ſub abſciſſo late micat aurea ventre,
Cornipedis ſimul hunc lux indiſcreta renectit.

Micat pro *iacet*, vt Grotius maluit; melius forſitan.

vſ. 485. *Non hic Equus integer artus*] Aratus ὧδε. Igitur legendum *hic*, non *hinc*, vt vulgo.

vſ. 486 487. *at tenus aluo Erigitur mediâ; nam caetera pone negantur*] Sic recte emendauit Grotius. Vulgo:

— — *at tenus aluo*
Erigitur, media iam caetera poue negantur.

vſ. 489. *Nanque hunc Aonio quondam memorant Helicone*] Non bene vulgo: *Nunc hunc*. Vide ſchol. German. ad vſ. 204. Hygin. II, 18. Eratoſth. Cataſter. cap. 18. et Schaubach. not. p. 95. Heyne ad Apollod. II, 3, 1.

vſ. 501. *Rigat hâc animas*] Vulgo: *rigat has animas*. Male.

vſ. 512. *Parcior hic rutilae ſemper facis*] Ed. Ald. vitioſe: *Partior*.

vſ. 517. *nullomque decus Dea proferat ore*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *nulloque*.

vſ. 522. 523. *non longa Aries ſtatione remotus In conuexa redit; paruo ſe tramite ſubter Diſtinet*] Aratus Phaen. vſ. 230.

— ὀλίγον

— ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐστήρικται.

Vulgo:

— *non longa Aries ſtatione locatus,*
In conuexa redit paruo ſe tramite; ſubter
Diſtinet —

Diſtinet, διείργει, vt apud Lucretium V, 204.

Et mare, quod late terrarum diſtinet oras.

vſ. 528—530. *Simile eſt latus; iſtud vtrinque Porrigitur; ſummum ſigno caput angulus arctat, Et geminum ſuprema iugum vicinia mordet.*] Senſus eſt: Latera, i. e. lineae duae, quae baſi inſiſtunt, ſunt ſimiles, i. e. aequales, et in angulum coarctantur. Videtur itaque Auienus latera vocare crura, ἀκυρολόγως. Vulgo:

— *ſimile eſt latus iſtud vtrumque;*
Porrigitur ſummum ſigno caput; angulus arctat,
Et gemini ſuprema iugi vicinia mordet.

vſ. 534. *Quin et qua ſubter in aſtro*] Ita legendum eſt; nam deſignatur locus. Cf. Arati Ph. vſ. 235. Vulgo: *quin et quae.*

vſ. 540. *Boreali ab cardine ductus*] Vulgo: *doctus.* Perperam.

vſ. 541. 542. *proles tibi Dercia, Piſces, ſurgent Bambicii*] Recepi in textum Grotii emendationem. Vulgata lectio ſenſum idoneum non parit: *proles tibi tertia Piſces ſurgent Bombycii.* Ed. Ald. *piſcis ſurget.* Cf. ſchol. German. ad vſ. 235. Hygin. II, 30. Eratoſth. Cataſt. c. 21. Ioſ. Scaliger ad Manil. not. p. 310.

vſ. 544. *tendit qua pennae extrema ſiniſtrae*] Perperam vulgo: *penna.*

vſ. 547. *hic medio ſignantur ſidere Piſces*] Vulgo: *hinc.* Male.

vſ. 549—551. *Borean proprior ſubit; alter aquarum, Troicus haurit aquas, ſunditque vbi Ephebus ab vrna,*

Pone auidus, iacet in Notialia nubila pronus] Ita cum Grotio legendum et diſtinguendum. Vulgo:

— boream propior ſapit alter aquarum,
Troicus haurit aquas, funditque ephebus ab vrna;
Pone auidus iacet in notialia nubila pronus.

vſ. 554. *per coelum cocunt quae ſingula rurſum*] Male vulgo: *cingula*. Supra quoque *cingula* et *ſingula* male permutata vidimus.

vſ. 556. *Coeleſtem memorat quem ſollers Graecia Nodum*] Imitatus eſt Auienus Ciceronem:

Quem veteres ſoliti Coeleſtem dicere Nodum.

vſ. 565. *ſolium prope Caſſiepeiae*] Ed. Grot. vitioſe: *ſoliam*.

vſ. 569. 570. *locus has habet arctior omnes Connexas. Lentae facis haud procul iſtas*] Verſus eſt mutilus.

vſ. 580—582. *Electra, Alcyoneque, Celaeno, Taygeteque, Et Sterope, Meropeque ſimul, famoſaque Maia Prole Deo; cerni ſex ſolas carmine Mynthes Aſſerit*] Vulgo hi verſus paullo aliter diſtinguuntur. In vltimo reſcripſi *Prole Deo* pro *Prole Dei*. Nominat Auienus *Mynthen*, aſtronomici carminis auctorem, ceteroquin ignotum; niſi forte ſit ſcriptura nominis vitioſa et pro *Mynthes* legendum *Aratus*. Hic enim. Phaen. vſ. 257.

Ἐπτάποροι δὴ ταί γε μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται,
Ἓξ οἷαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.

Corrigere in mentem venit Grotio in ſchol. ad hos verſus *Φησὶ δὲ ὁ* Μύνθης pro vulgato: *Φασὶ δὲ οἱ μῦθοι*; in quo tamen ei non adſtipulor. Cf. Eratoſth. Cataſt. c. 23. et Schaubach. not. p. 101. Schol. German. ad vſ. 246. Hygin. II, 21. Apollod. III, 10.

vſ. 587. *moeſtum dare nubibus orbem*] Vulgo: *moeſtam*, ita vt ad Electram referatur. Minus bene.

vſ. 591—594. *Atque os diſcretum procul edere, deteſtatam Germanosque choros ſobolis lacrymare ruinas,*

Diffu-

Diffuſamque comas cerni, crinisque ſoluti Monſtrari effigie;] Sic recte emendauit Grotius. Schol. Germanici l. l. *Vocatamque Electran, quae non ſuſtinens videre caſum pronepotum fugerit. Vnde et illam diſſolutis crinibus propter luctum ire aſſerunt, et propter comas quidam Cometen appellant.* Hyginus l. l. *Alii dicunt, Electram non apparere, ideo quod Pleiades exiſtimentur choream ducere in ſtellis. Sed poſtquam Troia fuit capta, et progenies eius a Dardano fuit euerſa, dolore permotam ab his ſe remouiſſe, et in circulo, qui Arcticus dicitur, conſtitiſſe, ex quo tam longo tempore lamentantem capillo ſparſo videri. Itaque e facto Cometen eſſe appellatam.* Ouid. Faſt. IV, 177.

Siue quod Electra Troiae ſpectare ruinas
Non tulit; ante oculos oppoſuitque manum.

In vulgato textu legebatur ſic:

Atque os diſcretum procul edere deſtitutam,
Germanoque choro ſobolis lacerata ruinis,
Diffuſamque comas cerni, crinisque ſoluti
Monſtrari effigiem;

vſ. 597. *Sanguine ſub pingui*] Maluit N. Heinſius: *ſubpingui.* Verum vulgatum tuetur Schrader ad Auieni Perieg. vſ. 80. nam *ſub* in compoſitione fere minus ſignificat, hoc autem non vult Auienus. Cf. Phaen. 154. Progn. 284.

vſ. 598. 599. *Quin Meropen alii, poſtquam tua, Siſyphe, vincla, Et thalamos ſcauo ſortita eſt omine diuûm*] Ex emendatione Grotii. Vulgo:

Quin Meropen addit poſtquam Siſypheïa vincta
Et thalamos ſæuo ſortita eſt omine diuûm.

vſ. 602. *Vergilias cerni tenet vſus*] Ed. Ald. vitioſe *cernit.*

vſ. 609. *Seu nox aſtrales adolet cum caerula flammas*] Male vulgo: *auſtrales.*

vſ. 614. *Tempora deſignant*] Ed. Grot. *Tempore,* operarum peccato.

vſ. 624. *docta ad modulamina monit*] Vulgo: *docta in m.* Non male. Cf. Eratoſth. Cataſt. c. 24. Schol. German. vſ. 258. Hygin. II, 7. De Lyra et Orpheo vide quoque Manil. Aſtron. I, 324. V, 319.

vſ. 630. *pecudes qua et flumina Vates Flexerat*] Vulgo: *pecudes qui.* Ed. Ald. *pecudesque.*

vſ. 639. *Grandibus haud equidem ſtellis*] Ed. Ald. *aut* pro *haud.*

vſ. 646. *Piſces Bambycii*] Vulgo: *Bombycii.*

vſ. 650. *Imus vt auſtrali deſcendit circulus axe*] Legendum eſt *vbi auſtrali*, niſi Auienus *vt* pro *vbi* poſuerit, quemadmodum ſupra:

— *vt artus*
Longius effuſum ſpacioſa volumina tendunt.

Ed. Ald. pro *auſtrale* habet *aſtrali.*

vſ. 653. *Hîc iam Threicio veniens a cardine Phoebus*] Reuocauit Grotius priſtinam lectionem, quam etiam ed. Aldina agnoſcit. Ed. Morel. *Huc cum Threicio.*

vſ. 654. *pulſusque Deum, mirabile dictu, Brumalis redigit*] *Deus* eſt *Sol. Pulſus, ἡ τροπή.* Τρέπειν inter alia eſt *pellere*, vnde *τρόπαια*, et *Tropici circuli*, quia, vt Hyginus ait, vltra eos Sol non transit, ſed ſtatim revertitur, aut ibi quaſi repellitur; vnde *τὴν τροπὴν* Aſtronomi latini *Pulſum* transtulere.

vſ. 657. *anguſto decurrit*] Ed. Ald. *decurrat.* Male.

vſ. 659. *clamarit ſidera lucis*] Eadem Ald. *clamauit.*

vſ. 666. *mergorum et focae ſimiles*] Aratus mergos tantum nominat; Auienus recte his phocas coniungit. Vtrique enim cum poſſint in terris verſari, aquam praeferunt; nam et phocas nonnumquam in terris eſſe, ibique ſpirare, dormire, parere, tradit Plinius. Latini vitulos marinos vocant.

vſ. 670. 671. *cum lux in arundine flagrat Ignis mundani, cum tela extrema coquuntur*] Male vulgo diſtinguitur:

— *cum*

— cum lux in arundine flagrat,
Ignis mundani cum tela extrema coquuntur.

vſ. 673. *ſi piceam ſpectaris*] Ed. Ald. vitioſe: *ſpecteris.*

vſ. 681. 682. *Hic matutino veniens procul aequore coelum Exigit e pelago, telum trahit vltima cauda*] Grotius ad h. l. „Si *Chelam* leges (pro *coelum*,) ad ipſum Scorpionem referetur; ſi *Telum* ad Arcitenentem; et non inepte erit eadem vox repetita, quod familiare Auieno. *Exigit* eſt ἐξάγει, ni malis *Erigit.*

vſ. 686. *abditur autem Orion redeunte die*] Vulgo: *abditus autem.*

vſ. 689. *Quin norunt aliam Superum conuexa Sagittam*] Vulgo: *alia.* Male.

vſ. 690. *inſcia nerui*] Ed. Ald. *neruis.*

vſ. 691. *telum ſuper aduolat ales*] Perperam vulgo: *caelum ſuper a a.*

vſ. 692. *Threicio conterminus axi*] Ed. Ald. *conterminat axi.*

vſ. 694. *Armiger hanc etiam Iouis aduolat, armiger ignis Aetherii*] Recepi Grotii emendationem lectionis vulgatae: *arbiter ignis Aetherii.* Vtitur enim ſaepe ea figura Auienus, vt eandem vocem repetat, quod ſaepe iniquis exſcriptoribus mutandi dedit occaſionem.

vſ. 702. *Hic iam detruſae in latebras procul Amphitrites*] Vulgo: *Hic nam.* Cf. ſchol. Germ. ad vſ. 295. Hygin. II, 17.

vſ. 707. *Et ſuper hirſutum ponto ſurgit Capricornum*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *auritum;* ſed non apparet, Auienus cur Capricornum *auritum* appellauerit. Alibi autem eundem vocat hirſutum.

vſ. 708. *altera porro*] H. e. *alteram partem,* vt de Serpente *altera porro plurimus.* Cf. not. ad Auieni Perieg. vſ. 373.

vſ. 718—721. *Subtrahit obliquo qua ſeſe Circulus orbe Signifer a Borea, inque Auſtrales ſe gerit vmbras, Sub medii iam mole Poli fera pectora Tauri Suſcipit Orion;*] Ita hos verſus reſtituit Grotius. Corruptiſſime vulgo:

Subtrahit obliquo qua ſeſe circulus orbe
Signifer, in borean auſtrales egerit vmbras;
Vt medii iam mole poli fera pectora Tauri,
Suſcipit Orion;

In vulgata hac lectione *vt medii* poteſt ferri, vt ſenſus ſit: *mole poli velut medii.* Caetera tolerari nequeunt.

vſ. 728. 729. *Stridit anhelanti face peſtifer; aera motu Torret, et immodici terras coquit ignibus aſtri*] Iterum ex emendatione Grotii. Male vulgo legitur et diſtinguitur:

Stridit anhelanti face peſtifer aera motu,
Torret et immodicis terras coquit ignibus aſtri.

Ed. Ald. habet *et in modici.* Cf. Auien. Perieg. vſ. 70.

vſ. 732. *Aluus coeanea eſt*] Sic legendum: Ed. Ald. *Alueus Occnea eſt.* Hinc Morelius dedit *Aluus cyanea eſt.* Recte. Verum Υ graecum antiqui *oe* diphthongo reddere ſolebant.

vſ. 738. *languebunt germina florum*] Ed. Ald. *gemina.* Perperam.

vſ. 740. *Sirius attollit*] Male vulgo: *ſi prius attollit.* Legendum *Sirius.* Vocis huius repetitio, quae verſu ſequenti eſt, vt ter ſupra, errorem praebuit.

vſ. 743. 744. *altera ſi qua Stellarum fulgent rutila, vt quae plurima longo Bellua fert lateri*] Ex emendatione Grotii. Vulgo:

— altera ſi qua
Stellarum fulgent, rutilant quae plurima, longi
Bellua fert lateris —

Ed.

Ed. Ald. vitioſe *fulcent.* Dubitat tamen Grotius, an Canis recte Bellua dicatur. Propinat itaque etiam lectionem hanc: *longi Regula fert lateris.*

vſ. 750. *premit igneo Sirius ore*] Ita legitur in Mſto Germanici Grotiano, in quo hi verſus Auieni inſerti ſunt. Vulgo: *premit autem Sirius ore.*

vſ. 757. *Neque enim ſe Theſſala cymba Solenni in faciem monſtrat more; extima puppis Surgunt Oceano, velut*] Sic Grotius locum conſtituit. Vulgo:

— neque enim ſe Theſſala cymba
Solenni in faciem monſtro mouet extima puppis.
Surgunt Oceano velut alto a gurgite nautae.

Ed. Ald. *ſolenne*, non male. Ita Ouidius *in mare* pro *in mari* poſuit.

vſ. 760. *auidi volitantia raptim Sipara conuertunt*] *Siparum* eſt id, quod velis annectitur, graece σίφαρον. Lucanus Pharſal. V, 429.

— imaque pandens
Sipara velorum perituras colligit auras

Statius Sylv. III, 2, 27.

Vos ſummi annectite ſipara veli.

Cicero de prov. conſ. cap. 6. pro velo mimico ſumſit, et ita quoque Feſtus interpretatus eſt. Cf. Turnebi Aduerſ. XXI, 4.

vſ. 761. 762. *tergoque in curua remulco Littora certatim ſubeunt ſimul*] Dubitat Grotius, quomodo dixerit Auienus *tergo remulco*, cum *remulco* ſit ſubſtantiuum. Ed. Ald. habet: *tergumque in curua remulco.* Recte, vt ſenſus ſit: *Littora ſubeunt certatim tergum nauis remulco.* Trahi remulco dicitur, cum nauis magna ſcaphae remis ducitur, monente Feſto.

vſ. 772. *trahit Auſter in Arcton*] Vulgo: *in Arcto.*

vſ. 777. *illa ſuorum inter ſigna tenax*] Ex emendatione Grotii. *Sui* intelliguntur pater, et mater et ſponſus. Vulgo: *illa duorum.*

vſ. 780—782. *Quin eſt caeruleo Flumen quoque gurgite manans Aſtra inter ſedesque Deûm; pars Aequor id eſſe Credidit; Auſonii nanque hunc dixere priores Eridanum*] Praeclare verſus hos reſtituit Grotius. Nonnulli putarunt, Flumen ſidus eſſe Oceanum; neque tamen omnes; nam veteres Itali Padum tradidere. Hygin. II, 32. *Complures autem Oceanum eſſe dixerunt.* Cf. Eratoſth. Cataſt. c. 37. et Schaubach not. p. 117. Schol. ad German. vſ. 321. Vulgo:

Quin et caeruleo Flumen quoque gurgite manans
Aſtra inter ſedesque Deûm, pars aequoris eſſe
Credidit Auſonii; neque hunc dixere priores
Eridanum —

vſ. 789. *Disdata tum late texere incendia terras*] *Disdata* ex antiqua ſcriptura pro *Didita.* Vulgo: *Diis data.*

vſ. 798. *vnda foecundet alumna*] Sequitur *inferat.* Vulgo: *foecundat.*

vſ. 799. *Vel quod de medii prolapſus parte dici*] Schol. German. l. l. *idco inter aſtra collocatus* (ſcil. Eridanus,) *quod a meridianis partibus curſum dirigat.*

vſ. 803. 804. *Eridani coeunt anfractibus; hîc procul ille Tenditur effuſi vi gurgitis; hîc quoque criſtae Cedit apex*] Ex emendatione Grotii. Vulgo:

Eridani coeunt anfractibus, vt procul ille
Tenditur effuſi vi gurgitis; huc quoque criſtae
Cedit apex.

vſ. 819. *Ne ſpectanda forent ponto quod ſola carerent*] Vulgo: *Ne exſpectanda forent.*

vſ. 820. 821. *Caetera deſcriptis aptantur ſingula membris Formarum; flagrans Leporem qua Sirius vrget, Languida,*

guida, nec certo ſub nomine cuncta feruntur] Male haec vulgo diſtincta ita legebantur:

Caetera deſcriptis aptantur ſingula membris,
Formarum flagrans leporem, qua Sirius vrget
Languida —

vſ. 841. 842. *Cunctis nomen Aqua eſt; ſtellae quoque denique propter Ora Sagittiferi, qua ſe veſtigia prima Cornipedis ſimulant*] Emendauit Grotius. Vulgo ſine ſenſu:

Cunctis nomen Aqua eſt, quae ſtellae denique propter
Ora Sagittigeri, quo ſe veſtigia prima
Cornipedis ſimulant.

vſ. 844. *Queis face ſub tenui tenebroſus marceat ignis*] *Queis marceat* pro *Queis marcet.* Ita ſupra: *Quibus vsque ferinâ Prona ſit effigie* pro *prona eſt.* Infra: *ſimilis quibus haud ſit imago.*

vſ. 847. *Hanc ſatis arcto Tempore ſuſpicies*] *Hanc* reſtituit Grotius. Subintelligendum *Aram.* Perperam vulgo: *hoc.*

vſ. 849. *Nam polus, aduerſo qua tollitur axe Bootes*] Vulgo:

Nam polus aduerſo qui tollitur axe Bootis

Poteſt etiam ex coniectura Grotii ita legi:

Nam poli ab aduerſo qui tollitur axe Bootes.

vſ. 852. *Arcturum vertex leuat Arcticus*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *leuat arduus* i. e. vertex leuat. ſublimis, quae quidem lectio ferri etiam poterit. Melior tamen noſtra.

vſ. 856. *Certa procellarum ſtatuit producere ſigna*] Claudicabat verſus in vulgato textu:

Certa procellarum ſtatuit prodere ſigna.

vſ. 858. *Inter nimbiferas nubes ſpectabilis exſtet Ara poli longe, vt glomerent circumque ſupraque Feta pruinarum ſe vellera*] Ita locum conſtituit Schraderus ad Auie-

ni Perieg. vſ. 249. Vulgo: *exſtet Ara poli, longa vt glomerent.* —

vſ. 863—865. *Non Arae, non ſit tali ſub tempore vertex Clarior; hoc nam ſaepe Notum praenoſcere ſigno Nox docuit*] Ita Grotius reſtituit. Male vulgo legitur et diſtinguitur:

Non Arae, non ſit tali ſub tempore vertex
Clarior hoc; nam ſaepe nouum praenoſcere ſigno
Nox docuit —

vſ. 868. *Vix, ſi ſera Iouem ſubeat miſeratio rerum*] Vulgo: *Vix, ſcis, ſera Iouem.* Lectio aperte corrupta.

vſ. 884. *Curua venenati ſe tendunt brachia ſigni*] Recepi praeclaram Grotii coniecturam. Vulgo:

Curua venenati ſunt tantum brachia ſigni.

vſ. 890. *Degerat Alcidae legum poſt bella magiſter*] *Degerat* i. e. habitarat. Vulgo: *Egerat*, nullo ſenſu. Schol. German. *habitaſſe Chironem in Pelio monte.*

vſ. 906. 907. *trahit ingens machina coeli Cuncta ſuper; pingunt rutilam ſua ſidera noctem*] Vulgo vitioſe:

— *trahit ingens machina coeli*
Cuncta, ſuperpingunt rutilam ſua ſidera noctem.

Super πλεονάζει, vt et alibi:

Verſa Lycaoniis ſed ſuſpectatur in Vrſis
Forma ſuper.

vſ. 908. 909. *Quinque itidem ſtellae, ſimilis quibus haud ſit imago, Nec quas formarum ductus notet affixarum*] Ita iam dedit Morelius, niſi quod pro *ductus* cum edd. antiq. legat *doctus.* Prius a Grotio reſcriptum. Ed. Ald.

Quinque itidem ſtellae ſimiles, quibus haud ſit imago,
Ne quas formarum doctus notet affixarum.

vſ. 911. *Nullus eas aliquo pacto deprendere certet*] Vulgo: *alio pacto.*

vſ.

vſ. 918. *ceu cum vada cymbam*] Illuſtrari poteſt hic locus ex Hygino II, 42. *Vt ſi quis in nauiculae roſtro ſedens inquirat ad puppim tranſire, et nihilominus ipſa nauis iter ſuum conficiat, ille quidem videbitur contra naviculae curſum ire, ſed tamen eodem peruenit, quo nauis.*

vſ. 921. 922. *Vis tamen iſtis Obuia labentis ſemper ſuſtollitur aethrae*] Ita dedit Grotius, monens ſimul ad h. l. „Per aethram ſuo more Auienus aethera intelligit. Duo ponit exiomata philoſophica. Prius eſt, quod coelum primum ſuſtineatur, quo minus ruat occurſu motus ſecundi. Empedocles dicebat: *διὰ τὴν δίνησιν θάττοντος τυγχάνοντα Φορᾶς τῆς οἰκείας ῥοπῆς ἔτι σώζεσθαι τοσοῦτον χρόνον τὸν οὐρανόν.* *Οἰκεία ῥοπὴ* eſt motus peculiaris. Poſterius eſt, quod experientia docetur in primo mobili multas eſſe ſtellas, in aliis ſphaeris ſingulas. Ariſtoteles: *ἐν μὲν τῇ πρώτῃ Φορᾷ τοσοῦτον ἀστέρων πλῆθος, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἓν χωρὶς ἕκαστον.* — Vulgo legitur:

Obuia labenti ſemper ſuſtollitur aethrae.

vſ. 927. *Carmine non coeco tentabimus, hoc ſatis vnum, Muſa, mihi*] Ita legendum et diſtinguendum. Vulgo:

Carmine non coeco tentauimus hac ſatis vnum
Muſa mihi —

vſ. 935. *Mutuaque implexae ſibimet conſortia mordent*] Sic ſupra dixit Auienus: *iugum vicinia moraet.* Graece *δάκνειν reprimere* ſignificat. Vulgo: *implexa.*

vſ. 936. *Aurea pepli ſidera nocturni*] Vulgo: *Aera pepli.* Male.

vſ. 939. *Langueat vt ſtellis ſpecies hebes*] Vulgo: *Languet vt in ſtellis ſ. h.*

vſ. 940. *ac flammas ſuperante minores*] Ed. Ald. *flammans.* Vitioſe.

vſ. 943—945. *color olli nomen ab ortu Primigeno ſtatuit; ſic Zonam Graecia ſollers Concelebrat, noſtro ſic Bal-*

Baltheus ore vocatur.] Dicit Auienus *Graecia ſolers*, vt ſupra:

Coeleſtem memorat quem ſollers Graecia nodum.

Vulgo:

— *color olli nomen ab ortu*
Primigeno ſtatuit ſe, Zonam Graecia ſollers
Concelebrat, noſtro ſic Baltheus ore notatur.

vſ. 950. *duri qua ſoluunt flabra Aquilones*] Vulgo: *cum* pro *qua*. Sic quoque in verſu ſequenti pro: *Et cum praecipitant* legendum: *Et qua praecipitant.*

vſ. 955. 956. *hic quoque dextram Suſtinet Andromedae; manus extima deſuper acri Subrigitur Boreae*] Male vulgo ſic diſtinctum:

— — *hic quoque dextram*
Suſtinet Andromedae manus extima, deſuper acri
Subrigitur Boreae —

vſ. 958. 959. *hic celeris veſtigia ſumma Perſtringuntur Equi, perſtringitur Ales ab ipſo*] Vulgo: *praeſtringuntur* et *praeſtringitur.*

vſ. 962. *Erigone*] Ed. Ald. perperam *Erigones.*

vſ. 967. *ſecat aſt alius per viſcera plena*] *alius* pro *alter.* Intelligit enim Auienus Cancrum.

vſ. 973. *pulſusque Deus*] Cf. ſupra not. ad vſ. 654.

vſ. 977. 978. *Circulus iſte quidem Cancro tenus adiacet Axe Semper inocciduo; procul alter cardine in Auſtri*] *Axe* pro *Axi.* Supra: *Axe Lycaonio iacet obuius.* Male vulgo poſt *Axe* interpungitur, et verſu ſequenti legitur: *Semper in occiduo.*

vſ. 980—982. *poſtremaque cauda Caeruleae Piſtris; breuis hîc Lepus; hîc Canis artus Conditur extremos*] Ita ſuppleuit verſum vulgo mutilum Grotius, nam legebatur olim:

— *poſtre-*

— — poſtremaque caudae
Caeruleae, breuis hic lepus, hic canis artus
Conditur extremos.

vſ. 988. *Sideris hîc meta*] Vulgo: *metae.*

vſ. 989. *Sereniferi deſcendit ſol Aquilonis*] *Sereniferi*, αἰθρηγενέτου.

vſ. 991. *creperi ſuccedens ſtagna profundi*] Vulgo: *ſuccendens.* Cf. not. ad vſ. 335. Noſtram lectionem approbauit quoque Schrader ad Auien. Perieg. 329.

vſ. 993. *cani quae ſpecie lactis*] Ita legendum eſt; ſiue: *in cani ſpeciem quae lactis.* Vulgo: *cani ſpeciem quae lactis.*

vſ. 1011. *Tres omnes recto contentos tramite coeli*] Perperam vulgo: *recte.*

vſ. 1014. *quartus at iſte*] Vulgo: *et iſte.*

vſ. 1017. *Cire repercuſſi momentum diximus aſtri*] Graece: κινεῖν τὸν καιρὸν τοῦ ἡλίου τρεπομένου. Vulgo: *Scire repercuſſi* etc.

vſ. 1024. *in vada Calpetana*] Ex emendatione Grotii, qua tamen fit verſus ſpondaicus. Vulgo: *Calpetitana.* Sic infra Progn. v. 296. *ſi Phoebus — Calpetano tranquillum gurgite lumen Tingat. Calpe* eſt promentorium in ora maritima meridionali Hiſpaniae, quo hodie celeberrimum caſtellum *Gibraltar* ſuperſtructum eſt. Hinc Oceano Atlantico nomen.

vſ. 1025. *Nam Tithoneo cum ſunt elata profundo*] Sic apud Germanicum *Tithonius ortus.* Vid. Grot. ad German. p. 21. Vulgo: *Nanque Titaneo*, inuito metro. Ed. Ald. *tithonieo.* Nic. Heinſ. ad Dir. Cat. vſ. 40. corrigendum pronuntiauit: *Namque ea cyaneo cum ſunt;* ſed bene correctionem refutauit Schrader ad Auieni Perieg. vſ. 368. ex Arati Phaen. 534. Peior adhuc eiusdem Heinſii coniectura in notis ineditis ad Auienum; *Namque Atlanteo.*

vſ.

vſ. 1044. *Aſt hae dimenſa ſpacii ſic lege locantur*] Ed. Ald. vitioſe: *Aſt Hedi menſa.*

vſ. 1045. *includunt partibus aſtra*] Eadem male *includant.*

vſ. 1053. *Quem cum ſigniferi graditur ſol aureus orbem*] Perperam vulgo: *Quae cum.*

vſ. 1064—1066. *Horum prima oculis memor incunabula quaere; Luminis ipſa vagi captans venatibus ipſa, Ipſa notans mundo*] Suo more idem variis vocibus exprimit Auienus et ταυτολογίζει. Male vulgo diſtinguitur:

Horum prima oculis memor incunabula quaere
Luminis ipſa, vagi captans venatibus ipſa,
Ipſa notans mundo —

vſ. 1066. 1067. *Quae ſi ſe nubibus abdent, Aut ſi non ſurgent*] Vulgo: *quae ſi ſe nubibus abdent, Aut ſi conſurgunt.* Male.

vſ. 1071. *magnam qui circumplectitur vndis Tellurem, curuet caelando vt littora Mundo*] Ita maluit Grotius. Auien. Perieg. vſ. 95. *loca circumplectitur aeſtu.* cf. ibid. vſ. 1202. Vulgo: *magnum qua circumamplectitur vndis Tellurem, curuet celando vt littora mundo.* Tuetur vulgatam lectionem Schraderus, quoniam etiam *circumamplecti* inueniatur, vbi diuiſis vocibus aliquid interponitur Virg. Ecl. III, 45.

Et molli circum eſt anſas amplexus acantho

Manil. I, 305.

Has interfuſus circumque amplexus vtramque.

Mundum vocat Auienus non caelum, vt ſaepe, ſed caeleſtia ſidera.

vſ. 1075. *Vel matutino qua perſtrepit aere fluctus*] Male vulgo: *fluctu.*

vſ. 1079. 1080. *In freta labentes, aut quae ſe rurſus Eoi Parte ferunt Munai*] Verſus olim legebatur mutilus ſic:

In

In freta labentes, aut quae rurſus eoi.

Suppleuit eum Grotius.

vſ. 1089. 1090. *Agmine qua vaſto fluitat caput, aſpera ceruix Qua tumet, et ſpiris qua turgent pectora primis*] Ex emendatione Grotii. Vulgo perperam legitur et diſtinguitur:

Agmine qua vaſto fluit ad caput aſpera ceruix:
Qua tumet et ſpiris, qua turgent pectora, primis.

vſ. 1091. *Arcturus diſtabit multus vtraque*] Ed. Ald. vitioſe *inultus* pro *multus*.

vſ. 1094. 1095. *Satur hic vix luminis almi Cedit, et incipiens tandem conuexa relinquit*] Vulgo:

— — ſatur hic vix luminis Amni.
Cedit, et inſpiciens tandem conuexa relinquit.

Notabilis locutio: *incipiens relinquere* pro *incipit relinquere*.

vſ. 1099. *Contra autem illius concedit ſideris ortu*] Vulgo *nulli* pro *illius*. Male.

vſ. 1107. *Sed Nixus genibus replicato in ſe ipſe reſidens Poplite*] Sic emendauit Grotius. Vulgo:

Sed Nixus genibus replicato luce reſidens
Poplite.

Iam ſupra pro *luce manente* idem repoſuit *Ipſe manens*.

vſ. 1111. *Proferit Hydra Caput*] *Proferit* eſt *propellit, exſerit*. Saepius utitur hoc verbo Auienus in Perieg. vt vſ. 342. 580. 702. 995.

vſ. 1115. 1116. *Nam Virgine Eoo Conſurgente freto, cedit Lyra Cyllenaea*] Peſſime vulgo legitur et diſtinguitur:

— — nam Virgine eoa
Conſurgente, freto cedit Lyra Cyllenaea.

vſ. 1120. *ponti procul efflua tingit*] Sic Auienus ſupra:

Efflua ſe ſpecies liquidarum fundit aquarum.

vſ.

vſ. 1122. *iuba tota madeſcit*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *iubar ora madeſcit*, ſine ſenſu.

vſ. 1123—1125. *Hydra ſuperpoſitum procul in Cratera mouetur Parte alia, et liber veſtigia Sirius ardet Vltima, caeruleo* etc.] Ita hi verſus diſtinguendi ſunt. Male vulgo:

Hydra ſuperpoſitum procul in Cratera mouetur:
Parte alia et liber veſtigia Sirius ardet:
Vltima caeruleo —

vſ. 1127. *Cum iam virgineos aether vehit altior artus*] ſupra:

Virgineosque pudens Zona ſuperimminet artus.

vſ. 1128. *Nec cum flagrantes emittunt marmora Chelas*] Sic melius Grotius. Vulgo: *flagratas.*

vſ. 1129. *Sideris expertes et clara luce carentes*] Ed. Ald *Sideris expertis et clara luce carentis.*

vſ. 1136. *Curua Chii coelo cum ſurgunt brachia ſigni*] Vulgo: *conſurgunt.*

vſ. 1139. 1140. *Iſte Lyrae — Hic tenebris*] *Iſte* et *Hic* de eodem. Vide ſupra not. ad vſ. 5.

vſ. 1147. *ſurſum Arcus agit*] Vulgo: *rurſum.* Perperam.

vſ. 1148. *remorantia membra*] Vulgo: *memorantia membra.* Sine ſenſu.

vſ. 1151. *Et quae Centauro diffunditur extima cauda*] Correxit Grotius. Vulgo: *Ex qua.*

vſ. 1160. *ſuperi ſubrecta verticis axe*] Vulgo *ſubiecto.*

vſ. 1161. 1162. *vaga brachia Cepheus Exerit, et ſaeuam pelagi monet adfore peſtem*] Theon ad Arati Phaen. vſ. 630. Ποιητικεύεται, καὶ φησὶν ἐκτείνειν τὸν Κηφέα τὴν χεῖρα, ὥςπερ παρακελευόμενος (lege: παρακελευόμενον) τῷ (lege: τῇ) παιδὶ ἐκκλίνειν τὸ κῆτος.

vſ.

vſ. 1163. *Illa tamen verſa in fluuium poſtrema profundum Tingitur*] Fluuium dixit Auienus pro mari; vt et alibi. Vulgo:

Illa tamen verſa in fluuium poſtrema profundo,
Tingitur ab ſpina —

vſ. 1166. *Quin et cum Scorpius acer*] Vulgo: *tam* pro *cum*.

vſ. 1172. 1173. *nec noſtro ſtruimus mendacia verſu Prima, neque obduri compegi germinis*] Locus hic eſt mutilus et corruptus.

vſ. 1174. *Coecus mos mentis acerbae*] Ed. Ald. vitioſe *Coetus*, et in verſu ſequenti *penetrauerit* pro *penetrauerat*.

vſ. 1183. *Audax vt facinus donum foret Oenopioni*] Vulgo male: *Audax haud facinus*.

vſ. 1187. *Ergo vt falcatis monſtrum petit Oriona*] Auienus ſupra:

Huc falcata Chii repſerunt cornua monſtri.

vſ. 1190. *ſunt haec contermina laeſis Semper numinibus*] Vulgo perperam: *ſunt haec commercia*.

vſ. 1194—1196. *Nec minus Andromedae quicquid volitabit in aethra; Et ſi quid Piſtris reliquum conuexa ferebant, Hoc oriente ruunt*] Ita dedit Grotius. Senſus eſt: Occidunt reſidua Andromedae et Piſtris; nam *Piſtris* eſt genitiuus. Vulgo: *in aethram — Piſtrix*. Ed. Ald. *Nec minus Andromeda eſt*.

vſ. 1201. 1202. *reliquum polus aſt a littore verſat Semper in occiduum*] Caetera Cephei ſunt ἄδυτα. Vulgo: *Semper in occiduo*. Male.

vſ. 1205—1208. *Prona caput, ſolaque et ſolio veſtigia ab alto Suſtollit miſeranda ſuper; quatit ira furorque Doridos et Panopes poſt fata nouiſſima matrem*] Praeclare hunc locum reſtituit Grotius. *Sola* ſunt veſtigia, vnde illud: *Nullius vnquam Trita ſolo*. In *matrem* ſub-

intelligendum *Caſſiepeiam.* Peſſime vulgo lectum et diſtinctum:

Prona caputque ſolo, ſolio veſtigia ab alto
Suſtollit miſeranda: ſuperquatit ira furorque,
Doridos et Panopes poſt fata nouiſſima matrum.

vſ. 1209. *Tamen altera Mundus Sufficit*] Ex Grotii emendatione. *Sufficit* eſt ἀντικαθίστατται. Virgil. Georg. II, 65.

Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem

Vulgo male: *tamen altera in vndis ſufficit.*

vſ. 1212. *poſtremique agminis Hydra Erigitur caudam*] Vulgo: *Hydram.* Male.

vſ. 1215. *nam prima ferae veſtigia in ollis*] Ingenioſe emendauit Grotius. *In ollis* (illis) i. e. manibus et membris eſt Fera. Vulgo: *veſtigia mollis.*

vſ. 1216—1219. *Arcum ſera manent; Arcu redeunte per aethram Protolli incipiunt; reliquum Serpentis et artus Anguitenentis item fert primis fluctibus Arcus. Amborum capita et palmas geminas Ophiuchi etc.*] Sic vtique eſt legendum et interpungendum. Vulgo:

Arcum ſera manent: Arcu redeunte per aethram
Protulit, incipiunt reliquum Serpentis et artus
Anguitenentis: item fert primis fluctibus Arcus
Amborum capita et primis geminas Ophiuchi.

In primo verſu ed. Ald. habet: *At cum ſera manent;* in tertio et vltimo *primos* pro vulgato *primis.* Vitioſe.

vſ. 1221. *Scorpius Oceano ſurgens agit; at pede Nixi*] *Pede Nixus* eſt ὁ ἐν γόνασι. Vulgo:

Scorpius Oceano ſurgens agitat. pede Nixi

vſ. 1223. *Tunc artus medii, tunc pectora*] Vulgo: *tum.* Sed reſcribendum eſt *tunc,* quoniam *tunc* praeceſſit.

vſ. 1235. *cum gurgitis ille profundi Ima petit pedibus, Capra mox, Hordiue ſequuntur*] Perperam vulgo diſtinguitur: *Ima petit, pedibus Capra mox —*

vſ.

vſ. 1242. 1243. *Nanque manum Aurigae reliquam, celſumque coruſci Verticis, et dorſo quae ſpina attollitur alto*] Sic recte emendauit Grotius. *Manum reliquam* reſpondet Arateo: ἄλλην χεῖρα. Vulgo:

Nanque manum Aurigae, reliquum celſumque coruſci
Verticis, et dorſo qua ſpina attollitur alto.

vſ. 1247 — 1249. *neque clauum vendicat Argo Alluuione ſali; Perſeus pede denique dextro, Atque genu liber merſatur caetera ponto*] Supra: *Pectora liber — veſtigia liber.* Vulgo male:

— — neque clauum vendicat Argo.
Alluuione ſato Perſeus pede denique dextro,
Atque genu libero, merſatur caetera ponto.

vſ. 1251. *duro tangit vada caerula dorſo*] Vulgo: *tingit.* Indicare videtur Auienus, Argo tingi eam partem, quâ puppis attrahitur.

vſ. 1252. *manet exortum Cilicis Capricorni*] Ed. Ald. *Cilici.* Eſt autem Capricornus *Cilix* idem quod *hirſutus*, vt alibi nominatur; nam Graeci κιλίκα et κιλίκιον vocant omne hirſutum, vnde κιλίκιοι στρατηγοὶ, et κιλίκιοι τράγοι, et *Cilicia vela.*

vſ. 1253. *Totaque tum pelago deſcendit*] Vulgo: *cum.* Similiter in verſu ſequenti legendum: *Aequora tum Procyon* pro vulgato *Aequora cum Procyon.*

vſ. 1259. 1260. *perque Notum rutila cum Numinis Ara Delphinum patulas promit Capricornus in auras*] Vulgo: *rutila tum — Delphinum paruas promit.*

vſ. 1261. *Sed matutino cum ſurgit Aquarius orbe*] Vulgo *Et matutino.* Scriptum forſitan olim fuit *Sct;* deinde litera prima, vt fieri ſolet, omiſſa. Ed. Ald. *conſurgit* pro *cum ſurgit.*

vſ. 1269. 1270. *Subit iſta ſalum, ſubit aequora rurſum, Integer Oceani cum ſe Centaurus in vndas Iecerit*] Ita recte reſcripſit Grotius. Vulgo:

— *ſubit iſta ſolum, ſubit aequora rurſum*
Integer Oceani, cum ſe Centaurus in vndas
Iecerit —

vſ. 1271. *atque nouo vibrarint ſidere Piſces*] Auienus ſupra ſimiliter de Equo: *Os Equus atque pedes nouus exerit.* Ed. Ald. *Piſcem.* Perperam.

vſ. 1272. 1273. *ille per Auſtrum Piſcis item, plantâ quem pulcher Aquarius vrget*] Male vulgo diſtinctum: *ille per Auſtrum Piſcis item plantâ, quem* —

vſ. 1279—1281. *Paulatim recauo redeunt Maris, aurea caelo Poſtquam adolent Piſces incendia, denique Piſces cum rutilant, mundo dextram haec attollitur vlnam*] *Recauo maris* i. e. τῷ κοιλῷ τοῦ ὠκεανοῦ. *Adolere* dixit Auienus ſuo more pro *vrere.* Virgil. Eclog. VIII, 65. *verbenasque adole pingues*, et Aen. VII, 71. *Adolet cum altaria tædis.* Perperam vulgo legitur ac diſtinguitur:

Paulatim recauo redeunt Maris aurea caelo.
Poſtquam adolent Piſces incendia, denique Piſces
Cum rutilant, mundo dextram haec attollet in vlnam.

vſ. 1286. 1287. *At caetera nondum Sunt exemta ſalo*] Vulgo: *ac caetera nondum Sunt exemta ſolo.*

vſ. 1291—1283. *an Tauro freta pelleret adſurgente. Hoc vna caelum ſubit integer; haud ſuper vlla Viſcera; naſcentis neque Tauri deſerit aſtra*] Ex emendatione Grotii. Vltima reſpondent Arateis: οὐδ' ὅγε Ταύρου Λείπεται ἀντέλλοντος. *Hoc vna*, vt graece ἁμ' αὐτῷ; Aratus σὺν τῷ. *Viſcera* vocat Auienus membra. Seruius ad Virgil. Aen. III, 574. *auulſaque Viſcera montis: Viſcera, hoc eſt, partes. Haud ſuper* eſt graecismus pro *haud ſuperſunt.* Graeci dicerent οὐδένα μέρη πέρι pro περιγίνεται,

ται, ſiue περίεστι, vt ἔνι pro ἔνεστι, πάρα pro πάρεστι, et ſimilia translato accentu.

vſ. 1296—1298. *Aurigam ſalſis euoluunt fluctibus omnem Surgentes Gemini. Tauro Capra, plantaque laeua, Atque Hoedi euadunt, tum primum*] Ita legendum et interpungendum. Vulgo:

Surgentes Gemini, Tauro, Capra, plantaque laeua
Nempe hoedi euadit, cum primum —

vſ. 1299. *referuntur viſcera*] Hic iterum *viſcera* ſunt μέρη ſiue μέλη. Non accurate ſatis interpretatus eſt Wernsdorf ad Anieni Perieg. vſ. 781. *cetoſa viſcera* pro Ceto, aſtro caeleſti, omnino.

vſ. 1313. *nec adhuc membra extima ſorbet*] Ex Grotii coniectura. Vulgo: *nec adhuc tamen extima ſorbent.*

vſ. 1314. *Quid ni naſcentis ſuſpectet nauita ponto*] Vulgo: *Quid ne naſcentis ſuſpectat.* Verum *ſuſpectes* huic interrogatione eſt aptius. *Naſcentis*, ſcil. Padi, h. e. orientis, niſi malis *ſcandentis* per literarum transpoſitionem; ἐξανιοῦσαν enim hoc loco dixit Aratus. In verſu etiam ſequenti pro vulgato *manet Orionis* legendum *maneat.*

vſ. 1320. *magnorum congrua cura*] Eſt Hellenismus pro *cura congrua rebus magnis.*

vſ. 1322. *et coelo libi ſigna magiſtro Omnia ducentur*] Poterit quoque legi: *e coelo.* Infra Progn. vſ. 249. occurrit: *certa hoc ducentur ſigna magiſtro.* Vulgo: *et coelo tibi ſigna magiſtri Omnia ducentur.*

NOTAE
IN RVFI FESTI AVIENI
PROGNOSTICA ARATEA.

vſ. 4 (1329). *Promat vt ingreſſi ſolers tibi tempora menſis*] Sic maluit Grotius. Ingreſſi menſis, ἀεξομένου μηνός. Infra:

Ingredientis erit plena tibi nuntia menſis.

In verſu antecedenti ed. Ald. habet vitioſe *prono quae* pro vulgato *pronoque.*

vſ. 6 (1331). *primo perfundens lumine*] Arat. πρώτη ἀποσκίδναται αὐγή. Vulgo: *primum perfundens lumine.*

vſ. 8 (1333). *Aſt orbis medii ſi cedat Cynthia forma*] Vulgo: *formam.* Saepe in Auieno Accuſatiuus poſitus pro Ablatiuo; inde putat Grotius, ſcribas eodem ſigno circumflexum accentum, qui ablatiuis adiungitur, et literam *m* deſignaſſe, hoc modo: *formā.*

vſ. 15 (1340). *Inſerit aeriis quantum Dea nubibus ignem*] Vulgo: *ignes;* ſed reponendum *ignem*, vt reſpondeat τῷ̃ *quantum.*

vſ. 29. 30 (1355). *Monſtrabunt; curſu nam Phoebus ſingula mutat ſemper, et alterno ſuccedit in omnia lapſu*] Male vulgo interpungitur:

Monſtrabunt curſu; nam Phoebus ſingula mutat,
Semper et alterno ſuccedit in omnia lapſu.

vſ. 41—43 (1365—68). *Nam qui ſolem hyberna noctem putat aethere volui, Vt Lunae ſpacium redeat, ve-*

tus

tus Harpalus ipſam Ocyus in ſedes, momentaque priſca reducit] Ita emendauit hos verſus Scaliger de emend. temp. lib. II. p 74. approbante Grotio. Vulgo: *Nam quae ſolem — monumentaque priſca.*

vſ. 46. 47 (1371. 1372). *tenuit rem Graecia ſolers Protinus, et longos inuentam miſit in annos*] Vulgo: *inuentum.*

vſ. 48 (1373). *Sed primaeua Meton exordia ſumſit ab anno*] Hic Auienus non ſatis intellexit Arat. Dioſ. vſ. 21. Cf. Grotii not. ad Arat. p. 15. et noſtram Vol. I. p. 443. *Exordia ab anno* dicuntur Auieno pro *Exordia anni*, vt *fulgor ab auro* pro *fulgor auri* et ſimilia plura.

vſ. 52 (1377). *Hoc ex fonte velut deduxit tempora Lunae Nauita, quo longum*] Ex emendatione Grotii. Senſus eſt: Ex Metonëis Parapegmatis deriuantur προγνώσεις. Corrupte vulgo:

Hoc vt fons eſt, vnde et duxit tempora Lunae.

Ed. Ald. *Hoc vt fontem.*

vſ. 65 (1390). *Vt ſtata rauciſoni redit indignatio ponti*] Hoc eſt: tamquam condicto die redit. Ita ſtata ſacra dicuntur, et ſtatus dies cum hoſte, Ciceroni et Plauto.

vſ. 69 (1394). *et Attaea retinet ſtatione phaſelum*] Eſt *ſtatio Attaea* nihil aliud quam *ſtatio in littore*, ab ἀκτή, ἀκταῖος, littus, littorale. Vocabatur Attica etiam propterea *Attaea;* ſed hoc loco de Attica non cogitandum. Laudat Grotius ad verſum hunc Virgil. Eclog. II, 24.

Amphion Dircaeus in Attaeo Aracyntho.

additque: „caue Atticam intellexeris; nam Aracynthus nullus in Attica.“ In quo tamen fallitur vir doctiſſimus; erat vtique mons huius nominis in finibus Boeotiae et Atticae, ſicut quoque alius Aracynthus in Acarnania ſiue

Aetolia, vbi tamen Amphion fuiſſe nusquam legitur, cum potius tota de eo fabula Boeotiam ſpectet. Vid. Heyne ad Virgil. l. l.

vſ. 72 (1397). *ille ſali furit implacabilis horror*] Male vulgo: *ille ſali fuit implicabilis horror.*

vſ. 73 (1398). *Adfore quem pelago comitem ſibi dixerat aſtrum*] Senſus eſt: Horror ſali, quem Aſtrum ſibi comitem dixerat pelago adfore. Recte dixit Auienus horrorem aſtri comitem *συναχόλουθον*. Poſſit etiam legi: *tibi dixerit* pro *ſibi dixerat.*

vſ. 80 (1405). *adierit cognoſcere*] Eſt hellenismus: *ἔσται* ſiue *πάρεστι γινώσκειν*, licebit cognoſcere.

vſ. 82 (1407). *qui longi tempore menſis*] Vulgo: *quae longi tempora menſis.*

vſ. 84 (1409). Init Auienus diſputationem phyſicam de principiis meteororum ſecundum philoſophos et Arati interpretes graecos, non ſecundum Aratum ipſum. *Immadidum* vero dicit, non *τὸ ἄνυγρον*, ſed *τὸ ἔνυγρον.*

vſ. 87 (1412). *Inſubiectum oculis*] Graeciſſat iterum Auienus. *Inſubiectum* eſt *ἀνυπόταχτον τοῖς ὀφθαλμοῖς.* Male vulgo: *In ſubiectum oculis.*

vſ. 88 (1413). *Multaque materia eſt*] Vulgo: *Multaque materies.*

vſ. 92 (1417). *tenues nebulae caligine fuſa Tenduntur caelo*] Grotius ad h. l. (ex Ariſtot. Meteorol. I, 9). Nubium et nebularum eadem materia; *ἀτμὶς, τοῦτ' ἐστι τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν*; ſed nubium materia copioſior. Nebula eſt *ὁμίχλη*. Ὁμίχλη Peripateticis *νεφέλη ἄγονος.* Si vero humor ſit maximus, fit pluuia.

vſ. 94 (1419). *in celeres diſſoluitur vndique ventos*] Vulgo: diſſoluit. Venti ſunt *ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως, τοῦτ' ἐστι, τοῦ θερμοῦ καὶ ξηροῦ.*

vſ. 98—100 (1423—1425). *Hic ſuper imbres Exprimit; eductum feruoris at obiice Mundus Reſpuit humorem*]

rem] Senſus eſt: Calor attrahit pluuiae materiam; ſed coelum attractam ob feruoris ſui obſtaculum et frigoris illius deprimit. Ariſtoteles Meteorol I, 9. *ἀναγομένου δὲ τοῦ ὑγροῦ ἀεὶ διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ δύναμιν, καὶ πάλιν φερομένου κάτω διὰ τὴν ψύξιν πρὸς τὴν γῆν ὑετὸς καλεῖται.* — Vulgo:

— — hic ſuper imbres
Exprimit, et ducta feruentis vt obice mundi
Reſpuit humorem.

vſ. 100—102 (1425—1427). *Si moles magna vtriusque Occurſet ſibimet velut obuia cominus agris Compulſu aerio fragor intonat*] Tonitrua et fulmina ex veterum ſententia fiunt ex occurſu *ἀναθυμιάσεων καὶ ἀτμίδος*. Lucretius VI, 95.

Principio tonitru quatiuntur caerula caeli
Propterea, quia concurrunt ſublime volantes
Aetheriae nubes contra pugnantibu' ventis.

Perperam vulgo legebatur et diſtinguebatur:

— — ſi molles, magna vtriusque
Occurſet ſibimet velut obuia, cominus agris
Compulſa aerio fragor intonat.

Iam Morelius correxit *Compulſu* pro vulgato *Compulſa*.

vſ. 104. 105 (1429. 1430). *diuerſorumque per aethrae Saepe ſuperna furor*] Vulgo: *diuerſorumque per aethram Saepe ſuperna furens.*

vſ. 112. (1437). *His peperere malis*] Ed. Ald. vitioſe *perpere*.

vſ. 115 (1440). *Viſcera telluris*] Eadem: *telluri*.

vſ. 124 (1449). *varioque notatur formarum*] *Vario formarum* pro *variis formis*. Sic verſu 126. *maior ſideris* dictum pro *maior ſidere*, et infra *Luminis craſſior* pro *Lumine craſſior*.

vſ. 130 (1455). *Pura ſit vt foedis ab ſordibus, adfore dicet Clara ſerena diu*] *Serena* hoc loco, vt et

alibi, ſubſtantiue ſumitur. Male vulgo interpungitur et legitur:

Plura ſit, vt fordis ab ſordibus adfore dices,
Clara, ſerena diu.

vſ. 136 (1461). *Percuſſi tenuem praetendat corporis vmbram*] Vulgo: *Percuſſi vt tenuem.* Apud Aratum φόως ἀμενηνὸν ἔχουσα interpretatus eſt Auienus cum Theone σκιὰν πέμπουσα.

vſ. 137 (1462). *Imbribus aut zephyris hebetabitur*] Immo Noto. Non recte hic Auienus Aratum expreſſit.

vſ. 139 (1464). *Cornua caeca premit*] Vulgo: *premens.*

vſ. 140. 141 (1465. 1466). *Tertia ſi rurſum protollens Cynthia currus Sit ſubrecta faces, et acumina tenta coruſcans*] *Tenta*, vt alibi: tenta volumina compar. Vulgo: *ſi rurſum protollat.*

vſ. 145 (1470). *Aut Libyae de parte Notum*] Aratus nihil habet de Noto.

vſ. 146—148 (1471—1473). *atque coruſcos Cornibus immodice proſtantibus exſerit ignes, Vis prolixa ſalum ciet*] Ex emendatione Grotii. Vulgo corrupte:

— — — *atque coruſcis*
Cornibus immodice proſtantibus vſſerit ignes,
Vix prolixa ſalum ciet.

vſ. 153 (1488). *atque grauari*] Ita melius. Vulgo: *hocque grauari.* Poſt *grauari* interpungi debet, et legendum: *Indice rurſus eo veniet Notus.* In antecedentibus: *Nanque hoc vrgeri ſeſe adſerit* ſubintellige: Aquilone.

vſ. 155 (1480). *inque reclinem Sponte habitum pandi; nam ſubrigit Auſter*] Male vulgo diſtinguitur: *inque reclinem Sponte habitum; pandi nam ſubrigit Auſter;* nullo ſenſu.

vſ. 158 (1483). *Deae conuoluat circulus ora*] Vulgo: *oras.* Perperam.

vſ. 161 (1486). *Maior. et hac*] Scil. Tempeſtas.

vſ. 163 (1488). *ſeu plenum luminis orbem Cum Dea diſtendit; ſeu cum teres ambitus olli Ceditur*] Legitur vulgo:

— — ſeu plenum luminis orbem
Cynthia diſtendit, ſeu cum teres ambitus olli
Ceditur.

Verum deſideratur in priori membro *Cum*, quod patet ex altero *ſeu cum teres.* Ingenioſe igitur coniecit Grotius: *Cum Dea* pro *Cynthia.* Dea eſt Luna, vt Deus ſupra Sol. Antea dixit Auienus:

— atque Deae conuoluat circulus ora.

vſ. 167 (1492). *cornua fiſſa dehiſcens*] Vulgo: *feſſa.*

vſ. 168 (1493). *Induerit qualem procedrus ore colorem*] Vulgo: *Induit, et qualem* — Similia errata frequenter occurrunt.

vſ. 169 (1494). *Hunc perpende oculis, illa monitore dierum*] *Hanc,* ſcil. Lunam. Poſſit etiam legi: *Hunc perpende oculis, ipſo monitore dierum,* vt ad colorem Lunae referatur. Vulgo: *Hinc perpende oculis, ipſo* etc.

vſ. 173 (1498). *quae ſigna nouo dederit nox tertia motu Quartaue, ſuſtollat medios dum Cynthia vultus*] Ita interpungendum. Male vulgo

— quae ſigna dederit nox tertia motu,
Quartaue ſuſtollat medios dum Cynthia vultus.

vſ. 180 (1505). Hic Auienus rurſum facit excurſionem. Vt enim oſtendat, Lunam nubibus eſſe proximam, ſingulis planetis ſuos locos aſſignat. Sed poetice magis, quam aſtronomice. Circulo enim Arctico Saturnum, Tropico Cancri Iouem, Aequinoctiali Martem, Tropico Capricorni Venerem, Antarctico circulo Mercurium imponit;

ponit; cum tamen hi circuli omnibus aeque fint communes.

vſ. 183 (1508). *caelum ſuper aula Deorum Axi compactum conuoluitur*] Vulgo: *Axea compactum.*

vſ. 188 (1513). *Brumalis pulſus*] i. e. ſolſtitium brumale, ἡ χειμερινὴ τροπή.

vſ. 189 (1514). *pulchro Venus obnitet aſtro*] Vulgo: *obtinet.* Aliam lectionem proponit Grotius: *pulchrum Venus obtinet aſtron.* Senſus eodem redit.

vſ. 191 (1516). *Has ſuper amplas*] Male vulgo *his.* Auienus Soli omnes zonas adſcribit.

vſ. 193 (1518). *Limite decurrit. Tum Lunam nubila propter*] Vulgo:

Limite decurrit, cum Lunam nubila propter.

Male.

vſ. 195 (1520). *Lux it dum fuſa frequenter*] Ex emendatione Grotii. Vulgo: *luxit dum fruſtra frequenter.*

vſ. 197 (1522). *varias Dea lumine formas Exprimit inſerto*] Maluit Grotius *inſerto* pro vulgato *incerto;* neſcio an melius. — Ait Auienus, τὴν ἅλων eſſe οὐ τῶν καθ' ὑπόστασιν, οὐδὲ τῶν μικτῶν, ἀλλὰ τῶν κατ' ἔμφασιν. Nimirum lucem Lunae in nubes deſcendentem circulum talem nobis offerre. Graecorum nonnulli ita definiunt: ἅλως ἐστὶν ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ὑποκειμένου, καὶ παχέος ὄντος, Φαντασία Φωτὸς κυκλοειδοῦς περὶ τὴν σελήνην ἢ τὸν ἥλιον συνισταμένου.

vſ. 202 (1527). *Ille alias trino conuoluit*] Vulgo: *cum voluit.*

vſ. 203 (1528). *Et geminus plerumque meat*] Vulgo: *geminis.*

vſ. 211. 212 (1536. 1537). *Maioresque dehinc agitabunt ſtagna procellae, Si trinus rutilum conſtrinxerit ambitus orbem;*] Male vulgo diſtinguitur:

Maio-

Maioresque dehinc agitabunt ſtagna procellae.
Si trinus rutilum conſtrinxerit ambitus orbem.

vſ. 216 (1541). *ruet imi gurgitis aeſtum*] *ruet* pro *eruet*, vt et alibi.

vſ. 220 (1545). *ſiue ille*] Male ed. Grot. *illae.*

vſ. 223. 224 (1548. 1549). *tractus piceos tenebrarum Lumine disiiciunt*] Vulgo: *Lumine diſpiciunt.* Perperam.

vſ. 225. 226 (1550. 1551). *cum ſe per noctis amictus Inſerit aeriae fulgor facis*] Vulgo: *cum ſemper noctis amictus* — Pro *aeriae* Grotius maluit *aetheriae.*

vſ. 226—228 (1551—1553). *ille calore Pigra mouet; ſtimulat rutilis torpentia flammis; Sol ſopita animat*] Ex emendatione Grotii. Vulgo corrupte:

— — *ille colore*
Pigra animat, ſimulat rutilis torpentia flammis
Sol ſopita animet.

vſ. 229 (1554). *reſerat pater*] Vulgo *referat.* Male.

vſ. 232 (1557). *craſſaque Deus latet obice nubis*] *Obicem* dixit Auienus pro obſtaculo, vt ſupra: *obice Mundus.*

vſ. 238 (1563). *conuexa cucurrerit aſtro*] *Conuexa currere* h. e. caelum. Saepe Auienus conuexa vocat caelum. *Currere caelum* alibi quoque dixit, vt Graeci τρέχειν τὸ στάδιον. Pro *aſtro* male vulgo legitur *Auſtro.*

vſ. 242. 243 (1567. 1568). *Sed non ora cauo ſimilis, medioque recedens Ore quaſi*] Ita voluit Grotius. Vulgo:

Sed non ora cauo ſimilis medioque recedens
Orbe, quaſi vel —

Comparationis notam poſtpoſuit Auienus, vt graecus poeta λύκοι ὡς.

vſ. 245 (1570). *Aſt Borean rigidi iaculetur luminis igne*] Vulgo: *Aut Boreae.*

vſ.

vſ. 246 (1571). *reparata luce carebit*] Vulgo: *reparata in luce.*

vſ. 247 (1572). *per flammas procul atque incendia ſolis Ipſa Dei cedunt*] Sic interpungendum. Male vulgo poſt *incendia* comma poſitum.

vſ. 252 (1577). *aut ne labentem piceus color abdat*] Vulgo: *labenti.*

vſ. 264 (1589). *Vt coeunt radii nebuloſe*] Vulgo: *nebuloſo.*

vſ. 265 (1590). *haecque comarum Vis confuſa micans*] Vulgo: *hicque.*

vſ. 267 (1592). *Sic globus ater*] Vulgo: *Hic globus ater.*

vſ. 273 (1598). *Haec celeri ſi praeſurrexerit ortu*] Ex Grotii emendatione. Vulgo: *haec celeris ſi praeſurrexerit ortum.*

vſ. 276 (1601). *At matutini ſi Phoebum littoris acta Maiorem ſolito produxerit*] *Acta* h. l. eſt ἀκτῆ, caſu nominatiuo. Male itaque vulgo legitur: *Phoebum in littoris acta.*

vſ. 280. 281 (1606). *aer Craſſior immodicum ſurgens diffuderat orbem*] Male vulgo: *in modicum ſurgens.*

vſ. 282 (1607). *Et iam ſe tenero ſuſtollens*] Vulgo *ſi* pro *ſe.*

vſ. 283—285 (1608—1610). *attrahit. Hic quoque magnis Cum madefacta dies ſub tempeſtatibus horret, Pallidus ora cadens, promittit pura ſerena*] Ita reſcripſit et interpunxit Grotius. Vulgo:

— *attrahit, hic quoque magnis*
Cum madefacta die ſub tempeſtatibus horret
Pallidus hora cadens promittet pura ſerena.

vſ. 295 (1620). *ſi Phoebus condat habenas*] Legendum eſt *condat;* nam ſequitur *Tingat.* Vulgo: *condit.*

vſ.

vſ. 299 (1624). *Nimborum expertes ſine tempeſtatibus atris Durabunt*] Vulgo:

Nimborum expertes et tempeſtatibus atris.

vſ. 306 (1631). *mediaeque interſtans lampadis orbe*] Vulgo: *inter ſtans.*

vſ. 307 (1632). *haud tibi rurſum*] Vulgo: *aut.* Perperam.

vſ. 311. 312 (1636. 1637). *Nec ſi Sole procul rutila inter ſtagna morante Emineant radii*] Ita ſupra quoque Auienus Oceanum vocat. Virgil. Aen. I, 125.

Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus, et imis
Stagna refuſa vadis —

vſ. 320 (1645). *Atque imitata Dei formam*] Sic legendum coniecit Grotius. Vulgo: *Et meditata Dei formam* i. e. amplexa; quae lectio non eſt plane reiicienda, cum Graeci quoque vſurpent eodem ſenſu μελετᾶν, doctior tamen, quam vt ab Auieno exſpectetur.

vſ. 326. 327 (1651. 1652). *Id nubi nomen, quae Cancro obuoluitur alto, Graecia docta dedit*] Male vulgo poſt *alto* interpungitur; iungenda haec ſunt.

vſ. 332. 333 (1657. 1658). *Si ſeſe ex oculis procul auferat, ardeat autem Congruus aerii late rubor ignis Aſellis*] Vulgo: *procul auferet* et *aeriis*, ita vt ad *Aſelis*, non ad *ignis*, referatur.

vſ. 341 (1666). *Protinus Aethiopum ſurget conuallius Auſter*] Dubitat Grotius, an recte Auienus Auſtrum x Aethiopia deducat; nam Aethiopes ſunt in plaga orintali et occidentali; non in meridionali.

vſ. 342. 343 (1667. 1668). *At regione Noti ſi lucens ella ſenſcat Ingens Riphaeis Aquilo crepitabit ab oris*] x emendatione Grotii. Recte Auienus Scythiae Borean ſcribit, idque vſitatum. Vulgo: *lucem ſtella — Signis iphaeis*, ſine ſenſu.

vſ.

vſ. 355 (1680). *pictorati conuertit pectoris artus*] Vulgo: *conuerrit.*

vſ. 370 (1695). *Si repetunt veterem ranae per ſtagna querelam*] Imitatur Auienus Virgil. Georg. I, 378.

Et veterem in limo ranae cecinere querelam.

Alludere autem vterque poeta videtur ad fabulam, quae apud Ouidium Met. VI, 316. de ruſticis a Latona in ranas mutatis narratur. Cf. tamen Heyne ad Virg. l. l.

vſ. 376 (1701). *rutilae cum ſunt primordia lucis*] Vulgo: *ſunt.*

vſ. 386—388 (1711—1713). *Iuſerit internis terrarum redditus aeſtus. Pectora cum curuo purgat gallinula roſtro, Agmine cum denſo* etc.] Ita interpungendum. Aliter diſtinguuntur in vulgatis, ſed perperam. Monendi vero ſunt lectores, Auienum hîc multa Aratea, vt et alibi, omiſiſſe.

vſ. 392. 393 (1718). *Et ſi — concreſcant fungi*] Sequitur: *emicet ignis — lucis ſubſtantia langueat.* Vulgo: *concreſcunt.*

vſ. 396. 397 (1722). *torrens Vulcanus — Scintillas flamma circumlabente relinquit*] Vulgo: *reliquit.*

vſ. 399 (1724). *Siue imum ad montem nebularum craſſus amictus Tendatur*] Ex emendatione Grotii, quam eſſe veriſſimam docent ſequentia: *ſummo nudentur vertice ſaxa.* Vulgo: *Si nimium ad montem* etc.

vſ. 403 (1728). *Diffundunt coelo, Thetidi terrisque ſupina Pax aderit*] Pax ſupina, graece ὕπτιος, i. e. quieta, ἄπρακτος. Vulgo *et Thetidi* (quae copula vtique delenda eſt) *terrisque ſupinis.* Lectio *ſupinis* poteſt tolerari, et forſitan Grotianae praeferenda eſt.

vſ. 413. 414 (1738. 1739). *Nanque ſereniferi patet hoc in flabra Aquilonis Cominus, et primo purgatur flamine venti Tempore*] Male vulgo diſtinguitur:

Nan-

Nanque ſereniferi patet hoc in flabra Aquilonis,
Cum minus et primo purgatur flamine venti
Tempore.

vſ. 415 (1740). *tum proprium modulatur noctua carmen*] Vulgo: *tum propior.* In Mſto Germanici Grot., in quo pauci aliquot Auieni verſus leguntur hinc et inde conſarcinati, legitur *proprio.* Reponendum eſt *proprium,* vt ad *carmen* referatur.

vſ. 417 (1742). *Tum corui crepitant, et ouantes gutture rauco*] Ita melius in Mſto. Vulgo: *ouantia.*

vſ. 422 (1747). *procelloſum disiecerit aera coelo*] Ita Ms. Vulgo: *coeli.* Minus bene.

vſ. 427 (1753). *Orbe nec expleto ſacra ſidera Luna retundit*] Ex Mſto. Supra: *aciem quibus aurea Luna retundit.* Vulgo: *recondit.*

vſ. 430—432 (1755—1757). *nubila ferri, Si quae ſuperfundi ſibimet ſuſpexeris, vltro Gramina ſi carpit ſemeſa petacius anſer*] Ordo verborum eſt: Si nubila ferri, ſuperfundique ſibimet ſuſpexeris. Recte Ms. *ſi quae* pro *ſi qua* in vulgatis. Non bene etiam in his diſtinguitur:

Si qua ſuperfundi ſibimet ſuſpexeris vltro:
Gramina ſi carpit —

vſ. 435 (1760). *Si matutino fringilla reſultat ab ore*] Eſt locutio Auieno ſolennis *reſultat ab ore* pro *reſultat ore.*

vſ. 438. 439 (1763. 1764). *Ima petit terrae, ſi denique paruus Eritheus Succedit trepidus ſcrupoſae concaua rupis*] Male vulgo:

Ima petit; terrae ſi denique paruus Eritheus
Succedit trepidae ſcrupoſae concaua rupis.

vſ. 443. 444 (1768. 1769). *nec ſeſe audacibus aethrae Committant pinnis, vt longos ſaepe volatus Formauere ſuper*] Vulgo:

— nec ſeſe audacius aethrae
Committant, pinnis vt longos ſaepe volatus
Formaucre ſuper —

vſ. 448 (1773). *Quid? maiora canam? Cinis en, cinis ipſe repente*] Ita dedit Grotius. Vulgo verſus legitur mutilus:

Quid? maiora canam: cinis cinis ipſe repente.

vſ. 451 (1776). *errantque breui caligine craſſae Interius nebulae*] Vulgo: *craſſa.*

vſ. 457 (1782). *Vrentis caeli ſibi nutrimenta latenter Sponte parata docet*] Ita legendum eſſe coniecit Grotius. Vulgo:

Vrentis coeli ſub nutrimenta latenter
Sponte operata docet.

quam quidem vulgatam lectionem idem Grotius ſic interpretatur: *Sponte* et *vltro* et multa alia Auieno πλεονάζουσι. *Operata docet* eſt graeca phraſis. Ita Virgilius: *ſenſit medios delapſus in hoſtes.* Itaque *ſub nutrimenta* antique pro *ſub nutrimentis.*

vſ. 470 (1795). *quippe ollis vuidus aer Excitat internum per viſcera mota furorem*] Haec parentheſis non ab Auieno profecta, ſed a Grotio addita eſt; quare etiam numerus verſuum textus Auieni in aliis editionibus non cum Grotiano conuenit.

vſ. 478 (1803). *caput at tendatur in Arctos*] Vulgo: *caput aut.*

vſ. 479 (1804). *Cum madidus nondum per marmora turbida condit Pleiadas occaſus*] Suppleuit verſum Grotius; vulgo enim legitur mutilus, omiſſo *nondum.*

vſ. 495 (1820). *Solidamque frequentes Succedunt terram*] Solidam vocat Auienus terram continentem, τὴν ἤπειρον.

vſ. 499. 500 (1824. 1825). *citiusque calorem Sentit humus ſuccincta ſalo*] Ex Plutarchi opinione, qui ait, ξηρο-

ξηροτέρας τὰς νήσους τῶν ἠπείρων τυγχάνειν; forte ideo, quia inſulae ſublimiores eſſe ſolent. Vnde dixit Auienus: *coquit altam ſiccior aer.*

vſ. 502 (1827). *ſicco iam deflet mergite culmos*] Sic Auienus ſupra:

Tunc ſucciſa Ceres ſtatim cum mergite culmi.

vſ. 503. 504 (1828. 1829). *Sed ſi tum modicum producant agmen ab vndis Nec trepido paſſim verſent Conuexa volatu*] Vulgo: *modico producant agmina — verſant. Conuexa* i. e. caelum.

vſ. 505 (1830). *Laetitia eſt duris paſtoribus, adfore parcos Praeſumunt imbres*] Non cepit hic Auienus Arati mentem. Cf. Dioſem. vſ. 362 ſq.

vſ. 512 (1837). *decerpens laetius agros*] Sic melius, quia Aratus luſum exprimit. Vulgo: *decerpens latius.*

vſ. 515 (1840). *Adpetat, aut ſeſe ſuſtollant*] Vulgo: *Adpetit.*

vſ. 516 (1841). *Vel ſi iuge gregi cupiant haerere*] Auienus ſupra: *manus olli quippe ſiniſtra Iuge manet.* Plautus dixit *Iugiter.*

vſ. 526 (1851). *Docet haec eadem ſus horrida coeno, Gurgitis illuuie ſi*] Male vulgo diſtinctum: *ſus horrida, coeno Gurgitis illuuie ſi —*

vſ. 531 (1856). *Id parui commonſtrant denique mures*] Vulgo: *id parui cum ſtringunt.* Alia eſt Grotii coniectura: *id cum parui cum ſtridunt.* Sed ſcriptum olim fuit *cummnſtrant.* Poſtea literae, quae deeſſe videbantur, iniectae; hinc enata vulgaris lectio.

vſ. 534 (1859). *Tamen haec, tamen omina rerum*] Frequens eſt Auieno huiusmodi repetitio. Supra *cinis* et *cinis.* Vulgo: *omnia rerum.* Omina rerum ſunt προγνώσεις πραγμάτων.

vſ. 538 (1863). *Non ſpernenda tibi ſunt talia*] Vulgo: *ſint.*

vſ. 542 (1867). *ſi confluxere reperta*] Vulgo: *ſi ſic fluxere reperta.* Error ex repetitis literis natus.

vſ. 543 (1868). *pudor perſuadeat vllus*] Vulgo: *yllos.*

vſ. 545 (1870). *ſi caſus ſimiles ea ſtella*] Vulgo: *et ſtella.* Non recte hoc loco Auienus intellexit Aratum. Nam poſterior non dicit, ex ſignorum concordia terminos menſium iudicandos; ſed, terminos quoque obſeruandos eſſe. Decepit Auienum vox ambigua φράζεσθαι.

vſ. 551 (1876). *Perquire ſtudio*] Ita in Mſto. Recte; nam ſequitur *memento.* Graeco autem more, quem plerumque ſequitur Auienus, produxit breuem in fine vocis ob ſequentes conſonas. Vulgo: *Perquires ſtudio.*

VII. EPI-

VII.

EPISTOLA CRITICA

AVCTORE

GOTHOFREDO ERNESTO GRODDECK

CELSISSIMI PRINCIPIS ADAMI CZARTORYSKI BIBLIOTHECARIO

EXHIBENS

PHAENOMENORVM ET DIOSEMEORVM ARATI LECTIONEM VARIAM E CODD. MSTIS IN BIBLIOTHECA CAESAREA VINDOBONENSI ASSERVATIS ENOTATAM CVM ANIMADVERSIONIBVS.

EPISTOLA CRITICA

IN

ARATI PHAENOMENA ET DIOSEMEA

AVCTORE

GOTHOFREDO ERNESTO GRODDECK.

Mi Buhli!

Quod inter familiares fieri solet, forte fortuna in vnum locum diuertentes, vt, quae cuique euenerint digniora memoratu, cum percontando narrandoque animum expleverint, ad eas res lubenter sermonem deflectant, quas pari studio et amore quondam amplexos se esse cum voluptatis sensu recordantur: idem, etsi in re paullum absimili, nunc cum maxime expertum me esse fateor, quippe qui ex interiori antiquitatis studiorum gyro argumentum nactus, coram TEcum consabulandi copia in praesens tempus non data, illud chartis saltem committere, litterisque TVI desiderium lenire animum induxi. Etenim cum anno qui effluxit sesquialtero Vindobonae degerem, secutus eo *Illustrem Principem*, HENRICVM LVBOMIRIVM, Iuuenem ingenii animique dotibus egregiis natalium splendorem, si quis alius, in maius augentem *);

*) Secundum illud choro Euripideo obseruatum Hec. v. 383—385. ed. Beck.

Δεινὸς

cumque *Arati* TVI, de quo TVIS curis perpoliendo iterumque in lucem proferendo iam tum cogitabas, cum vna essemus, primum copia mihi facta esset: subiit mentem cogitatio, quantum et muneris et studiorum ratio concesserit otii, id omne in conferendis excutiendisque *tribus Arati codicibus manuscriptis*, quos in Bibliotheca Caesarea adseruari noueram, consumere, eo nimirum consilio, vt si quae forte ad poetae siue lectionem siue interpretationem idonea inde eruerum, ea TEcum, *Buhli dilectissime*, continuo communicarem, quem *secundum* Arateorum *volumen* priori propediem successurum parare, TE ipso auctore, cognoueram. Enimuero auocatus ab vrbe, vere ineunte, quo minus opus inchoatum profligarem, inprimis impediit, quod librorum aliquot, in his maxime *Eratosthenis* et *Hygini* operum, ad Astronomiam veterem spectantium, vsu vel maxime necessario destitutum me vidi. Quo factum est, vt propositum, cui ineundo TVI, *carissime Buhli*, studium atque pristinae, quae TEcum mihi interceſſit, necessitudinis memoria praecipui auctores fuere, paene manibus excussum esse dolerem. Quod tamen secus cecidisse, lubenter fateor, debere me, vt innumera alia, quibus enarrandis, etiamsi nunc esset his locus, multo me disertior haud sufficeret, Optimi et Illustrissimi Principis, ADAMI CZARTORYSKII, indulgentiae, quae librorum subsidiis ad apparatum meum digerendum necessariis me ditauit.

Sufficiant haec, *mi Buhli*, ut, quibus potissimum rationibus adductus, libellum hunc, velut *ἀνάθημα* quoddam, amicitiae nostrae Genio consecrare non dubitauerim, et TV intelligas, et si qui alii sunt, quorum oculos chartae hae morari possint, habeant ex quo commentati-

Δεινὸς χαραχτὴρ κἀπίσημος ἐν ἄροτοῖς
Ἑσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
Τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

tatiunculae huius argumentum aeque ac conſilium certo iudicio ponderent. Ceterum non mirabor, ſi, plagulis his perluſtratis, peregrinanti me comparaueris, quem, aliud agentem, iuuant nonnunquam, quae tum viſu tum auditu digna obtulit caſus, quanquam ab itineris ſuſcepti conſilio aliena, adeoque ne hoc quidem aliquatenus fruſtratum, viam omnino feciſſe poenitet. Vt enim poeta, quem nunc TVIS curis, plurium et optimae notae librorum manuſcriptorum ope, ad priſtinum nitorem reſtitutum manibus tenemus, ex codicum horum collatione minus lucri fecerit: illud ſaltem, vt alia taceam, accurata eorum inſpectio docuit, quam parum tuta ſit fides Triumviris, qui codicum graecorum Vindobonenſium recenſum tygis vulgarunt, [a]) a VV. DD. paſſim habita, et quantopere optimo cuique, qui harum literarum amore tenetur, optandum ſit, vt accuratior eorum deſcriptio plurium VV. DD. opera confecta aliquando exiſtat. Cui quidem operae ſi ſymbola hac qualicunque vtiliter inſeruiiſſe TIBI *mi Buhli*, viſus fuero, in ſinu gaudebo.

E *tribus* codicibus, quos Arati nomen prae ſe ferre ſupra monui, vnus tantum chartaceus, forma octaua minori exaratus et no. 127. inſignitus [b]), carmen Arati a Scholiis ſeiunctum, nec, niſi ab his interrumpitur, quod paſſim fit, non continua ſerie deſcriptum exhibet; duo reliqui, inter codd. graecos 128 et 142. [c]), praeter alia multa, non niſi ſcholia in Aratum continent, quibus ſinguli verſus ſeu voces carminis praefixae explicantur. Horum alter (Ms. 128.) chartaceus, in Folio exaratus, ſo-

a) Lambecius, Kornarius, Neſſelius.

b) Lambec. Comm. de Bibl. Caeſ. l. VII. T. VII. p. 494. ed. Kollar. Idem Codex a *Neſſelio* in Suppl. Lamb. p. 161. no. 341. inſignitur.

c) Prioris (128) deſcriptionem ſatis copioſam v. ap. Kollar. l. l. p. 495—511. adde Neſſel. Suppl. p. 19 ſqq. no. 25.

liis 156. conſtans, quorum 80. priora Aratea complectuntur, cum nil, niſi Theonis ad Aratum ſcholia vulgata, additis, poetae vita, Leontii de ſphaera Aratea libello, aliis, contineat, recentiſſimae inſuper aetatis eſſe videatur: in eo accuratius conferendo operam et oleum perdere nolui. Quae praeter Aratea ſiſtat codex hic, qui noſcere cupit, ei adeundi ſunt Kollarius et Neſſelius locis a me laudatis.

De altero codice (Ms. 142.), qui itidem chartaceus, quadrato volumine, nitide ſcriptus eſt, neque tamen ſeculum XV. aetate ſuperare videtur, vnum *Neſſelium* audias diſſerentem his verbis: „Codex chartaceus, antiquus, bonaeque notae, in quarto, conſtatque nunc foliis 143, olim a Io. Sambuco Capuae emtus, quo continentur: 1) Io. Tzetzae Grammatici Allegoriae in Homerum. 2) Aratus Solenſis cum ſcholiis Hipparchi.“ [d]) Quae quidem quam manca et imperfecta, partim vero etiam falſa ſint, ex elencho huius codicis, quem ſtatim ſubiungam, apparebit. Continet vero is primo loco fol. 1 — 17. p. 1. *Batrachomyomachiae* enarrationem grammaticam. Hanc excipiunt fol. 17. pag. 2. *περὶ τῆς γεννήσεως τῶν θεῶν Ἰωάννου Γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου* [e]) ad fol. 21. pag. 2. qua, quamquam nullo linearum interuallo relicto, neque titulo in margine adſcripto, voce Μῆνις, incipiunt *ἱστορίαι καὶ ἀπορίαι* in *primum* librum Iliadis Homeri, [f]) con-

d) In ſuppl. Codd. Philolog. p. 82.

e) Titulo hoc forte inductus *Neſſelius Tzetzae Allegorias Homericas* hic exhiberi putauit, de quo tamen optre, verſibus conſcripto, v. *Tychſenium* V. Cl. in: Bibliothek der alten Literatur und Kunſt. Inedita Vol. IV. p. 6.

f) Inſcriptio haec, quam dedi prima vice ad Iliadis libri II. principium Cod. fol. 60. p. 1. comparet hoc modo: *ἱστορίαι καὶ ἀπορίαι τῆς β' Ὁμήρου ἰλιάδος*, iisdemque verbis ſingulis deinceps libris praefigitur, nempe *tertio*, fol. 79. p. 1; *quarto*, fol. 86.

continuatae deinceps in reliquos XI. priores vsque ad finem libri XII. fol. 125. p. 2. vbi legitur: *τέλος τῆς μ' Ομήρου ῥαψῳδίας.*

Iam vero trium foliorum (126—128) ſpatio vacuo relicto, fol. 129. p. 1. rubro ſcriptum legitur: *Τῶν Ἀράτου Φαινομένων προοίμιον.* g) Praemonentur ad Cod. fol. 131. p. 2 nonnulla ad carminis Aratei explicationem generatim ſpectantia, notionum inprimis aſtronomicarum, quibus illud ſuperſtructum eſt, ratione habita. Sequitur tum ad fol. 132. p. 2. *γένος Ἀράτου*, quod, ſi lectionis varietatem in quibusdam locis numero admodum paucis excipias, h) prorſus conſpirat cum vita Arati primum edita a *Ruhnkenio* e Cod. Barocciano ad Callimachum T. I. p. 590 ſq. ed. Ern.; repetita deinde (quod ab Harleſio V. Cl. didici ad Fabric. B. G. T. IV. p. 87.) ab *Iriarte* in

86. p. 2; *quinto*, fol. 92. p. 2; *ſexto*, fol. 101. p. 2; *ſeptimo*, fol. 105. p. 2; *octauo*, fol. 107. p. 2; *nono*, fol. 110. p. 2; *decimo*, fol. 114. p. 2; *undecimo*, fol. 120. p. 2; *duodecimo*, fol. 124. p. 1. At *ſecundus* liber, quem a Grammaticis vulgo in duas partes diuiſum eſſe vel ex Perizonii nota ad Ael. V. H. XIII, 14. conſtat, etiam hic bifariam diſpertitus eſt, priore parte a fol. 60. p. 1. ad fol. 73. p. 2; poſteriore hinc ad fol. 79. p. 1. pertinente, praemiſſo titulo: *ἱστορίαι καὶ ἀπορίαι τῆς Βοιωτίας. Ἄρξασθαί φασί τινες ἀπὸ Βοιωτῶν τὸν Ὅμηρον τοῦ καταλόγου εἰς κεχαρισμένον τῶν Μουσῶν, ὧν ἐπεκαλέσατο. κ. τ. λ.*

g) In margine *Io. Sambuci* nota conſpicitur: „Hi Commentarioli aut *γνήσιοι* ipſius ſummi Hipparchi, aut in quibusdam locis ab alio facti, nonnihil breuiores, ſed correctiores excuſis a P. Victorio etc " quam ideo deſcripſi, vt conſtet, vnde fluxerit *Neſſelii* in indice huius cod. ſupra laud. de *Hipparchi* ſcholiis notitia.

h) Potiſſima enotabo: p. 590. l. 3. *Λινδίου* loco *Μυδίου*. l. 9. *Εὐφυδίκης υἱὸς* pro vulg. *Ἀριδίκης*. p. 591. l. 11. *ἀπαλυτέως* pro corrupto *ἀπευλοτέως* l. 15. *Διονύσιος ἐν τῷ περὶ συγχρίσεως*, quam lectionem doctiſſimus Ruhnkenius e coniectura iam repoſuit pro corrupta Mſ. *σύγκριον*. l. 16. *τίθεμεν* pro *τίθεμαι* et l. 17. *θήσομεν* pro *θήσομαι*. l. 18. *οὐδὲν ξένον*. l. 22. *θεωρίας*.

in Catal. Codd. Graec. Matritenſ. e cod. 67. p. 239 ſqq. vt vitam hanc denuo typis hoc loco exarari ſuperuacaneum ſit.

Vitam Arati excipiunt in cod. noſtro fol. 132. p. 2. ad fol. 146. p. 1. Ἀστροθεσίαι ζῳδίων· Ἄρκτου μεγάλης, Ἄρκτου μικρᾶς, Δράκοντος, Τοῦ ἐν Γόνασιν, Στεφάνου, Ὀφιούχου, Σκορπίου, Ἀρκτοφύλακος, Παρθένου, Διδύμων, Καρκίνου, Λέοντος, Ἡνιόχου. Ταύρου, Κηφέως, Κασσιεπείας, Ἀνδρομέδης, Ἵππου, Κριοῦ, Δελτωτοῦ, Ἰχθύων, Περσέως, Πλειάδων, Λύρας, Κύκνου, Ὑδροχόου, Αἰγοκέρωτος, Τοξότου, Οἴστοῦ, Ἀετοῦ, Δελφῖνος, Ὠρίωνος, Κυνὸς, Λαγωοῦ, Ἀργοῦς, Κήτους, Ποταμοῦ, Ἰχθύος, Θυτηρίου, Κενταύρου, Ὕδρου, Προκύωνος, Πλανητῶν, Κύκλου Γαλαξίας. Quae de titulorum ordine, ad carminis Aratei ſeriem compoſito, cogitanti mihi ſeſe obtulit opinio, eam omni dubitationi prorſus exemit accuratior commentariorum horum inſpectio: eſſe, nimirum ἀστροθεσίας has nihil aliud, niſi, auctoris nomine ſuppreſſo, *Eratoſthenis* libellum, καταστερισμῶν titulo notum, quem a *Fello* ad calcem Arati ſui primo editum, nuperrime a *Schaubachio* Gottingae typis repetitum eſſe, ex ephemeridibus litterariis cognoui. *) Continent enim aſtrorum deſcriptionem, praemiſſa ſingulis fabularum huc ſpectantium expoſitione. Quae quidem ex Eratoſthenis libello ne tantummodo excerpta eſſe forſan arbitreris, *Eruditiſſime Buhli*, en, ſpeciminis loco, *Planetarum* recenſum ſub finem ἀστροθεσιῶν, fol. 145. p. 2. ad alios vſus e codice enotatum apponam, vt ipſiſſimum Cyrenaei opus verbis tenus hic exhiberi intelligas.

Περὶ

*) Quo vel ipſo Heynii V. Ill. opinio in epiſtola ad Cl. Schaubach, Cataſter. Erat. editioni (cuius, poſtquam haec ſcripſeram, compos factus ſum) praemiſſa, p. XIII. propoſita adſtruitur: nimirum opuſculum hoc e ſcholiis breuibus, quae Eratoſthenes Araro ſubiecerat, conflatum, partim in breuius contractum, partim alienis laciniis interpolatum eſſe.

Περὶ τῶν ε' ἀστέρων τῶν καλουμένων πλανητῶν διὰ τὸ κίνησιν ἔχειν ἰδίαν αὐτούς. i) λέγονται δὲ θεῶν εἶναι πέντε· πρῶτον μὲν Διὸς Φαίνοντα μέγαν· ὁ δεύτερος ἐκλήθη μὲν Φαέθων, οὐ μέγας. οὗτος ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ ἡλίου. ὁ δὲ τρίτος Ἄρεως· πυροειδὴς δὲ καλεῖται, οὐ μέγας, τὸ χρῶμα, ὅμοιος δὲ τῷ l) ἐν τῷ αἰετῷ. ὁ δὲ τέταρτος Φωσφόρος Ἀφροδίτης, λευκὸς τῷ χρώματι· πάντων δὲ μέγιστός ἐστι τούτων τῶν ἄστρων, ὃν καὶ ἑωσφόρον καὶ Φωσφόρον καλοῦσι. πέμπτος δὲ Ἑρμοῦ στίλβων, λαμπρὸς καὶ μικρός. τῷ δὲ Ἑρμῇ ἐδόθη, διὰ τὸ πρῶτον αὐτὸν τὸν m) διάκοσμον ὁρίσαι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἄστρων τὰς τάξεις καὶ τὰς ὥρας μετρῆσαι, καὶ ἐπὶ σημασιῶν n) καιροὺς δεῖξαι· στίλβων δὲ καλεῖται, διὰ τὸ φαντασίαν τοιαύτην αὐτὸν ποιεῖν.

Patet hinc, opinor, Anonymi ἀστροθεσίας has Eratosthenis Catasterismorum apographum iure habendum esse, neque illud, vt e paucis iam, quae inde delibauimus, perspexerit acumen TVVM, futuris libelli huius editoribus omnino contemnendum. Vtrumque, collatione cum scholiis tertii codicis infra exhibendis instituta, in maiore luce collocabitur. Redeamus ad reliqua, quae codice nostro continentur, enarranda. Astrothesias nempe fol. 146. p. 1. excipiunt *Commentarii graeci in Arati Phaenomena*, non plane iidem, neque tamen multum diuersi a Scholiis Arati vulgatis, *Theonis* nomen prae se ferentibus,

i) Sic in cod. nostro scriptum. In editis a Fcilo legitur αὐτοῖς.

l) Ms. a Fello vulg. p. 15. ὅμ. δὲ ἐν τῷ αἰετῷ, male. Codicis nostri lectione firmatur Koppiersii coniectura, qui totum locum ita restituit ὁ δὲ τρίτος Ἄρεως Πυρόεις καλεῖται, οὐ μέγας· τὸ δὲ χρῶμα ὅμοιος τῷ ἐν τῷ Αἰετῷ. cf. Schaubach. V. C. in Nott. ad Eratosth. Cat. p. 124.

m) Illud τὸν, quod verborum nexus necessario flagitat, in editis a Fello Cat. rursus male omittitur.

n) Fell. ἐπισημασιῶν, de cuius vocis significat. v. Ill. Heyne in Animadu. in Erat. Cat. p. XXVIII.

tibus, vtpote in nonnllis his auctiores, in aliis locis breviores. Pertexti ii primum sunt ab initio Phaenomenorum ad vs. 450. (fol. 162. p. 2.) addita rubro colore epigraphe: ἕως τῶδε τὰ τῆς ἀστροθεσίας; tum continuantur vsque ad finem Phaenom. duobus titulis itidem rubro praefixis, altero: περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ κύκλων (Cod. fol. 162. p. 2—165. p. 2.) altero: περὶ τῶν ἀντικαταδύσεων καὶ συναvατολῶν (ad fol. 169. p. 1.) vbi voce: ἀρχὴ τῶν Διοσημείων incipit commentarius in *Prognostica* Arati, desinens fol. 172. p. 2. Ceterum ex iis, quae modo de commentariorum horum cum Theonis scholiis vulgatis congruentia monui, apparebit, quantum a veritate aberrarint Sambucus, ad quem codex hic olim pertinuit, eiusque vestigia legens Nesselius, vterque affirmantes, Hipparchi in Aratum commentarios Scholiis his contineri, quo nihil falsius, mihi crede.

Restat *tertius* codex (ap. Lambec. 127. ap. Nessel. 341.) in quo, cum, praeter *Scholia adhuc inedita*, *carmen Arateum* seorsum a commentario descriptum exhibet, excutiendo paullo diutius moratus sum, TEque, *Optime Buhli*, morabor. Eum chartaceum esse formaque octaua minori exaratum, iam supra monui. Constat is tantum foliis 48. quorum *tria et quadraginta Arati Phaenomena* et *Prognostica* vna cum *Scholiis graecis* complectuntur; *quinque* reliqua *epigrammata nonnulla* et *sententiarum moralium* farraginem praestant, additis insuper in fine codicis Grammatici cuiusdam de *medimno notitia* aliisque *annotatiunculis e re musica Veterum* petitis. Licet ille quoad scripturae elegantiam et perspicuitatem inferior habendus sit codice 142, cuius modo descriptionem dedi, maiori tamen cura ac diligentia exaratus esse videtur. Accentuum spirituumque ratio grammatica fere vbique seruatur, at signa diagnostica negligenter ac perverse plerumque adiiciuntur; iota subscriptum fere nusquam

quam comparet. Ceterum codicis huius lectionem difficillimam reddunt cum scriptionis compendia vbique, maxime vero in Scholiis adhibita, tum in his inque *glossematibus versuum interuallo passim interspersis* literarum modulus adeo exiguus, vt oculorum illae vel acerrimorum aciem paene effugiant. Recentis aetatis et hunc codicem esse multa arguunt, sed tamen priore paullo antiquiorem eum habendum putauerim.

Iam quod ad carminis Aratei lectionem attinet, quam exhibet codex noster, infra a me enotandam, eam ex libro bonae notae fluxisse, mecum facile animaduertes; vbi is a lectione vulgata recedit, cum Mosquensi, Barberino, Vratislauiensi et Bodleianis codicibus in innumeris locis conspirat, ceterisque lectionibus meliorem fere semper tuetur (cf. Phaen. vs. 65. 88. 148. 169. 189. 224. 261 etc.); alia solus sibi vindicat, in his nonnulla haud prorsus reiicienda, v. g. Phaen. vs. 26. δύο. 21. μετανίσεται. 82. ὅς ῥα μάλιστα pro vulgato ὅς ῥά τε μέσσον. 467. ἀπλατέες. 523. ἀεὶ κεῖται pro vulg. ἀητεῖται Diosem. 248. μαραίνονται pro μαρμαίρωσιν, al. Phaenom. Versus 336. 337.

Κείνου καὶ κατιόντος ἀκούομεν· οἱ δέ οἱ ἄλλοι
Σῆμ' ἔμεναι μελέεσσιν ἐλαφρότεροι περίκεινται

omittit codex Vindobonensis, nescio, librarii incuria, an, quod verisimilius, quia deerant in libro, quem descripsit. Contra versui 142.

Ἀστέρες· οὐκ ἂν τούς γε ἰδὼν ἐπιτεκμήραιο

a secunda manu alius adscriptus legitur, ita sonans:

Ἀστέρες· οἵ μιν ὄπισθεν ἑλισσόμενοι τυπόωσιν

ad partem conflatus ille forsan e vss. 170. 171.

οἷά μιν αὐτοὶ
Ἀστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι τυπόωσι.

Ceterum post Bodleianorum alterum et Barberinum Codicem tertius hic noster est, quantum constat, qui carminis

minis Aratei versus XLI. insititios, quos ex Oxon. edit. in animaduersionibus TVIS p. 424—27. apposuisti, exhibet, hoc solum discrimine, quod ne γνήσιοι quidem στίχοι in nostro desunt, sed singulis locis genuinum poetae partum excipit spurius et subditicius, addita in codicis margine nota, qua lector tum de emblemate hoc, tum auctore eius certior fit. Sic ad vs. 481. legas: τούτοις τοῖς ἕπεσι ὅλως ἀντιλέγει ὁ Μάξιμος; ad vs. 497. ταῦτα τοῦ κλεινοῦ Μαξίμου, οἷς ἀντιλέγει τῷ Ἀράτῳ. (cf. VV. LL. et Schol. ad h. vss. et 501. 507. 515. 525.); quo vel ipso Felli opinionem, (ad calc. edit. Arati p. 148) dummodo ei omnino illa debeatur, nec, quod magis probo, e librarii animaduersione, codici quo vsus est adscripta, orta sit, Aratei carminis particulam hanc a *Maximo Planude* interpolatam esse, firmari vides.

Scholia Graeca cum breuiora, codicis margini allita, tum prolixiora, carminis contextui inserta, serie versuum interrupta, si cum Lambecio °) *inedita* appellaui, alio consilio id a me factum esse noli putare, nisi, vt ab *hactenus vulgatis* maximam partem ea existimentur *diuersa*. Alioquin commentariolorum horum fontes cum maxime noti fere vbique indagari queunt. Etenim ne pluribus morari TE velle videar, eorum auctorem, quisquis fuerit, scias in maxima operis parte *Eratosthenis Catasterismos* compilasse, quanquam (id nempe cum ἀστροθεσιῶν scriptore codicis 142, de quibus dixi, commune habet) huius siue libelli siue auctoris mentionem nusquam factam esse iure mireris. Hactenus tamen a librario codicis modo laudati differt, quod nonnisi ieiuniorem libelli partem, quae in stellarum supputatione versatur, exhibet, siue praetermissa fere vbique, siue in arctissimam epitomen contracta fabularum astronomicarum enarratione

Prae-

o) loco supra laud. T. VII, p. 494. ed. Kollar.

Praeterea in multis locis, vbi cenſoria nota in Aratum vtitur, *Hipparchi* manifeſte veſtigia legit; nonnulla vel e *Theonis* vulgo dicti in Aratum commentario, nec vulgato ſolum ſed eo etiam, quem e codice Mosquenſi deſcriptum primus in lucem protraxiſti, hauſiſſe dicendus eſt; vno loco p) *Ptolemaeum*, nec hoc nominato, exſcripſit; haud raro clari *Maximi* ſui commenta nobis propinat, adeo vt, quod de aliis pluribus, et de hac ſcholiarum farragine valere videas, ſiſtere eam Variorum, vt dicunt, in poetam Notas, animaduerſionum huc illuc exſtantium congeriem. Enimuero vel ſic operam me haud prorſus inutilem nauaſſe mihi videor, nec forte etiam TIBI aliisque ingratam, qui annotatiunculas has deſcribere typisque hic primum vulgare inſtitui. Fac enim, ad Aratei carminis explicationem parum noui inde poſſe exſculpi, ſaltem ita de iudicii mei qualiscunque veritate melius conſtabit lectori.

Supereſt, vt de *additamentis poeticis*, partim *ineditis* dicam, quae prodit codex meus inde a fol. 43. p. 2. vbi deſinit carmen Arateum, ad fol. 47. p. 2. Qua in re cum, quae ſcitu digna videri poſſint, a *Kollario* videam occupata, q) paucis defungar. Quis *Zaridas* ille fuerit, cuius

p) Ad Phaenom. vſ. 106.

q) In nota ad Lambec. T. VII. p. 491. Verba ipſa apponam: „Eſt quidem collectio miſcella variarum ſententiarum moralium, nequaquam autem diuerſorum auctorum (quae Lambecii erat opinio); cum omnes aut Zaridae cuidam, aut S. Gregorio Nazianzeno tribuantur. Zaridae ſunt partim octoſticha, partim polyſticha epigrammata iambica quinque. *Primum* inſcribitur: *εἰς τὸν ἐπὶ τοῦ τροχοῦ καθήμενον.* Initium: *ὅπως τὸν ὑψοῦ τὸν χλιδαῖς ἡσκημένον. Alterum: εἰς τὸν αὐτὸν.* Incipit: *Ἀλλ' οὐδέ σοι συνήδομαι τῶν ἀνθέων. Tertium* ſine epigraphe: *Τὴν γλαῦκ' ἐπέσκωπτέ τις, ἡδ' ἐφύγγανε. Quarti* initium: *Μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα. Quintum* denique, quod *metris heroicis* ſcriptum eſt, incipit: *Ἡμιόνοισι πατὴρ τίς; ὁ κάνθων ἐστὶν.*

cuius nomen priora *quinque Epigrammata* ſententioſa prae ſe ferunt, fruſtra quaeras. Neque tamen, ſi e paucis his reliquiis, quas Codex noſter offert, licet iudicare, eum obliuione, qua *naſcens moriensque* adhuc *fefellit*, prorſus indignum duxeris. Ceterum *quintum* epigramma non *heroi.is* verſibus, vt Kollarius perhibet, ſed metro *elegiaco* ſcriptum eſſe, infra apparebit. Notior eſt *ſententiarum* auctor, quae Zaridae reliquias excipiunt, nihilque verius Kollarii opinione, ad *Gregorium Nazianzenum*, cuius nomen in margine his vocibus, τοῦ Θεολόγου, indicatur, eas referendas eſſe, ſed quod addit Vir doctus, in editis Gregorii carminibus gnomas has diu fruſtra ſe quaeſiuiſſe, adeoque dignas iudicare, quae olim lucem adſpiciant, vereor, ne nimis deſultorie bonum Gregorium perluſtrauerit. Nam vna ſententia excepta, quae forte me fefellit, reliquas omnes in edita Gregorii Γνωμολογίᾳ τετραστίχῳ ἐ' ἰάμβων aliisque Eiusdem carminibus prima vice reperi. Sed haec hactenus.

Supereſt, vt pace TVA, Vir Doctiſſime, dum in Arateis verſamur, ſubiungam hoc loco notitiam de verſione metrica Phaenomenorum Arati verſibus Polonicis conſcripta ab Io. Kochanouio (Kochanowski,) celeberrimo

ἐστὶν· ὄνειδος οὐδέν. Reliquae gnomae, quae hic Zaridae verſus excipiunt, ſunt, niſi fallor, omnes S. Gregorii Nazianzeni, qui in earum margine duobus illis vocuſis τοῦ Θεολόγου deſignatur. Sunt vero iambis incluſae, monoſtichae, diſtichae et plurium et am verſuum, quas ego quidem *in editis diu fruſtra quaeſiui* et dignas cenſeo, quae olim lucem adſpiciant. Prima tria monoſticha ſunt haec:

Μυρον δοχείον σαπρὸν οὐ πιστεύεται.
Μητ' ἀντίτεινε πᾶσι, μηδ' ἑπου λόγοις.
Λόγῳ παλαίει πᾶς λογος, βίῳ δὲ τίς;

Porro Codicis huius fol. 47. p. 2 cum marginibus tum etiam ſequenti folio inſcriptae ſunt quaedam de *medimno* adnotatiunculae geometricae. Item fol. 48. p. 2. perſimiles παραγραφεῖσεις muſicae."

VII. Αστρολογία καὶ Αστροθεσία. Laudatur hoc opus tamquam Arati a Suida et Eudocia. Occurrunt quoque Αστροθεσίαι ζωδίων, non addito tamen auctoris nomine, in Codice Phaenomenorum Arati Vindobonenſi, ab amiciſſimo *Groddeck* deſcripto. V. ſupra p. 380.

380. Quodſi vere opus Arati fuerit olim hoc titulo, comprehendebat illud haud dubie varias fabulas, ad aſtra eorumque denominationem ſpectantes. Verum male puto eiusmodi opus Arato tributum eſſe. Docuit *Groddeckius*, Eratoſthenis libellum *de Cataſterismis* eundem eſſe cum Αστροθεσίαις, in codice Arati, ſupra memorato, obuiis. Igitur etiam probabile fit, ſub opere, Αστρολογία καὶ Αστροθεσία inſcripto, eundem *Eratoſtheni* libellum *de Cataſterismis* intelligendum eſſe, quem Arati Phaenomenis in codd. quibusdam adiectum aut praefixum, omiſſo auctoris nomine, perperam Grammatici Arato adſcripſerunt. Opinatus eſt b. *Mullerus*, deſignari nomine Αστροθεσία non ſingulare quoddam Arati opus, ſed primam Phaenomenorum partem vsque ad vſ. 450; in quo tamen ei non adſtipulor.

VIII. Κανών. Achilles Tatius Iſagog. in Arat. cap. 15. Εν δὲ τῷ ἐπιγεγραφομένῳ αὐτοῦ (Arati) Κανόνι, τὸν περὶ αὐτῶν (ἀστρῶν) ποιούμενος λόγον, ἁρμονίᾳ τινὶ καὶ συμφωνίᾳ μουσικῇ τὰς κινήσεις αὐτῶν λέγει γεγονέναι. Idem cap. 16. Περὶ δὲ τῆς ἐναρμονίου κινήσεως αὐτῶν εἶπεν, ὡς ἔφην, Αρατος ἐν τῷ Κανόνι. Patet ex his locis, opus Arati, Κανὼν inſcriptum, minime fuiſſe idem cum Αστροθεσία, vt ſibi perſuaſit Fabricius. Videtur potius in illo Aratus egiſſe de motu ſiderum omnino eiusque legibus. Monet quoque Achilles Tatius l. l. cap. 19. Aratum de *quinque planetis* plura in *Canone* ſcripſiſſe. Ceterum Κανόνος κατατομὴν laudat Auctor Vitae Arati apud Iriarten.

IX. Περὶ ἀνατολῆς. Ανατολή. Auctor vitae apud Iriarten. Cf. quae ſupra ad titulum libri Aratei Ανατομή diximus. An illa inſcriptione ſingulare opus Arateum denotetur, valde dubito; partem potius Phaenomenorum, ad ortus ſiderum ſpectantem, inde a vſ. 553. ita appellatam eſſe arbitror. Ceterum auctor vitae A. ap. Iriart. ſimul monet, tribui opus περὶ ἀνατολῆς a nonnullis non Arato, ſed *Hegeſianactii*.

Ad *tertium* genus librorum Arati deperditorum argumenti *poetici*, *grammatici* et *critici* pertinuerunt:

X. Ελεγειῶν liber. Macrob. Saturnal. V, 20. laudatis ſcriptoribus, qui *Gargaras* mentionem fecerunt, *Arati etiam*, ait, *liber fertur elegion, in quo de Diotimo quodam poeta ſic ait:*

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτρῃσι κάθηται,
Γαργαρέων παισὶ Βῆτα καὶ Αλφα λέγων.

Legitur idem Arati diſtichon ap. Euſtath. Il. ξ. p. 978. 41. Steph. Byz. in Γάργαρα· πόλις τῆς Τρωάδος, ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἴδης. — ἐκεῖ δὲ Διότιμος ὁ Αδραμυττηνὸς ἐδίδασκε γράμματα, εἰς ὃν Αρατος εἶπεν· Αἰάζω ..... Corrupte autem Stephanus habet verſu 1: αἰάζω ὅτι μοῦνον ὅς; ſequenti verſu cum Euſtathio Παισὶ Γαργαρέων. Cf. *Brunckii* Anal. T. I. p. 253. et Iacobs Animaduu. in epigr. Anthol. gr. T. I. P. II. p. 170.

Ex eodem forſitan *Elegiarum* libro petitum eſt aliud epigramma, quod ſub Arati nomine in Anthologia occurrit:

Αργεῖος Φιλοκλῆς Αργει καλός· αἱ δὲ Κορίνθου
Στῆλαι, καὶ Μεγαρέων ταὐτὸ βοῶσι τάφοι·

Γέ-

Γέγραπται καὶ μέχρι λοετρῶν Ἀμφιαράου,
Ὡς καλός. ἀλλ' ὀλίγοις γράμμασι λειπόμεθα.
Τῷδ' οὐ γὰρ πέτραι ἐπιμάρτυρες, ἀλλὰ Πρινεὺς
Αὐτὸς ἰδών· ἑτέρου δ' ἐστὶ περισσότερος.

Vid. *Brunckii* Anal. et *Iacobs* Animaduu. l. l. qui posterior vir doctissimus etiam de sensu huius epigrammatis, non satis perspicuo, pluribus disseruit.

Quae memorantur Arati *Epicedia* in *Cleombrotum* (Suid.); in fratrem *Myrin* (auct. Vit. ap. Petau.); nec non carmina in *Antigonum* (Suid.); in *Philen*, Antigoni regis coniugem (Suid. Eudoc.); in *Theopropum* (Suid. et Schol. Arat. v. 259. vbi est Θεόπρομον; sed Θεόπροπον legitur in schol. Odyss. Σ, 486. et in Eudociae Violeto. Cf. Villoison Anecdot. T. II. p. 185.); in *Pausaniam* Macedonem, vtrum fuerint *libro elegiarum* comprehensa, an sigillatim exstiterint, iam dici nequit, nec multum interest, cum omnia perierint.

XI. Παίγνια. Suidas.

XII. Σπονδοφόροι, scil. λόγοι vel ὕμνοι. Suidas. Eudocia.

XIII. Ὕμνοι εἰς τὸν Πᾶνα. Suidas. Siue Ὕμνος. Auct. vit. Arat. ad Callimachi ed. Ern. T. I. p. 951. Eudocia.

XIV. Ἐπιθυτικόν. Suidas. Eudocia.

XV. Ἠθοποιΐαι. Eudocia. Ἠθοπονίαι. Suidas.

XVI. Τὰ κατὰ λεπτόν. Strabo X. p. 744. ed. Almelouen. de Gyaro agens inquit: Δηλοῖ δὲ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν·

Ω Λεπτοῖ, σὺ μένεις μὲν σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ
Δειλή, ἢ Γύαρον παρελεύσεαι αὐτίχ' ὁμοίην.

Idem

Idem X. p. 742. Φολέγανδρος, ἣν Ἄρατος σιδηρεῖην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα. Auctor Vitae Arati apud Petauium tradit, ſcripſiſſe Aratum κατὰ λεπτὸν ἄλλα; quod interpretantur *alia quaedam minuta;* recte quidem, vt opinor. Iſ. Caſaubonus Lect. Theocrit. cap. IV. extr. idem eſſe ait Aratea κατὰ λεπτὸν et Callimachi ῥήσεις λεπτάς.

XVII. Διόρθωσις Ὀδυσσείας (et Iliadis). Auctor Vitae Arati ap. Petau.

XVIII. Περὶ Ὁμήρου καὶ Ἰλιάδος. Auct. Vit. ap. Petau.

XIX. Σκυθικός. Auct. Vit. ap. Petau.

XX. *Epiſtolae.* Suidas et Auct. Vit. Arat. ap. Petau. Epiſtola Arati ad *Zenonem* Stoicum laudatur in Arati vita ad calc. Callimachi ed. Ern. T. I. p. 591. et ap. Iriarten. Adſcribam de epiſtolis, Arato ſuppoſitis, *Bentleii* iudicium Diſſ. de ep. Phalar. p. 80.

„Quinque tantum epiſtolae nunc extant, quae *Euripidi* attribuuntur; ſed ſine dubio plures antea fuerunt, vt vidimus, non omnes nos habere *Xenophontis* epiſtolas. Non tam ſterile ingenium Sophiſtae exiſtimandum, vt quinque tantum epiſtolis exhauſtum omnino eſſet. Scimus, cui has epiſtolas acceptas referre debeamus. Qui ſcripſit librum περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας, *Apollonides*, *Sabirium* quendam, *Pollonem* (Σαβίριος Πόλλωνος) ait, eas confinxiſſe, *eundem illum, qui Arati epiſtolas adulterauerit.* Tradit hoc ſcriptor Vitae Arati, non indoctus auctor, qui quod ad has Euripidis attinet, ei non contradicit, quod vero ad illas *Arati*, omnes, ait, ſpreta Apollonidae ſententia veras exiſti-

existimasse. Equidem de eo, quod numquam vidi iudicare non possum; neque enim Epistolas Arati nunc habemus. Si vero his Tragici nostri meliores non sunt, inuitis omnibus etiam, Apollonidae sententiam amplector, ac vellem, iste liber eius supereſſet! Opinarere, ratione nominis, *Sabirium* hunc *Pollonem* fuisse Romanum; sed neque familiam *Sabiriam*, neque cognomen *Pollo*, inuenio. Quid si legamus *Sabinius* aut *Sabidius Pollio?*

Non amo te, Sabidi; nec possum dicere, quare. Si iste *Sabidius* apud Martialem epistolas nostras confinxit, etsi nullam potuit poeta, tamen optimam ego rationem reddere possum, quare eum non amem" — Ceterum male legitur apud Auct. Vit. ap. Petau. *Apollonides Cepheus.* Legendum est, monente eodem Bentleio, *Apollonides Nicaenus* (Νικαεύς).

XXI. Apud Eustath. ad Odyss. Σ, p. 1209. ed. Basil. laudatur Ἄραρος; sed ibi Ἄρατος reponendum censet Cuperus; proinde locum describam, licet Cupero non adsentiar: Ἄραρος δὲ, ἀρέσκεται καλεῖσθαι Θηρίκλειον, παρὰ τὸν σκευαστὴν κεραμέα Θηρικλῆν τὸν Κορίνθιον. Γράφει οὖν οὕτως· ὦ γαῖα κεραμῖτι, σε Θηρικλῆς ποτ' ἔτευξε, κοίλης λαγόνος εὐρύνας βάθος· κ. τ. λ.

XXII. Suidas. Χειμὼν ὀρνιθίας. Ἐπὶ τῆς γῆς ὄρνεα στρωννοὺς ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πνοῆς· τοῦτ ἔστιν ὁ σφοδρὸς, ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄρνεα φθείρεται. Λέγεται δὲ καὶ ἄνεμος ὀρνιθίας. ἢ ὅτι τὰ ὄρνεα ταῦτα χειμῶνος φαίνεται, ὡς Ἄρατος φησί. Interpretes ad Suidam Arati locum ex Diosemeis non laudant; nec equidem in his reperi, quod

quod verbis Arati, a Suida citatis, congruat; videntur igitur haec ex libro aliquo Arati deperdito depromta esse.

Iam progredior ad carmina Arati, Φαινόμενα et Διοσημεῖα inscripta, quibus ille nominis famam et poeticae virtutis suae laudem haud vulgarem apud aequales et posteros sibi comparauit. Nonnulli tam veterum quam recentiorum duo illo carmina iunxerunt, quasi vnum conficerent; forsitan propterea, quod Aratus ex Solis et Lunae nec non ex Zodiaci siderum relationibus ad terram potissima tempestatum signa praenuntia petierit. Sunt tamen carmina argumenti plane diuersi et haud dubie diuersis temporibus facta, quod iam ex Diosemeorum initio abunde satis apparet, cum Phaenomenis minime cohaerenti. Diserte quoque a Phaenomenis Diosemea distinxerunt doctissimi Arati interpretes graeci et alii*). Quodsi praeterea causas et fontes vtriusque carminis spectauerimus, videbimus mox, fuisse vniuscuiusque aliam causam aliosque fontes; vnde etiam probabile fit, ea non deinceps ab auctore condita esse. Interea cum semel ob argumenti affinitatem Phaenomenis Diosemea addi coepissent, facile est intellectu, qui factum sit, vt postea non separarentur, et interpretes Phaenome-

*) Schol. ad Diosem. init: Ἔρχεται Ἀρατος ἐπὶ ἄλλο βιβλίον σφόδρα βιωφελὲς, ὃ καλεῖται Διοσημεῖα. Schol. Aristoph. ad Pacem v. 1086. Vitruu. IX, 7. et Suidas. Commentati sunt multo plures ex Arati interpretibus graecis antiquioribus in Phaenomena, quam in Diosemea; nequaquam igitur duo haec carmina pro vno a proximis poetae aetati interpretibus, adeoque etiam ab ipso poeta, habita sunt.

menorum tam graeci quam latini Dioſemea velut prioris carminis alteram partem ſiue appendicem praelegerent, verterent et explicarent. E codicibus Arati manu exaratis, quos hodie tenemus, quantum equidem ſcio, non reperitur Phaenomena vel Dioſemea ſola, omiſſo altero carmine, exhibens; iuncta itaque Phaenomena et Dioſemea iam ab antiquioribus interpretibus ad recentiores translata ſunt.

Cauſam *Phaenomenorum* Arato dediſſe *Antigonum Gonatam*, apud quem, vt ſupra traditum eſt, poeta maximam vitae partem degit, fama fert antiqua, probabilitate haud deſtituta. Placuit poetis illius aetatis imitari Homerum praecipue et Heſiodum, eoque libentius verſati ſunt in argumento quodam docto ad exemplum Heſiodi poetice exprimendo, quo promtior et frequentior inde enaſceretur illis opportunitas non ſolum indolem poeticam oſtendendi, ſed etiam exquiſitam et elegantem doctrinam. Hinc orta ſunt carmina didactica Pſeud Orphei, Nicandri, Arati, multaque alia, quae temporis iniuria perierunt, praeter ingenium poeticum auctorum ſuorum variam multiplicemque eruditionem teſtantia. Videtur itaque ſibi ſuaſore Antigono rege Aratus ſelegiſſe Aſtronomiam, in qua poetice tradenda ingenium exerceret, quemadmodum Pſeud Orpheus Lithica, Nicander Theriaca, et alii tum temporis poetae alia argumenta ex doctrinarum artiumque a viris doctis adhuc excultarum cyclo petita poetice exornandi conſilium inierunt. Opus erat vtique Arato ad carmina aſtronomici argumenti condenda rei aſtronomicae quadam peritia; minime enim ab eo deſcribi poterant Solis ac Lunae conuerſiones meatusque, ſiderum loca, figu-

figurae, ortus et occaſus, ſingulae denique ſtellae, e quibus compoſita fingebantur ſidera, niſi, antequam ad deſcriptionem harum rerum poeticam ſe accingeret, cognitionem ſphaerae aſtronomicae conſilio ſuo idoneam habuiſſet, cum mythi aſtronomici generis, quos etiam aſtronomicae ſcientiae ignarus ſcire et tractare poterat, in deſcriptione ſphaerae caeleſtis ſingulorumque ſiderum ornatui tantum poetico inſeruirent ipſamque illam deſcriptionem parum aut nihil iuuarent. Hauſiſſe Aratum Aſtronomiae ſcientiam, qualemcunque habuerit, praecipue ex *Eudoxi* Cnidii libro, cui titulus erat Ἔνοπτρον, *ſpeculum*, antiquiſſimi et doctiſſimi eius interpretes, inprimis *Hipparchus* Bithynus, affirmant. An verum ſit, in epiſtolis, olim ſub Arati nomine circumferri ſolitis, traditum et ab auctore Vitae Arati, a Nictorio et Petauio editae, repetitum, Antigonum iuſſiſſe Aratum Eudoxi librum, proſa oratione ſcriptum, metro condere atque ita *Eudoxum* ἐνδοξότερον reddere, noſtra parum refert. Licet interim de fide narratiunculae huius dubitare, quoniam *Eudoxi* in Phaenomenis ſuis plane nullam mentionem Aratus iniecit, quam tamen poetam feciſſe ſuſpicari poſſumus, ſi Phaenomena quodam modo in honorem *Eudoxi* condita eſſent. Prorſus autem abſurdum Grammaticorum commentum redolet alia narratiuncula, a Vitae, ſcholiis graecis in Aratum praefixae, Auctore iam refutata, Nicandrum et Aratum, quaſi per iocum certantes, vter eorum res ſibi incognitas, ſaltem non ex rationibus ſuis ſatis perſpectas, optimis verſibus deſcriberet, illum huic Theriaca, hunc illi Phaenomena deſcribenda propoſuiſſe, poſtea vero, cum de victoria anceps eſſet iudicium

cium, vtrumque poetam carmen alterius ſibi vindicaſſe; adeoque, quod inde colligi poſſit, Phaenomena Nicandro, Theriaca Arato deberi. Etiamſi enim Nicander non fuiſſet Arato iunior, ita vt cum hoc certare non potuerit, conſtat tamen Hipparchi teſtimonio, Aratum Aſtronomiae non omnino ignarum aut incurioſum fuiſſe, ſed potius antiquiorum et aequalium Aſtronomorum ſcripta, praeſertim Eudoxi, diligentiſſime conſuluiſſe. Quod Cicero dixit, *Aratum, hominem ignarum Aſtrologiae, ornatiſſimis atque optimis verſibus de caelo et ſtellis ſcripſiſſe*, eatenus tantum verum eſt, quod Aratus ſphaeram aſtronomicam, a ſe verſibus exhibitam, non ex propria obſeruatione, ſed ex aliorum, in his maxime Eudoxi, deſcriptionibus cognouerit, quemadmodum ipſius Ciceronis aſtronomica ſcientia, qua in libris ſuis haud raro gloriatur, non ex proprio caeli et ſiderum ſtudio, ſed ex Arati potiſſimum carmine deriuata fuit *). Quodſi poeta noſter rei aſtronomicae omnino imperitus fuiſſet, continuiſſet ſe haud dubie in contexendis et enarrandis mythis aſtronomicis, nec tam accuratam nobis dediſſet ſphaerae caeleſtis imaginem, vt vel doctiſſimi et peritiſſimi antiquiores Aſtronomi dignam eam putarent, quam iuuenum coronae exponerent et vberrimis commentariis dilucidarent, quamuis reprehenderint ſubinde, in quibus ex ſententia ſua poeta a vero aberrauerit; qui tamen huius errores etiam ex Aſtronomiae conditione, qualis Arati aetate fuit, fluere potuerunt.

Refe-

*) Hipparch. ad Arat. lib. I. in Patau. Vranolog. p. 172. E. τῇ γὰρ Εὐδόξου συντάξει κατακολουθήσας (Αρχ-

Referuntur ab antiquis ſcriptoribus ad *Eudoxum* duo opera de phaenomenis caeleſtibus, in paucis tantum a ſe inuicem discrepantia, alterum Ἔνοπτρον, alterum Φαινόμενα inſcriptum, e quibus alii veteres illud, alii hoc potiſſimum Aratum ſecutum eſſe contenderunt *). Quidnam eorum vere potiſſimum ſecutus fuerit poeta, vt pronuntiemus, non eſt neceſſe, cum Hipparchus, qui Arati carmina cum Eudoxi ſcriptis diligentiſſime contulit, nos poetam Eudoxi vtrumque de phaenomenis caeleſtibus opus in vſum ſuum conuertiſſe docuerit, atque inſuper operis vtriusque idem eſſet argumentum. Sic Aratus, cum deſcriptionem ortus Perſei in vtroque Eudoxi opere animaduerteret diuerſam, incertus, vtram ſequi ſe oporteret, dubiam eſſe eam et liti obnoxiam expreſſis verbis addidit **). Ipſum quoque clima, ad quod

τος) τὰ Φαινόμενα γέγραφεν, ἀλλ' οὐ κατ' ἰδίαν παρατηρήσας.

*) Hipparch. l. l. p. 173 C. Φέρεται δὲ εἰς Εὔδοξον β' βιβλία περὶ τῶν Φαινομένων σύμφωνα κατὰ πάντα σχεδὸν ἀλλήλοις πλὴν ὀλίγων σφόδρα. Τὸ μὲν οὖν ἓν αὐτῶν ἐπιγράφεται Ἔνοπτρον, τὸ δὲ ἕτερον Φαινόμενα, πρὸς τὰ Φαινόμενα δὲ τὴν ποίησιν συντέταχεν.

**) Hipparch. l. l. lib. II. p. 227. D. ἐν πᾶσιν οὖν σχεδὸν τοῖς περὶ τὰς ἀνατολὰς τῶν ἄστρων συμφωνούντων ἀλλήλοις τῶν δύο συνταγμάτων (Eudoxi), περὶ δὲ τοῦ Περσέως διαφόρου τῆς ἀναγραφῆς οὔσης, εὐλόγως ὁ Αρατος διαπορῶν, ποία τις κατακολουθήσει ἀποφάσει, ἀμφήριστόν φησιν εἶναι καὶ δισταζόμενον κ. τ. λ. Poſſunt ex Hipparchi in Aratum commentario ſimilia argumenta plura afferri, quod Aratus vtrumque Eudoxi opus inſpexerit.

quod phaenomena accommodauit, Aratus ab Eudoxo mutuatus eſt *). Notandum autem, Eudoxum varia parapegmata, nec vnius loci conſeciſſe, quae quidem nonnumquam Aratus, in hoc Aſtronomiae non ſatis peritus, miſcuit ac inter ſe confudit; id quod obſeruatum a Grotio non ſatis recte ab eodem inde explicatum eſt, quod Aratus ex diuerſorum Aſtronomorum libris diuerſorum climatum obſeruationes in carmen ſuum transtulerit. Quosnam aſtronomicos ſcriptores praeter Eudoxum euoluerit Aratus, iam ignoramus. Salmaſii opinionem (ad Solin. p. 822.), omnino non Eudoxum, ſed *Phainum* vel *Metonem* fuiſſe, cuius veſtigiis inſiterit Aratus, refellit Petauius in auctario operis, de doctrina temporum (VI, 9). Probari tamen etiam nequit ab altera parte, Aratum praeter Eudoxum veterum Aſtronomorum conſuluiſſe neminem, praeſertim cum ille, quod Hipparchus monuit, ſaepius cum Eudoxo non conſpiret, vix quidem propria caeli obſeruatione fretus, ſed aliorum Aſtronomorum opinionibus aſſentiens. Commemorantur quoque plura Arati opera aſtronomici argumenti neque credibile eſt, eum in his omnibus a ſolo Eudoxo pependiſſe. Quod

*) Hipparch. l. l. p. 177. E. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ τὸ κλίμα τοῦ κόσμου τῷ Εὐδόξῳ ὑποτίθεται ὁ Ἀρατος. Καὶ γὰρ ὁ Εὔδοξος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἔνοπτρον τὸν τροπικὸν τέμνεσθαί φησιν οὕτως, ὥστε λόγον ἔχειν τὰ τμήματα πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν, οἷον ἔχει τὰ ὁ πρὸς τὰ γ'. cf. Schol. Arat. Phaenom. vſ. 498. Tatii Iſagog. c. 35. Grot. not. ad Arat. p. 104 Petau. de doctr. temp. auctar. III, 5.

tamen vtut fuerit, cum Arati in Aſtronomia duces praeter Eudoxum ignoremus, longius in hoc commorari nihil iuuat. Mythorum aſtronomicorum, ab Arato ſuis caeli et ſiderum deſcriptionibus intertextorum, certe plures et varii fuere fontes; nam Eudoxus in libris ſuis mythos aſtronomicos vix attigerat. Enimuero de his quoque fontibus non ſatis conſtat. Depromſit poeta plures mythos ex Homeri et Heſiodi carminibus; alios ex aliis poetis et ſcriptoribus graecis; alios ex religionibus et graecis et Aegyptiacis: alios ex traditione vulgari; an vnum alterumue ipſe primus adinvenerit, affirmare non auſim. Maxima mythorum aſtronomicorum pars iam diu ante Aratum erat inuenta et a poetis tractata, ipſa Aſtronomia, cum praeſertim apud Aegyptios ſymbolis et hieroglyphis eſſet involuta ſtellarumque congeries ad figuras quasdam revocaret, quo facilius deſignari poſſent et diſcerni, eiusmodi fictionibus mythicis luſibusque poeticis occaſionem ſuppeditante. Auxerunt poſtea aut mutarunt et ad varia conſilia ſua inflexerunt hosce mythos, a primis Aſtronomis Aegyptiacis et ab antiquiſſimis poetis graecis inuentos, ſeriores Aſtronomi et poetae, in his etiam Aratus et qui eum ſecuti ſunt.

De ordine, quo Aratus phaenomena caeleſtia deſcripſit, nihil dicam, cum is tum ex ipſo carmine, ſi quis ſimul tabulas, editioni huic annexas, hemiſphaeria exhibentes, inſpexerit, facile eluceat, tum in *hypotheſi*, textui Phaenomenorum praemiſſa, ſatis clare expoſitus ſit. Prorſus alia eſt quaeſtio longeque difficilior de totius

tius ſphaerae aſtronomicae, qualem Aratus ſibi cogitavit et poetice efformare ſtuduit, ratione et veritate. Maximus eſt iam inter antiquiores Arati interpretes graecos diſſenſus partim de ipſa ſphaerae Arateae conſtitutione, partim quatenus ea ſit iuſta et apta et veritati conſentiens. Fuere, qui ſphaeram Arateam reprehenderent et corrigerent, alii, qui tuerentur. Non poterat autem lis dirimi, cum ipſe Aratus non ſecundum proprium caeli ſiderumque intuitum carmen ſuum condiderit, neque ſphaeram aſtronomicam, arte confectam, deſcripſerit, ſed totum carminis argumentum ex Eudoxi aliorumque ſcriptorum veterum aſtronomicorum hauſerit libris, idque argumentum non tamquam Aſtronomus, verum tamquam poeta tractauerit; vnde etiam euenit, de quo Leontius Mechanicus in libello *de ſphaera Aratea* conqueritur, quod ſphaerae antiquae, ad rationes aſtronomicas confectae, in pauciſſimis cum Phaenomenis Arati congruerent. Habuit Aratus ſphaerae aſtronomicae notionem vniuerſalem tantum, adeoque vagam nec ſatis definitam; immo videtur ſibi quodammodo hanc ſphaeram finxiſſe ad normam quidem Eudoxi, non rite tamen perſpectam; neque ideo fieri poterat, vt Phaenomena Aratea in omnibus eſſent veris rationibus aſtronomicis conſentanea. Quodſi igitur vituperarunt veteres Aſtronomi Aratum propter errores, in deſcriptione ſphaerae commiſſos, fecerunt hoc quidem ſaepius recte ſecundum rationes aſtronomicas; iniuſte tamen, ſi Aratum tamquam poetam conſideraueris, aſtronomicas notiones et imagines mythice et poetice in vniuerſum exor-

nantem. Praeterea accedunt alia, quae omnino iudicia veterum de ſphaera Aratea efficere debuerunt diuerſa et ſibi repugnantia, absque culpa ipſius Arati. Accommodata eſt ſphaera Aratea, ſingulorumque ſiderum, ortus et occaſus eorum deſcriptio ad clima Thraciae, vbi cum Eudoxo vixit; non ſemper autem climatis huius rationem habuerunt veteres Arati interpretes, ſub alio climate degentes; reprehenderunt itaque Arati ſphaeram vt erroneam, non quod re vera, reſpectu ad Thraciae clima habito, erronea eſſet, ſed quod ad clima, ſub quo vixere interpretes iſti, non quadraret. Quare etiam non defuere, qui eiusmodi de ſphaera Aretea iudicia tamquam falſa et iniqua improbarent. Porro minime conſpirarunt ipſi veteres Aſtronomi, tam ante, quam poſt Aratum florentes, de formarum caeleſtium origine, conditione, nominibus, ſitu, relatione ad alias, deque ſingulis ſtellis, ad hanc vel illam formam pertinentibus. Iam qui non Eudoxum, ſed alios ſecuti ſunt, iis quoque Arateam ſphaeram diſplicere neceſſe fuit; vnde iterum cauſa de ſphaerae Arateae modo falſitate modo veritate diſceptandi enata eſt. Patet ex his omnibus, tum demum de Arati ſphaera ſingulisque eius ſiderum deſcriptionibus iudicium recte ferri poſſe, ſi eum tamquam poetam conſideraueris, cui non animus erat, ſphaeram aſtronomicam in gratiam Aſtronomorum exhibere, ſed potius viuidam et poeticam caeli ſiderumque imaginem ad delectationem vulgi magis quam ad vſum in communi vita compoſitum, et qui in imaginibus aſtronomice conſtituendis Eudoxum potiſſimum ſequebatur,

batur, de veritate ceteroquin ſphaerae ſuae non ſemper anixe ſollicitus.

De fontibus *Dioſemeorum* Arati in notis ad hoc carmen, primo volumini huius editionis inſertis, plura a me monita ſunt. Mutuatus eſt poeta pleraque ex Heſiodo, ex Ariſtotelis Meteorologicis et Theophraſti de ſignis ventorum opere, nonnulla ad verbum; pauca ex aliis ſcriptoribus, aut ex propria obſeruatione adiecit.

Poeticam Arati virtutem, qualem in Phaenomenis et Dioſemeis oſtendit, alii nimiis extulerunt laudibus, aliis nimis inique attenuarunt *). Non eſt quidem, quod vituperes Ouidianum illud: *cum Sole et Luna ſemper Aratus erit* **), cum eſſet in antiquitate et adhuc ſit Aratus ſolus, qui ſphaeram aſtronomicam poetice exornauerit, adeoque mirationem excitare non debeat, quod carmen eius, ſi non ab omni parte perfectum, ſaltem ſumma arte elaboratum et elimatum, Ouidius haud periturum eſſe vaticinatus ſit. Neque tamen propterea aſſentiendum eſt aliis, Aratum plenis buccis laudantibus, vt Maximo Tyrio, eum ποιητὴν οὐδὲν ἀδοξότερον τοῦ Ὁμήρου praedicanti. Magnopere Arati carmen inprimis apud eccleſiae patres commendauit, quod Paullus Apoſtolus, eius po-

*) V. iudicia veterum de Arato ap. Barthium Aduerſ. I. 15. cf. Fabric. Bibl. gr. lib. III. cap. 18. p. 453.

**) Ouid. lib. amor. I, 15.

pularis, hemiſtichion ex Phaenomenis τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν citauerit; quo tamen poeticum Arati meritum non probari in promtu eſt. Inſignis eſt vtique in carminibus Arateis ars, qua formae caeleſtes deinceps deſcriptae ſunt; delectat harum deſcriptionum ordo ſimul et varietas; ornatae ſunt illae mythis, non oneratae; et quod puritatem, ſimplicitatem, elegantiam graeci ſermonis attinet, vix reperias, quem cum Arateo compares. Optime de poeta noſtro iudicauit Quinctilianus: *Materia Arati*, inquit, *motu caret, vt in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla perſona, nulla cuiusquam ſit oratio. Quid potuiſſet, in Virginis fabula expreſſit; in reliquis id, quod voluit. Sufficit tamen operi, cui ſe credidit parem.* Qui Arati laudibus nimis detraxerunt, maxime recentiores viri docti, non ſatis perſpexiſſe videntur, quid ille in carmine didactico talis argumenti, quale tractandum ſibi elegit, praeſtare potuerit.

Cum Aratus eſſet primus, qui Phaenomena et Dioſemea verſibus promſerat tam egregiis et ornatis, vt difficile videretur eum in hoc genere ſuperare; praeterea cum argumentum tractaſſet cognitu iucundiſſimum et ad communem vitam vtiliſſimum; mox a Graecis Romanisque carmina eius didactica in eorum numerum relata ſunt, quae a quouis homine docto et polito legi oportebat. Hinc etiam certarunt in antiquitate doctiſſimi viri commentariis ea illuſtrare. Memorantur haud pauci Arati interpretes ad calcem commentarii iſagogici, quem a Victorio editum ſub titulo Ἐρατοσθένους,

ἐν

ἐν ἄλλῳ Ἱππάρχου, εἰς τὰ Ἀράτου Φαινόμενα, (licet nec Eratoſthenis, nec Hipparchi eſſe conſtet) repetiit. Petauius in Vranolog. p. 256; e quibus tamen plures falſo aut improprie Arati interpretibus accenſentur. Afferuntur tamquam Arati interpretes nonnulli ſcriptores, Arato antiquiores, vt Thales, Parmenides, Hermippus, quoniam de aſtris ſcripſere; alii laudantur, qui, libris ſuis phaenomena coeleſtia omnino deſcribentes, aut ſingula argumenta quaedam aſtronomica tractantes, carminibus Arateis lucem attulere, vt Cleopatres, Sminthes ſ. Mynthes, Hegeſianax, Alexander Aetolus, Alexander Epheſius, Alexander Lycaites, Ariſtarchus Samius, Geminus Rhodius, Artemidorus, Eratoſthenes, alii. Plurimorum etiam ſcriptorum, in recenſu illo interpretum Arati memoratorum, commentaria deperdita ſunt, praeterquam quod paſſim in ſcholiis ad Aratum, ſub Theonis Alexandrini nomine hodie exſtantibus, ex iis fragmenta reperiuntur. De interpretibus Arati, quorum opera ad nos peruenere, nec non de conditione et auctoribus ſcholiorum graecorum ad Aratum, in codd. mſtis adhuc ſeruatis, pauca dicam.

I. *Hipparchus*, Nicaea in Bithynia oriundus, floruit Ol. CLIV — CLXIII, fuitque adeo centum fere annis Arato iunior. Exſtant hodie eius βιβλία γ' τῶν Ἀράτου καὶ Εὐδόξου Φαινομένων ἐξηγήσεων (Enarrationum ad Arati et Eudoxi Phaenomena libri III.), graece primum editi a Petro Victorio Florent. 1567. fol. tum graece et latine cum Dionyſii Petauii verſione in Vra-

nolog. (Pariſ. 1630. fol.) p. 171. *). Caſtigauit in hoc opere Hipparchus Eudoxi, et qui, vt ſupra diximus, in omnibus fere Eudoxum ſecutus eſt, Arati, nec non *Attali* Rhodii, Grammatici, qui in Aratum commentaria, hodie deperdita, ediderat, errores, in doctrina ἀπλανῶν admiſſos, circa culminationes, coortus ac cooccaſus aſtrorum. Inſcriptum eſt Hipparchi opus *Aeſchrioni*, haud dubie Mitylenaeo, cuius Tzetzes hist. II. 198. meminit, et qui ἔπη et ἰάμβους compoſuerat.

II. *Achilles Tatius*, Alexandrinus. Edidit huius Iſagogen in Arati Phaenomena ex libro περὶ τοῦ παντὸς poſt Hipparchi opus modo memoratum P. Victorius et denuo recudi curauit in Vranologio (p. 121.). Dionyſius Petauius. Agitur in hoc opere de Vniverſo, de rerum principio, de rerum omnium conſtitutione, de natura caeli et de ſphaera aſtronomica.

III. Superſunt duo in Aratum commentarii ſeu introductiones, de quorum auctoribus non conſtat, editi quoque a Victorio et Petauio in Vranol. p. 256. et 268. Alter incipiens: τὴν μὲν δεῖξιν τῶν Φαινομένων, et falſo Eratoſtheni vel Hipparcho tributus, breuem continet ſphaerae aſtronomicae expoſitionem; alter, cum Vita Arati praemiſſa ſupra a nobis repetitus, eſt in-

*) In bibliotheca Ducali Vinarienſi habetur editio operis Hipparchi ad Arati Phaenomena Florent. 1567, cui emendationes adſcripſit *Ioſephus Scaliger*. Edidit eas *d'Anſſe de Villoiſon* in Epiſt. Vinar. Tiguri 1783. 4. Contulit Villoiſonus libellum cum Petauii editione.

inchoatus tantum, et verſatur maxime in Arati ſermone poetico explicando.

IV. *Leontius Mechanicus*, quem poſt Claudium Ptolemaeum vixiſſe ex eo colligere licet, quod ſphaeras caeleſtes ſua aetate teſtatur non ſolum ab Arati, ſed etiam a Ptolemaei deſcriptione diſſidere. Habemus eius libellum *περὶ κατασκευῆς Ἀρατείας σφαίρας* vulgo ſcholiis graecis in Aratum praefigi aut addi ſolitum, et a nobis quoque Vol. I. p 257. receptum. Scripſit Leontius hunc libellum in gratiam *Theodori*, familiaris ſui, quocum antea mechanicas artes ſe exercuiſſe ait. Quisnam fuerit hic Theodorus, vtrum *Theodorus Mechanicus*, cui Proclus librum de prouidentia et fato inſcripſit, an *Theodorus* paullo iunior *ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λόγιος*, cuius ope Romani ſub Iuſtiniano Imp. aduerſus Chosroen in obſidione Darae ciuitatis (Procop. de bello Perſ. II, 13. p. 121.) vſi ſunt, vix ad liquidum perduci poterit. Meminit quoque Leontius, ſe eiusmodi ſphaeram Arateam, qualem deſiderabat Theodorus, iam conſtruxiſſe *Elpidio* ſcholaſtico, *ἀνδρὶ ἀξιολόγῳ ἐμοῦ καὶ φιλομαθεῖ*, forſitan eidem eum Elpidio Patricio, qui poſtea a Mauritio legatus miſſus eſt ad Chaganum, Auarum regem, teſte Cedreno et aliis.

V. Leguntur in codd. mſſ. et editionibus Arati Scholia graeca tam ad Phaenomena quam ad Dioſemea ſub *Theonis*, Alexandrini Grammatici, nomine, quae tamen non a Theone, ſaltem non ab hoc ſolo profecta eſſe, iam dudum inter viros doctos conſtitit. Non ſolum in Scholiis, quemadmodum in editionibus, hanc noſtram prae-

praecedentibus, leguntur, eadem ſaepe iterantur, ſed etiam occurrunt frequenter ſententiae et interpretationes ſibi repugnantes, omninoque ſcholia ita comparata ſunt, vt diuerſis temporibus a diuerſis hominibus ex antiquioribus ad Aratum commentariis aliisque libris temere congeſta eſſe primo ſtatim intuitu in oculos incurrat. Accedit, quod in vnoquoque fere Arati codice alia ſcholia, quae in caeteris deſunt, aut aliter conſtituta et expreſſa reperiantur; vt vel ex collatione ſcholiorum ad Aratum in cod. Mosquenſi, quae in volumine primo integra lectoribus propinaui, cum iam antea vulgatis ſcholiis apparebit *). Fundus ſcholiorum, vt ita dicam, quae hodie habemus, videtur *Eratoſthenis* deberi, cui poſtea alii et *Theon* quoque ſua ſuperſtruxerunt; nam libellus Eratoſthenis περὶ Καταστερισμῶν, qui ſigillatim circumfertur et nuper a doctiſſimo viro *Schaubach* denuo editus eſt, in plurimis cum ſcholiis ad Aratum conſpirat, ita, vt e ſcholiis Eratoſthenis ad Aratum, modo in breuius contractis, modo interpolatis, enatus eſſe iure dicatur **).

Arati carmina, quemadmodum apud Graecos, ita, literis graecis ad Romanos tranſeuntibus, apud hos quoque amatores plurimos nec non interpretes latinos ſibi conciliarunt. Eminet inter eos, qui Aratum latinis verſibus exprimerent, ceteros inſuper aetate antecedens, *Cicero*, hac opera potiſſimum etiam inter poetas latinos no-

*) Cf. ſupra Epiſtolam *Groddeckii* de codd. Arati Vindobonenſibus p. 381.

**) v. *Heynii* Epiſt. ad Schaubachium edit. Cataſterismorum Eratoſthenis praefiam p. XIII.

nomen adeptus. Dolendum eſt maxime, quod Ciceronis verſio Arateorum carminum non integra ſeruata ſit; extat tamen praeter breuiora quaedam fragmentum ſat prolixum, e quo totius verſionis pretium aeſtimare licet. Conſecit hanc verſionem Cicero, quod ipſe teſtatur, perquam adoleſcentulus; prodit quoque ea per ſe iuuenilem ingenii vigorem, nec minus doctam et ſubactam graeci ſermonis poetici ſcientiam, ſimulque ſtudium acerrimum patrium ſermonem latinum, tum a poetis parum adhuc tractatum et excultum, ad graeci ſermonis perfectionem, quantum fieri poſſet, euehendi.

Meliori cum fortuna, quam Cicero, nouam Arati verſionem poeticam ſuſcepit *Germanicus Caeſar*, nobiliſſimus ille domus Auguſteae heros, egregiis virtutibus et meritis ciuilibus, rebusque in bellis Romani Imperii cum Germanis geſtis adeo inſignis, vt laurea poetica, quam Arateis latine reddendis acquirere allaborauit, facile carere potuiſſe videatur. Dubitarunt quidam, an Germanicus Caeſar vere carminum Arateorum, ipſi tributorum, auctor fuerit; verum optimum poetam Germanicum fuiſſe, Ouidius teſtatus eſt; igitur etiam carmina Aratea condere potuit et haud dubie condidit, cum reliquorum principum Auguſteae domus noſcamus nullum, quem eorum auctorem fuiſſe maiori cum probabilitate dicere poſſis; nam *Iulium Caeſarem* Aratum vertiſſe, quod Suidas et Iulius Firmicus tradiderunt, eſt error in nomine; et ſententia *Rutgerſii* (Var. Lectt. lib. III. p. 276.), qui carmina Aratea non Germanico, ſed *Domitiano* vindicare voluit, non minus explodenda eſt, vtpote orta ex errore librarii cuiusdam in vetuſto codice,

dice, a *Petro Burmanno* inſpecto, illa carmina ad *Claudium Caeſarem* referentis. Diſerte Germanicum Caeſarem Arateorum auctorem pronuntiat Hieronymus ad Titum cap. I. 155. et Lactantius Inſtitt. lib. I. cap. 21. aliique plures grauiſſimi ſcriptores.

Monendum autem eſt primo, Germanicum *Sola Arati Phaenomena* poetice expreſſiſſe; nam quae habemus *Prognoſticorum* Germanici fragmenta, ſunt ea non ex Arati Dioſemeis translata et diuerſi omnino argumenti ab eo, quod Aratus in Dioſemeis perſecutus eſt. In Prognoſticis Germanicus expoſuit Planetarum naturam et ſignorum Zodiaci inter ſe relationem et coniunctas vires. Materiem forſitan ab aliis Aſtronomis graecis deſumſit. Indicauit etiam Prognoſtica tamquam peculiare opus in fine primae partis Phaenomenorum vſ. 441.

Hoc opus arcanis ſi credam poſt modo Muſis,
Tempus et ipſe labor, patiantur fata, docebit.

Deinde in Phaenomenorum Arateorum verſione Germanicus non ſemper ad verbum Aratum expreſſit. Prooemium praemiſit de ſuo; fabulas, Arato intactas, attigit leuiter, v. c. de Arctophylace, de Auriga; plura, ab Arato non bene diſpoſita, in meliorem ordinem redegit; aliquoties etiam Aratum ex aliorum Aſtronomorum diſciplina correxit. Aratus v. c. Draconem ait premi dextro Nixi pede; Germanicus poſuit laeuum; Aratus humanas Centauri partes ait eſſe ſub Scorpio, equinas ſub Chelis; Germanicus melius ſub Virgine equinas, ſub Chelis humanas collocauit. Plurima eiusmodi exempla correcti a Germanico Arati in notis Grotii

ſparſa

ſparſa ſunt. Ceterum dictio Germanici poetica, quamvis ille paſſim archaismum ſectatus ſit, longe eſt viuidior et elegantior Ciceronianà, et prodit omnino poetam Virgilii et Horatii aequalem. Meminiſſe etiam nos oportet, carmina Germanici corruptiſſima ad nos peruenisſe, et vix vnquam illis natiuum nitorem ſuum reſtitutum iri.

Vti in Aratum Graeci, ita quoque in Germanici Aratea latine commentati ſunt iam antiquioribus temporibus viri docti plures. Scripſerat Commentarium in Germanici Aratea *Nigidius Figulus*, ex quo Fragmenta collegit Rutgerſius Var. Lectt. Lib. III. p. 276. ſq. Alius exſtat vetus Commentarius ſub nomine *Scholiaſtae Germanici*, quem et ego in hac editione textui adiungendum curaui. Eſt ille a diuerſis hominibus e pluribus antiquioribus Graecorum in Aratum commentariis, ſicut ſcholia ad Aratum graeca, conflatus absque vllo ordine; quare etiam eadem ſaepius repetuntur; afferuntur ſibi contraria; et ſermo eſt tam barbarus, incomtus et vitioſus, vt totus hic commentarius non veteris latini ſcriptoris operi, ſed pueruli noſtrae aetatis exercitio ſtyli latini ſimilis videatur. Arbitror equidem, doctos Grammaticos latinos olim Germanici Aratea diſcipulorum coetui explicaſſe, et ſcholia, quae hodie tenemus, eſſe dictata, a diſcipulis calamo excepta; ita ſermo factus eſt tam incohaerens et parum latinus. Scholiis vnius Grammatici latini addita et intermixta poſtea ſunt alia, vnde repugnantiae ortae ſunt. Leguntur etiam ſcholia ad Germanicum in vnoquoque cod. mſto diverſa. Vide praef.

Cona-

tum ſtrinxerunt paucisque verbis adumbrarunt, ea fuſius exponuntur et clariori in luce collocantur ab Auieno. Perſecutus eſt idem quaſi ex profeſſo fabulas, Arato aut plane intactas, aut non niſi verbo indigitatas. Omnino diligentius explicuit et ditauit materiem, ab Arato et Germanico tractatam. Conſuluit ipſe quoque ſcriptores aſtronomicos et mythicos; diſerte enim laudauit Eudoxum, Metonem, Mythen, Panyaſin, et Harpalum; adiit praeterea commentatores in Aratum graecos et interpretes eiusdem latinos; petiit adeo nonnulla ad argumenti ſui ornatum ex philoſophia Pythagorea et Alexandrina, nec non ex religionibus Aegyptiacis. In dictione poetica non comparandus eſt quidem cum Cicerone aut Germanico; excellit tamen inter poetas latinos ſeriores puritate et elegantia ſermonis. Ceterum minorem fortunae iniuriam experta ſunt Auieni, quam Germanici carmina; nam illa non ſolum integra ſeruata, ſed etiam minus corrupta ſunt. Arbitrati ſunt viri quidam docti, Auienum metaphraſin ſuam Arati *Flauiano Myrmecio* inſcripſiſſe; quae tamen opinio ex male intellecta inſcriptione operum Auieni in vetuſtis exemplaribus ortum duxit. In editione Auieni prima (Venet. 1488) textus operum Auieni incipit cum hac epigraphe: *Rufus Feſtus Auienus V. C. Flauiano Myrmecio V. C. ſuo ſalutem* et ſubiicitur carmen de malis punicis; tum ſequitur in eadem pagina: *Rufi Feſti Auieni V. C. Arati phaenomenon liber incipit;* patet itaque, epigraphen illam per errorem tantum pro dedicatione metaphraſeos Arati habitam eſſe.

Ceterum quantum Arati carmina a poetis latinis in vſum conuerſa ſunt, plura docent *Virgilii*, *Ouidii*, inprimis *Manilii*, loca, ad verbum fere ex Arato translata. Neque omnino hic praetereundus eſt *Statius*, poetae pater, de quo *Papinius* filius in Epiced. V, 3. Sylu. v. 23. *notique modos extendis Arati;* qui igitur verſionem Arati poeticam confeciſſe videtur, quae tamen periit.

E recentioribus exſtant latina Arati metaphraſis *Nicolai Aleni*, Eſſextiani Angli, inter eius poemata Pariſ. 1561. 4; *Hugonis Grotii*, qui, ſeruatis Ciceronis fragmentis, reliqua de ſuo ſuppleuit, in ſyntagmate Arateorum: *Eliae Schedii* Guſtrou. 1631. Italice Aratum conuerterunt *Bernardinus Baldus* et *Salviniius*. Vid. praef. ad. Vol. I. Verſionis Arati, verſibus polonicis conſcriptae, notitiam dedit praeſtantiſſimus *Groddeck* ſuprà p. 386.

INDEX VERBORVM

IN

ARATI PHAENOMENIS ET DIOSEMEIS.

Ἄγαλμα αἰνὸν 197. 453.
ἄγειν 46. ἑνιαυτὸν 551.
ἀγέλη ὀρνίθων 1094. ἀγέλαι γερά-νων 1075.
ἀγεληδὰ 965.
ἀγεληδὸν 1005.
ἀγινέειν 23. 38. ἐχθρὸν 356. ἦμαρ 792.
ἀγινέσκειν 111.
ἀγυιὰ εὐρύχοροs 106.
ἀδρανὴς 471.
ἀεικὴς 1037.
ἀείρεσθαι 68.
ἀέξεσθαι 552.
Ἀητὸς 315. 522. 591. 691.
Ἀθηναίη 529.
ἀθρόοs 153.
αἴγες 1068.
αἰγιαλὸs 910.
αἴγλη 80. 139. μαλακὴ 826.
Αἰγόκερωs 284. 286. 292. 316. 501. 538. 547. 684. 689. 702.
αἰθερία 532.
αἴθοψ Ὕδρη 697.
αἰθυὶὰ 296. αἰθυῖαὶ δῖναι 919.
αἰθύσσειν 1034.
αἴνυσθαι 504. 603.

Αἶξ 157. ἱερὴ 163. ὠλενίη 164. 679. 718.
αἰπόλοs ἀνὴρ 1098.
Αἴs 299.
αἴσσειν 926.
αἰωρεῖσθαι 387. 403.
ἀκάνθη 366. ἄκανθαι πρίνοιο 1122.
ἀκαχέειν 644.
ἀκούειν Δωρίδοs 841. κατιόντοs 336.
ἄκρα νυκτῶν 740.
Ἀκτή. ἀκταὶ εἰνάλιοι 911.
ἀκτῖνεs ἡλίου σχιζόμεναι 829.
ἄκυλοs θαμινὴ 1047.
ἀλέκτωρ 960.
ἀλήμων 1101.
ἄλησιs ἠελίοιο 319.
Ἀλκυόνη 262.
ἅλs ἑσπερίη 407. 431. κωφὴ 928.
ἀλωεὺs 1045.
ἄλωη 811. τριέλικτοs 816. 877.
ἄλωs 941.
ἀμαλδύνεσθαι 864.
ἀμαυρὴ 676.
ἀμβλύνεσθαι 787. 1004.
ἀμβλὺs 785.
ἀμβολίη 886. 1081.

INDEX

ἀμείβεσθαι 748.
ἀμενηνὰ 883. ἀμενηνὸς 786.
ἄμητος 1061. 1097.
ἀμνοὶ 1106.
ἀμφήριστος 712.
ἀμφιελίκτος 378.
ἀμφιλύκη νὺξ 747.
ἀμφινέμεσθαι 282.
ἀναβλήδην 1070.
ἀνακόπτειν νῆα 346.
ἀναλδὴς 334. 394.
ἀναπλήσσειν 1108.
ἀναῤῥήσσειν 642.
ἀνάστερος 228. 349.
ἀναστρέφειν 1069.
ἀνατέλλειν 534. 556. 560.
ἀναφέρεσθαι ὠὰ 957.
Ἀνδρομέδη 198. 230. 234. 246. 354. 434. 629. 647. 705.
ἀνελίσσεσθαι 694.
ἄνεμος. ἀνέμοιο θύελλα 423. ἄνεμοι χειμέριοι 760. ἑσπέριοι 791. παντοῖοι 931. ἄκριτοι 931. ἀνέμοιο κέλευθοι 803.
ἀνέρπειν 958.
ἀνέρχεσθαι 178. 307. 538.
ἀνέφελος 826.
ἀνέχεσθαι 203.
ἀνθέρικος 1060.
ἄνθρωξ 985.
ἀνιάζειν 196. ἀνιᾶσθαι αὐχμῷ 1098.
ἀνιέναι 333. 539.
ἄνοδος 536.
ἄνολβος ἀνὴρ 1073.
ἀντερύεσθαι 1009.
ἀντιπέρην 273.
ἀντιφέρειν 468. 660.
ἄξων 525.
ἀπαμείρεσθαι 522.
ἀπαστράπτειν 430.
ἀπείρητος 1045.
ἀπευθὴς 259. 270.
ἀπήορος 396. 895.
ἀπλανίες 461. 467.
ἀπόβλητος 559.
ἀπονέεσθαι 1032.
ἀπύπροθι 353.
ἀποσκίδνασθαι 735.
ἀποτείνεσθαι 184. 195. 242.
ἀποτέμνεσθαι 541.
ἀρχὴ 440.
ἀρρόφατος 424.
ἀράχνιον λεπτὸν 1033.
Ἀργὼ 342. 584. Ἰησονὶς 345. πολυτειρὴς 604. 610. 686.
Ἄρκτουρος 405. 407. 609. δεινὸς 745.
Ἀρκτοφύλαξ 579. 721.
ἄρνες 1104.
ἀρνευτὴρ 656.
ἄροσις πρώτη, μέσσος, πυμάτη 1055. πολυλήϊος 1058.
ἀροτήσιος ὥρη 1053.
ἀροτρεὺς ὡραῖος 1075.
ἄῤῥαντος 868.
ἄῤῥητος 2. 180.
Ἄρτεμις 637. 644.
ἄσκεπτος 1134.
ἀσσότερος 878.
ἀστέρες ἀγαυοὶ 470. κομόωντες 1092.
ἀστεμφὲς 878.
ἀστεροῦσθαι 548.
ἀστραπὴ 924.
ἀστράπτειν 933.
ἀτέλεστα 678.
αὐγὴ 735.
αὔεσθαι 1035.
αὐλὶς ὄψιος 1027.
αὔξη 1051.
αὐτονυχεὶ 618.
αὐτοσχεδὸν 901.
αὐχμὸς 1050.
ἄφαντος 900.
ἀφαυρὸς ἐπισκέψασθαι 227.
ἀφεγγὴς 264.
ἄφραστος 608.
ἀχείμερος 1121.

ἀχ-

ἀχλὺς 432. 893.
ἀχυρμιὸς 1097.
ἀῴριος 1076.
βάλλειν 596. 822. 830. βάλλεσθαι σπέρματα 9. 174.
βάπτειν 651. 858.
βιβαίεσθαι 1074.
βίος 111.
βλωθρὸς 1089.
βοᾶειν. αἰγιαλοὶ βοόωντες 910. ἐρημαῖοι βοόωντες 1003. κορυφαὶ βοώμεναι οὔρεος 912.
βολὴ ὀφθαλμοῖο 541.
Βορέας θρηίξ 355. ὀπωρινὸς 417. Βορέω ἀνέμου ἶς 427.
Βορέας ἀπαστράψας 430. κατερχόμενος 480. καθαρὸς 507. 795. 882. 887. 897. 907. 934.
βυσσαῖος 893.
βρίθειν 1082.
βροντὴ 924.
βρωμὸς 1021.
βουβόσιος 1120.
βουκόλοι ἄνδρες 1113.
βουλύσιος ὥρη 825. 1119.
βουλυτὸς 583.
Βοώτης 92. 96. 136. κατιὼν 581. μέγα σῆμα 608.
Γάλα 476. πολιὸν 511.
γαληναῖος 765. 813.
γαλήνη 814. μαλακὴ 1010.
γανοῦν 190.
γᾶσσον 971.
γενεαὶ δειλαὶ 946. κοράκων 963.
γενεὴ προτέρη 16.
γενεῆθεν 260.
γένειον ἄκρον 88.
γένος χρύσειον 114. 123. ἀργύρεον 115. χαλκεῖον 130. μογερὸν 179.
γέρανος 1010. γεράνων μακραὶ στίχες 1031. ἀγέλαι γεράνων 1075.
γήρειον ἀκάνθης λευκῆς 921.
γλαὺξ νυκτερίη 999.
γλῖνος 318.
γνὺξ 591.
γυρῖνοι 947.
δαιμόνιος 188.
δάκνειν 975.
δεῖγμα μέγα 629.
δείελον 1111.
δεινὸς 141.
Δελτωτὸν 235.
Δελφὶς 316. 598.
δεξιὸς 6.
δεσμὰ 203. 241. δεσμοὶ οὐραῖοι 362.
δημότερος. δημοτέρα θεμιστὴ 107.
διακρίνειν ἄστρα 11.
διάκρισις 109.
διαφημίζειν 221.
Δίδυμοι 147. 160. 450. 481. 549 717. 725.
διέρχεσθαι 831.
Δίκη 105. 113. 133.
Δίκτος 33. Δικταῖοι Κούρητες 35.
δινεύειν 83. ἀντία δινεύειν 162. 455.
δῖνος 1067.
δινωτὸς 401.
Διόνυσος 72.
Διός. ἐν Διὸς εἰλεῖσθαι 224. κεχονισμένος ἐν Διὶ πατρὶ 253. ἐκ Διὸς ἀστὴρ 259. κρύος ἐκ Διὸς 293. ἐκ Διὸς ὕδωρ 936. Διόθεν 886. Διὸς εὐδιάων 899. Διὸς παρανυσσόμενος 426. cf. Ζεύς.
δισσάκις 1004.
δίφυος πενθέριος 252.
διχάδες 737.
διχόμηνι 737. διχόμηνις 78.
διώκεσθαι 226. 339.
διωλενίη 202.
δνόφος 874.
δοκέειν 804.
Δράκων 46. 70. 187.

INDEX

δύναν 534. 553. δύσις 62.
Δωρὶς 658.
δώτειρα δικαίων 113.
ἐγείραν ἐπὶ ἔργον 6.
ἐγκεῖσθαι 139. ὀλίγῃ αὔγλῃ 367.
εἶαρ ἱστάμενον 514.
Εἴδωλον 64. 73. 270. τετυγμένον 370.
εἰλεῖσθαι 46. 53. 224.
εἰλιδὰ 917.
εἰλίσσεσθαι μέλιτός τε καὶ ἔργων 95. 531. 1030.
εἰνάλιος 911.
εἰνόδιος 132.
εἰς ἄνεμον 155.
εἰσωπὸς 122.
ἔκπαγλα 1049.
ἐλαύνειν ὄγμον 749. ἐλάων 91.
ἐλαφρὸς 81.
Ἑλίκη 37. 51. 59. 91. 161.
Ἑλικὼν 216. 218.
ἕλκεσθαι οὐρανῷ 20. 342. 348. 443.
ἐμμενὲς 83. 339.
ἔμπης 81. 117.
ἐμπίπτειν 153.
ἔμπλειος φωνῆς 1006.
ἐναίσιμος 420.
Ἐνγόνασιν 66. 669.
ἔνδιος 498.
ἐνιαυτὸς αὐχμηρὸς 1093. πολυγλαγὴς 1000.
ἔννυχος 135. 580.
ἔντερα γαίης μελαίνης 959.
ἐντροπαὶ θέρεος 499.
ἐξεπιδραμεῖν 80.
ἐξόπιθεν 91.
ἐπαντέλλειν 341.
ἐπαφάεσθαι 93.
ἐπαχλυάειν 906.
ἐπείγεσθαι βρωμοῖο 1021. ἐς νομὸν 1105.
ἐπίχειν 176. 244. 504.
ἐπημοιβὸς 190.
ἐπιγράφειν αὔγλῃ 779.
ἐπιγουνὶς 254.
ἐπιδέελος 118.
ἐπιδέρκεσθαι 751.
ἐπιθλίβειν 84.
ἐπικάρπιος 552.
ἐπιλάμπεσθαι 55. 206.
ἐπιμαίεσθαι 89. 127.
ἐπιμαργαίνειν 1123.
ἐπιμίσγεσθαι 119.
ἐπινεύειν 794.
ἐπιξανθὴς 1028.
ἐπιξύειν γαῖαν 650.
ἐπίοπτος 25.
ἐπιπλήσσειν 193.
ἐπιῤῥήδην 191. 261.
ἐπιῤῥήσσειν 292.
ἐπιῤῥοίζειν 969.
ἐπισκιάειν 736.
ἐπισπέρχειν 107.
ἐπισχερὼ 243.
ἐπιτὰξ 380.
ἐπιτείνεσθαι 641.
ἐπιτεκμαίρεσθαι 142. 229. 456.
ἐπιτρέχειν 767.
ἐπιτροχάειν 889.
ἐπιφημίζειν 442.
ἐπιχθόνιος 101.
ἐπιφράζεσθαι 40. 76.
ἐποικτείρειν 412.
ἐπόψιος 81. 286.
ἑπτάποροι 267.
ἑπωμάδιος 249.
ἐρείδεσθαι 395. περάεσσιν 1107.
ἐρευθὴς 784.
ἐριθεὺς 1025.
Ἔριφοι 158. 166. 679. 718.
Ἑρμείας 269.
ἐρύκειν Ἀΐδα 299.
ἐρωδιὸς 913. 972.
ἑσπέριος φόος 858. 302.
ἕσπερος 779. ἑσπερόθεν 734.
ἑστίη 178. 279. 571. 617. 659. 726.

Ἑτη-

Ἐτησίαι κελάδοντες 152.
ἕτοιμος ἐπιφράσσεσθαι 40. εὑρέσθαι 236.
εὐαλδὴς 217.
εὐάστερος 237.
εὐδιος 784.
εὐετὺς 1090.
εὔκηλος 100.
Εὖρος 435. 933.
εὐφεγγὴς 518.
εὐώδης 33.
ἔχειν τὰ πηδὰ 155. ἀμφὶς 26. 213. μεσσόθι 526. 844.
ἔχεσθαι 362.
Ζεὺς αἴτιος 265. 275.
Ζέφυρος 934.
ζόφος 1015.
Ζωΐδιος κύκλος 544.
ζώνη 94. 186. 229. 232.
ζωννύναι οὐρανὸν 940.
ἠγηλάζειν 839.
ἠερέθεσθαι 390.
ἠέριος 349.
ἠερόεις 276. 317. 385.
ἠΐων προὔχουτα 949.
Ἠλέκτρη 262.
ἦλιος 151. 550. 561. ἠελίου ἴς 286. ἄλησις ἠελίοιο 319. ἠελίοιο κέλευθος 321. ἦλιος κατερχόμενος 584. ἐκάτερθεν ἰὼν 819. κελεύων 775. cf. 749. 753.
ἦμαρ εὔδιον 823. ἤματα πάντα 339. 533. ἠμάτιος 580.
ἡμιτελὴς 215.
Ἡνίοχος 156. 167. 175. 177. 482. 679. 716.
ἤπειρος 347. ἠπειρόθεν 1094.
Ἠριδανὸς 360.
ἦσυχον ἀείδειν 1000.
ἠχήεις 118. 911.
ἦχι 61. 231.
ἠὼς ἀλλοίη 751. ἐπερχομένη 827.
θάλασσα χαλεπὴ 110. πορφύρει 296. οἰδαίνουσα 909.
θαλπιάειν 1073.
θαῦμα 15. 46.
θέναρ 485.
θέρος φθινὸν 514. θερμότατος 149.
θεσπιέες ἄνδρες 223.
θηρίον 84. 442.
θλίβειν 417.
θύρη ἀραρυῖα κληῖδι 192.
θυτήριον 403. 408. 434. 710. δινωτὸν 440. νότιον 692.
Ἰασίδης 179.
Ἰδαῖος 33.
ἰέναι εἰς ἓν 459. περὶ κύκλον 551. ἐς κέρας 800. ἐπὶ μέσον 849.
ἵεσθαι 187.
Ἰησονὶς Ἀργὼ 348.
ἰθύς. κατ' ἰθὺ 59.
ἱμείρεσθαι ἐφ' αἵματος 975.
ἰνδάλλεσθαι 194. 901.
ἰξὺς 28. ἰξυόθεν 144.
ἰότης 31.
ἰοῦλος 957.
Ἵππος 205. 219. 221. 281. 283. 627. 693. ἱερὸς 215. Ἵππου κρήνη 217.
Ἱππείη κεφαλὴ 601.
ἱππούριος 438.
ἶρηξ 965.
Ἶρις διδύμη 940.
ἰσαίεσθαι 513.
ἵστασθαι. ἦαρ ἱστάμενον 514.
ἴσωπος 79.
